

THEOPHILI CHRISTOPHORI
HARLES


INTRODVCTIO

IN

HISTORIAM LINGVAE GRAECAE


TOM. PRIOR

EDITIO ALTERA EMENDATIOR ET AVCTIOR



ALTENBVRGI
IN OFFICINA LIBRARIA RICHTERIA
cIↄIↄCCLXXXXII


LIBRARY
SEP 13 1966
UNIVERSITY OF TORONTO



VENERABILI ATQVE HVMANISSIMO

IOANNI AVGVSTO NOESSELT

S. S. DD. DOCTORI ET PROFESSORI PRIMARIO

IN VNIVERSITATE LITTERARVM HALENSI CELEBERRIMO

EX CVIVS DISCIPLINA ET CONSVETVDINE SE TRIGINTA ET DVOBVS ABHINC ANNIS SVMMVM FRVCTVM MAXIMAMQVE VOLVPTATEM PERCEPISSE

GRATA ADHVC MENTE RECORDATVR

NEC NON

ILLVSTRI ATQVE AMPLISSIMO

IOANNI CHRISTIANO WERNSDORFIO

SERENISSIMI BRVNOVICENSIVM AC LVNEBVRGENSIVM DVCIS A CONSILIIS AVLAE ET IN ACADEMIA HELMSTADIENSI ELOQVENTIAE AC POESEOS P. P. O. CELEBERRIMO

OMNIS ANTIQVITATIS SCIENTISSIMO

INTERPRETI POETARVM OMNIVMQVE LITTERARVM ELEGANTIORVM DOCTISSIMO ET ACVTISSIMO

VIRIS

MVNERVM GRAVITATE MERITORVM IN COETVM CHRISTIANORVM REMQVE PVBLICAM LITTER. MVLTITVDINE AC SPLENDORE ET LAVDE INGENII ERVDITIONIS ATQVE INTEGRITATIS INSIGNIBVS

ORNAMENTIS SVARVM VNIVERSITATVM

NON MINVS QVAM TOTIVS ORBIS LITTERARII

HOC OPVSCVLVM

D. D. D.

IDEMQVE GRATI PIIQVE ANIMI PIGNVS ESSE CVPIT

THEOPHILVS CHRISTOPHORVS HARLES

L. B.

S. d. pl.

Theophilus Christophorus Harles

Quoniam in praefatione ad priorem editionem consilium, mentem et rationem, qua in conficiendo hoc opusculo vsus sum me aperte dilucideque exposuisse arbitror, et quaedam illi inserui: in praesenti eo breuiori mihi esse licebit. In noua autem hac editione pristinum ordinem seruandum esse duxi; at, quia dies diem docet, multa mutaui multaque adieci. Ideo plurium, quorum nomina in omni antiquitate fuerunt celebria, aut in scriptis veterum saepe occurrunt, in priore tomo inieci mentionem. Nec tamen omnium, quorum vel nomen admodum obscurum, vel merita exigua fuerunt, notitiam in hac introductione necessariam esse iudicaui. Hinc multi philosophi, oratores, poetae atque historici, quorum memoria a Vossio, Ionsio, Fabricio aliisque renouata est, qui vero vel rarius citantur a veteribus, vel nihil scripto consignarunt, nec aliorum meritorum laude insignique inter suos auctoritate splendentes magnam nominis apud posteros obtinuerunt famam, a me sunt consulto praetermissi. In notitia

editionum peruerſam conſuetudinem primum graecarum, dein latino graecarum, aut ſcholiis graecis ſtipatarum editionum enarrandarum deſerere et temporis ordinem ſequi placuit, quoniam hac ratione hiſtoria illarum critica melius confici poteſt. De rarioribus et antiquioribus editionibus librisque huc pertinentibus et ſubſidiis litterariis frequentius diſſerui, conſilio quorumdam virorum doctiſſimorum et quorum auctoritas apud me omnesque, qui illos norunt, multum valet, obſequutus. Illi enim ſuaſerunt, vt, quoniam non omnes, praeſertim iuniores, *Fabricii* B. Gr. vel parare ſibi, vel ad manus habere, vel commode conſulere poſſunt, et tamen de auctoribus graecis aut editionibus ſine multo temporis diſpendio plura eaque ſcitu neceſſaria comperire volunt, ſpretis aliorum, qui vel partium ſunt cupidi, vel de his rebus intelligenter recteque iudicare nequeunt, ſententiis conuitiisque, liberalior fierem et copioſior. Quare quoque ad duo priora nouae Fabricianae B. Gr. editionis volumina ſpicilegia, inter ea temporis a me collecta, id ſi commodum et neceſſarium videbatur, hinc inde adieci. Nam iis, qui primoribus tantum labris adtigerunt litteras graecas harumque litteraturam, hic liber vnice non eſt ſcriptus. Neque vero omnes, praecipue mino-

minorum opuſculorum editiones, quae neque ab vetuſtate neque ab arte critica aut interpretationis praeſtantia commendationem quamdam laudemque merentur praeclaram, enumeraui: quod et a conſilio vſuque operis maxime alienum fuiſſet, et moleſtus foret plurimis lectoribus nudus editionum interdum paene innumerarum, earumque parum memorabilium catalogus. Illis tamen nouis acceſſionibus quoniam plagularum numerus valde creuit, et multo maior exſtitit, quam opinabar, et quam qui in ſuperiore fuit editione, librarius e re tum ſua, tum emtorum fore exiſtimauit, ſi liber in duas partes diſſectus prodiret in lucem. Quamquam apud peritos et aequos arbitros, quorum iudicia et correctiones grato animo agnoſcam, longa me haud egere excuſatione, blanda quadam ducor opinione animique perſuaſione: inuidorum tamen iſtorum cauſſa, qui, quae ſibi non omnino placeant, aut ipſi non intelligant, adunco naſo contemnere, edicta atrocia tamquam de tripode contra librum eiusque auctorem pronunciare et vero calumniari ſolent, ea praemonenda mihi viſa ſunt. — In paucis, quas tantummodo in manibus habeo, plagulis, quae praelo exierunt, haud pauca ab operis commiſſa deprehendi peccata, quae cum reliquis ad calcem poſte-

 rioris

rioris partis emendabo, idemque, quae addenda, corrigenda ſupplendaque vel mihi, vel aliis videbuntur, ſedulo colligam et indicabo. Tu vero, L. B. vale, mihique faue! Scr. Erlangae, d. XX. Nou. cIↃIↃCCLXXXXI.

PRAE-

PRAEFATIO

AD EDITIONEM I.

Tandem aliquando nomen ſoluo, quod quidem pluribus abhinc annis dederam: at, quia labores alii, aliaque noua negotia me occupatum hactenus tenuerunt diſtrictumque, non poteram citius expedire atque explicare. Neque tamen, quum inter ea, quidquid ad materiam amplificandam ornandamque conduceret, ſedulo collegiſſem, laboris tarditatem vtilitati legentium vllum, arbitror, adtuliſſe detrimentum. Quidquid eſt, (de vtilitate enim, virtutibus vitiisque huius opuſculi iudicare, ſit penes aequos, doctos; harumque rerum peritos arbitros,) equidem, quomodo in paranda atque concinnanda hac *introductione in hiſtoriam linguae graecae*, ſiue potius, *in bibliothecam* aut *litteraturam graecam* verſatus ſim, paucis declarabo.

In Prolegomenis de ipſa lingua graeca, eius ortu, antiquitate, pronunciatione et ceteris grammatices partibus; de hominibus, qui a renatis litteris ingenii ſplendore doctrinarumque lumine et indefeſſa diligentia curaque magnam orbis partem colluſtrarunt, et ciues imperii occidentalis ſomno quaſi et barbarie ſepultos, ad pulcri et venuſtatis elegantiaeque Atticae ſenſum et amorem excitarunt; de

de codicibus, editoribus graecorum auctorum praecipuis, et reliquis ſubſidiis litterariis disputaui; eoque breuior fui in tractanda parte grammatica aut ſubſidiis recenſendis, quo copioſius et diligentius de illis egerunt *Simonis* atque *Walchius*, Profeſſor quondam eloquentiae ac poeſeos in Vniuerſitate Ienenſi celeberrimus. Librum vero ipſum ſeu notitiam auctorum graecorum in quatuor partes diuiſi. In prima quidem auctores, qui vulgo vocantur profani, vberius perſequutus ſum: tum de graecis veteris teſtamenti interpretibus; dein de ſcriptoribus ſacris noui foederis, et neceſſariis verae interpretationis atque adcuratae intelligentiae praeſidiis; denique de ſcriptoribus eccleſiaſticis, quos ad intelligentiam omnis antiquitatis et ad viciſſitudines linguae non minus quam ſapientiae et deſipientiae Graecorum cognoſcendas omnino vtiles, partim neceſſarias, numero gregeque reliquorum excludere nolui, ea tantum, quae memoratu digna viderentur, breuiter ſtrictimque diſſerui. Primam quidem partem in certas periodos diſtinxi, vt inde fata hiſtoriaque linguae graecae ab ortu illius vsque ad interitum, ſaltem ab infantia ad ſenectutem vsque commodius perſpicerentur. Quare haud dubitaui, librum huncce inſcribere *Introductionem in hiſtoriam linguae graecae:* quamquam facile concedo ipſeque ſentio, ad hiſtoriam, quae ſi id nominis omnino mereri debeat, L. Gr. conſcribendam, me oportuiſſe aliam ingredi viam, alia fuſius explicare, alia reſecare, fataque ipſius linguae et eruditionis Gr. dilucidius explanare.

At-

Attamen in profanorum auctorum vita, fatis, libris, qui ab iniuria edacis temporis vindicati ad noſtram aetatem peruenerunt, eorumque editionibus enarrandis, diutius, quam in reliquis, mihi commorandum eſſe duxi: quod et conſilio inſtitutoque et ſtudiis tironum non minus, quam magiſtrorum aliorumque graecar. litterarum ſtudioſorum aptius videbatur. Inſuper de verſionibus V. T. graecis de libris apocryphis, de nouo teſtamento patribusque, quos ſuperſtitio vocauit ſanctos, atque de ſcriptoribus eccleſiaſticis, quos quidem haud multos, ſi iidem libros hiſtorici argumenti conſcripſerunt, auctoribus inſerui profanis, plura reperiuntur praeſidia ad plenam illorum notitiam atque ſcientiam. Neque tamen, ne falcem in alienam meſſem immitterem, de ſcriptorum eccleſiaſticorum ingenio, doctrina et diſciplina, haereſibus et controuerſiis, ſaepe inutilibus et ſanguine ciuium turpiter ac nefarie notatis et commaculatis, ſcribendique genere iudicare volui: quippe qui cenſerem, vberiorem illarum rerum illorumque hominum expoſitionem atque notitiam pertinere ad hiſtoriam eccleſiaſticam; eorum tamen mentionem in litteratura vniuerſae Graeciae, vel paucis faciendam eſſe: Hinc in peculiari ſectione de illis agere malui. Praeter ea poſtquam in explananda parte prima, cuius materia luxurie potius, quam penuria, laborat, atque inſtar fertiliſſimi agri vtilitate non magis quam copia rerum abundat, iam verboſus fui: metuendum erat, vt, ſi in reliquis partibus tractandis aeque verſarer,

ſarer, omniaque fuſius perſequerer, (quamquam vel in illa parte, breuitatis ſtudioſus, multa, quae ſcitu copioſiusue explicatu neceſſaria, ſaltem haud inepta, mihi quidem viderentur, inuitus omiſi, aut preſſius contraxi,) libellus vltra terminos iuſtos excreſcens, paucos reperiret amatores. Grandia enim volumina delicatulis noſtrae aetatis hominibus vel conſpectu ſuo nauſeam creare ſolent. Religio tamen mihi fuit, quo minus in ea parte, quae hiſtoriam noui foederis exponit, aliquid, quod in primis valeret ad fidem fataque tam diuinorum ſcriptorum, quam ſacrorum librorum cognoſcenda, praetermitterem. Commentariorum quidem, quorum alter alteri aut copia aut mole ſua horrenda aliisue cauſſis funus minitatur, catalogum, aut vberiorem earum rerum, quas auctores a me laudati ſatis ſuperque, interdum iuſto copioſius, explicuerunt, aut controuerſiarum, quae de certis et incertis dubiisue rationibus vel hodie inter viros doctos agitantur, nec raro tragoedias mouerunt, expoſitionem, nemo, opinor, in hoc corpore deſiderabit. Eo vero maiorem dedi operam, vt, id ſi mihi, ampliſſima bibliotheca, aut ſubſidiorum adfluentia carenti, perficere licuit, recenſionem ſiue hiſtoriam editionum criticam componerem. Qua in re, quamquam alienis ſtudiis, cum maxime diligentiae eorum, qui in praefationibus ad ſuas editiones, iuſta editionum copia vſi, officiis ſagaciorum criticorum et exſpectationi eruditorum reſponderunt, multa debeam; tamen reliquorum, qui ſcriptorum veterum Graeco-

rum

rum enarrarunt vitas, operam me, quod quidem praefiſcine dixerim, ſuperaſſe, blanda et probabili opinione ducor. Nec, credo, moleſtum erit plurimis, quod de iis, quorum notitiam mihi paraueram interiorem, auctoribus libere, plene candideque iudicauerim. At omnes ſingulorum auctorum editiones enumerare, et vero hiſtoriam illarum criticam eamque plenam, ſagacem et omnino certam ſcribere, de omnibusque rectum verumque ferre iudicium, non vnius hominis vniusque aetatis eſſe mihi videtur. Adcedat oportet vis infinita librorum. Hac igitur in parte hiſtoriae litterariae quantum futuro editori, aut potius pluribus, qui coniunctis viribus ſplendidum aereque perennius aedificium quaſi exſtruant, editoribus *bibliothecae graecae*, quam incredibili *Io. Alberti Fabricii* ſedulitati debemus, adhuc ſuperſit, vel ex iis, quae equidem in hac introductione addidi atque immutaui, quae tamen minima erit pars, quisque perſpiciet facillime*). Neque tamen in praeſtantiſſimo illo opere multa ſuperflua eſſe recidenda, permulta addenda, corrigenda mutandaque vlli videbitur mirum, harum rerum vel parumper gnaro. Atque ipſe, quae mihi ſcribenti vel ignota, et poſtea demum cognita eſſent, vel e memoria elapſa in tanta dicendorum nube, ea in Epimetro atque Addendis repoſui: et tamen ingenue confiteor, largiſſimum

*) Atque id, quantum fieri poteſt et per infirmitatem humanam licet, in noua Fabricianae B. Gr. editione cum ſociis praeſtare ſtudeo.

mum ſpicilegium me aliis, praecipue ſaeculo, cui ſerimus, futuro eſſe relicturum.

Mihi autem in conficiendo hoc opuſculo quae praecipua ad manus fuerint ſubſidia, ea in prolegomenis pag. 6. ſqq. candide recenſui: in temporis tamen notatione, quae quidem, antiquiſſimis praecipue illis temporibus, admodum fluxa eſt nec ſtabilis, cum *Fabricium* et *Hambergerum* ſequutus ſum, tum in primis *Saxium*, V. C. cuius opus praeſtantiſſimum, Onomaſticum litterarium maximam mihi adtuliſſe vtilitatem, profiteor cum grati animi ſignificatione.

Tu vero, L. B. vale, fruere, ſi lubet, hoc opuſculo, atque peccata, vel a me, vel a typotheta haud ſatis cauto profecta, ignoſcas quaeſo humanae infirmitati. Equidem, quam aegre tulerim et multitudinem et turpitudinem errorum typographicorum, qui rus olent, non eſt, quod multis perſequar. Quae tamen vitia eas plagulas, quas huc vsque accepi, (permultae enim adhuc praelum exſpectant,) propter alias occupationes tantum leuiter recognoſcendo animaduerti, ea notabo: reliqua vero maioris minorisque momenti ipſe, L. B. vt emendes, mihique faueas, maximo opere peto a te et contendo. Scr. Erlangae, d. XII. April. CIↃIↃCCLXXVIII

Theophil. Chriſtophor. Harles,
Sereniſſ. Marggrau. Onold. a conſiliis aulae, P. P. O. rhetorices ac poeſeos, Seminarii philologici director, et bibliothecae publicae praefectus.

PRO-

PROLEGOMENA

§. I.

Quantam iucunditatem, et vero vtilitatem ad poliendum ingenium, ad ornandam et amplificandam liberalem eruditionem, cuicumque, qui vltra plebem ſapere cupiat, adcuratum linguae graecae adſerat ſtudium; quam neceſſaria ſit illa lingua ad plenam et ſolidam librorum ſacrorum, non minus quam iuris et antiquitatum romanarum omnisque hiſtoriae tam ciuilis, quam litterariae, et inprimis eccleſiaſticae intelligentiam, non eſt, quod multis demonſtremus, quum id a multis hominibus doctiſſimis iam ſatis ſuperque euictum ſit: quorum magnum catalogum dedit *Io. Simonis* in Introductione — in linguam graecam Sect. I. §. 7. ſqq. *) Nemo quidem, ſcientia linguae

*) add. *Imm. Io. Gerh. Scheller* progr. de coniungenda graecorum ſcriptorum lectione cum latinorum interpretatione. Lubben 1761. 4. idem in german. proluss. egit de vtilitate gr. linguae, ib. 1772. 4. illaque nullum, qui vir doctus audire cupiat, poſſe carere. ib. 1773. 4. Plura ſcripta enumerat cl. *Lawætz* in Handbuch für Bücherfreunde und Bibliothekare. vol. I. part. I. pag. 393. ſqq.

linguae graecae vel leuiter vel plane non imbutus, ſcriptores, qui ad noſtram peruenerunt aetatem romanos, ipſamque linguam latinam perite et docte intelliget. Graeci enim latinorum auctorum magiſtri paene fuerunt; nec ab his ſuis diſcipulis in vlla doctrina, quae ad eruditionem artesque pertineret, ſuperati videntur. Tum Graeci omnis paene ſapientiae humanae, quae litteris conſignata ad noſtram venit aetatem, primi magiſtri, et multarum artium doctrinarumque fuerunt inuentores aut emendatores.

Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
Muſa loqui,

vt Horat. de A. P. v. 2. 323. iam cecinit. Splendor praeterea ingenii, acies iudicii, vbertas et ſuauitas orationis, copia rerum ac verborum, ſummi humani ingenii virtutes, ex plurimorum Graecorum ſcriptis facile elucent: quibus in rebus a coeli temperie, forma ciuitatum, peregrinationibus, munerum, quibus plerumque functi ſunt, dignitate, libera et frequentiore cum aliis conſuetudine aliisque multis conditionibus mire adiuti fuerunt. *) Principes vero litterarum cum ſeueriorum tum maxime manſuetiorum haud leuiter noſſe, in primis hominis vere docti virtutibus iure ponitur. Atque hiſtoria litterarum docet, ſummos et eruditiſſimos homines, quorum memoria non perierit cum corpore, ex lectione graecorum ſcriptorum, ingeniorum primi ordinis, ad

*) conf. M. *Car. Godof. Iehnichen* disp. de ingenio Gr. L. philoſophico. Wittebergae 1786. 4.

ad vtilitatem, animi oblectationem nominisque famam amplissimos cepisse fructus. Tum ipsa lingua graeca in structura et collocatione totius orationis pariter atque coniunctione et compositione vocabulorum vsuque particularum singularem habet vim, venustatem ac suauitatem, quas virtutes, sensu saepe tantummodo percipiendas, nulla interpretatio plane adsequi aut reddere potest. Tantas vero laudes quamuis linguae graecae tribuamus: tamen tantum abest, vt cum nonnullis arbitremur, Graecos solos fuisse sapientes, omnesque eruditionis fontes quasi exhausisse; vt, si ab eloquentia ac poesi, in genere ab elegantia, amoenitate, ornatu et vbertate, etiam vi orationis discesseris, potius iudicemus, illos in multis rebus, quae sensibus non subiacent, fuisse tirones, et ab hominibus nostrae aut superioris aetatis longe superatos. In doctrina enim de deo rebusque diuinis et de animi post mortem conditione fuerunt infantes. Nam Pythagoras, Socrates, Plato aliique philosophi, quamquam multa acutius peruiderunt, de rebusque diuinis humanisque multo subtilius et rectius disseruerunt, quam reliqua pars Graecorum perspicere et disputare poterat: diuinae tamen doctrinae, per vates diuinos et summum totius humani generis doctorem, sotera nostrum, patefactae, lumine destituti, verum omnino perspicere non potuerunt, et, si quid veri viderant, id, per nebulam veluti, nec distincte, nec plane cognouerunt: tum laqueis superstitionis, quibus se ipsi facile expedire non poterant, irretiti, in subtilioribus rebus, quae multa cogitatione comprehenduntur, vltra pro-

babilitatem raro progreſſi ſunt; contra in vtramque partem ſueuerunt disputare. Animi quidem immortalitatem, quam omnino futuram eſſe, ex ſacris pandectis tantum perſpicimus, optarunt et ſperarunt potius, quam, vt eam certam eſſe ſciuiſſent, aut recte demonſtraſſent. In rebus phyſicis, aſtronomicis et mathematicis cognoſcendis et tradendis omnem quidem poſteritatem in admirationem rapuerunt Anaxagoras, Ariſtoteles, Euclides, Archimedes aliique; ſed Galilaei, Keplerus, Leibnitius, Neutonius, Mayerus, Kaeſtnerus, etſi non ingenio et acumine, tamen litterarum copia, ſubtilitate atque ordine illis praeſtiterunt, et plura, iſtis vel obſcura, vel omnino incognita, viderunt acutius. Splendida et perpetua ſunt merita Hippocratis, Theophraſti, Dioscoridis, Galeni: at quanto maiora Haruaei, Boerhauii, Linnaei, Halleri et multorum aliorum, quos recentior tulit aetas, medicorum et, qui vocantur, botanicorum! De officiis et de moribus philoſophi graeci ſalubria tradiderunt praecepta, quae tamen tamquam membra ingentis corporis hinc inde disiecta iacuerunt, nec verus finis vbique cerni potuit: *) recentiores vero philoſophi et clarius rectiusque docuerunt illa, et, quod praecipuum eſt beneficium ac meritum, in certum ordinem nexumque, ſiue, vti dicitur, ſyſtema

*) Confer *Georgii England* Unterſuchung über die Sittenlehre der Alten; ex Anglica lingua in Germanicam translata, Halae Sax. 1775. 8. *A. F. Büſchings* Vergleichung der griechiſchen Philoſophie mit der neuern. Berol. 1785. 8.

ſyſtema redegerunt. Sed quoniam hic non locus eſt de virtutibus et vitiis Graecorum vberius disputandi aut illos cum recentioribus comparandi, filum abrumpimus. Videbimus quidem, Graeciam ſummorum ingeniorum, quae multa noua, multa ſcitu neceſſaria et iucunda excluſerint, et ſummorum poetarum atque oratorum fuiſſe fertilem: ſed certum quoque eſt et compertum, poſteritatem, praeſertim a renatis litteris, non adeo egenam fuiſſe hominum, qui in ſubtilioribus praecipue diſciplinis cum illis non dicam de principatu contenderent, ſed haud raro diſcederent ſuperiores. *Perraltus* igitur in libro: Le parallele des anciens et de modernes (Paris 1688. IV. Tom.) meritis ſplendidiſſimis Graeciae omnisque antiquitatis tantam facit iniuriam, quantam noſtrae aetati *le Tens* in libro: Recherches ſur l'origine de decouvertes attribués aux Modernes etc. Paris 1766. in 8. II. Vol. Ille enim recentiorum: hic vero veterum ingenio nimium tribuit. Adeo difficile eſt, medium tenere!

§. 2.

Summa igitur vtilitas linguae graecae, et neceſſitas illius mature addiſcendae eſt ſtatuenda. A pueritia autem ſtatim eſt familiaritas quaedam cum praecipuis illis et primis ſapientiae humanae doctoribus contrahenda. Quare dolemus ſortem illarum ſcholarum, quas praeceptores moderantur diuitiarum et venerum graecarum ignari, aut qui nouum tantum teſtamentum, librum omnium difficillimum, quem, quia ſine adcurata graecarum et orientalium litterarum intelligentia miſere

explicatur, ad ſcholas academicas ablegaremus, diſciplinae ſuae alumnis cum ſummo temporis detrimento interpretari ſuſtinent.

§. 3.

Ad auctores autem graecos rite intelligendos, notitia tum ipſorum, tum librorum ab illis conſcriptorum, quos quidem ab interitu vindicatos adhuc terimus, et editionum hiſtorico-critica primum acquirenda eſt. Quam antequam damus, de origine linguae graecae, ſubſidiis aliisque rebus ſcitu neceſſariis paucis exponemus. Hiſtoriam vero fataque linguae graecae vitamque atque editiones ſcriptorum graecorum haud pauci viri docti modo plenius, modo preſſius, modo bene et adcurate, modo male et leuiter enarrarunt. Nos quidem praecipuos, praeſertim eos, quos in conſcribendo hoc libello duces habuimus aut conſuluimus, tantum recenſebimus. Alios adhuc enumerat cl. *Lawätz* l. c. p. 399. ſeqq. Omnium primus laudandus eſt *Ioannes Albertus Fabricius*, Theol. D. et Prof. publ. Hamburgenſis, qui edidit *Bibliothecam graecam*, ſiue notitiam ſcriptorum veterum Graecorum, quorumcunque monumenta integra aut fragmenta edita exſtant, tum plerorumque e MSS. ac deperditis Vol. XIIII. cuius immortalis operis editio ſecunda auctior Hamburgi in 4. 1708. tum 1718. annisque ſequentibus: vltimum vero volumen cum indice generali prodiit 1754. Nouam, eamque pleniorem atque emendatiorem curare coepi, cuius volumen I. prodiit 1790. mai. 4. Tum notandi ſunt:

Guiliel-

Guilielmus Burton in Hiſtoria graecae linguae, Londin. 1657. 8. rec. in Noua librorum rariorum conlectione, faſc. IV. Halis Magdeb. 1715. 8. p. 597. ſeqq.

Laurentius Ingewald Elingius in Hiſtoria graecae linguae cum praefatione Adami Rechenbergii. Lipſ. 1691. 8.

Valentin Erneſtus Loeſcher de originibus Graeciae reſtauratis. Lipſ. 1705. 8.

Compendium bibliothecae graecae ex praelectionibus Vindingianis compoſitum, ſtudio et opera *M. Laurentii Lundii*, Inſpectoris Collegii Medicei. Hafniae 1704. 8. Ordinem Alphabeticum, ita vt Achilles Tatius primum occupet locum, ſequitur

Daniel Georg Morhof in Polyhiſtore litterario Tom. I. Libr. IV. cap. 6. 7. et 8. ac Libr. VI. cap. 1. et 2. Libr. VII. cap. 1. 2. Tom. II. cap. 2. ſqq. et alibi.

M. Auguſtinus Biſchoff in Cadmo, ſiue lingua graeca e ſuis eruta natalibus. Ienae 1708. cap. 1. de litteratura Graecorum.

Laurentius Reinhard in hiſtoria graecae linguae critico-litteraria. Lipſ. 1728. 8.

Io. Erneſt. Imman. Walch in Introductione in linguam graecam. Ienae 1762. auct. ed. ſecunda 1772. 8. qui etiam pag. 8. ed. ſec. alios praeterea laudat.

Io. Simonis Introductio grammatico-critica in linguam graecam, qua de linguae illius origine et antiquitate, natura, fatis ac ſubſidiis, de praecipuis grammatices graecae momentis, lingua et textu N. T. graeco, de verſionibus denique V. T.

Graecis differitur. Halae Sax. 1752. auct. 1770. mai. 8.

Huc etiam referendi funt:

Thomas Pope Blount in Cenfura celebriorum authorum etc. vtor editione Genev. 1710. 4.

Gerhard Io. Voffius de veterum poetarum (Graecorum et Latinorum) temporibus Tom. III. Operum 1696. in forma max. Amftel.

Idem de hiftoricis graecis Vol. IV. Operum 1699.

Les poetes grecs de Mr. le Févre, à Saumur 1664. in 12.

Idem liber infcriptus: Les Vies de poëtes Grecs, en Abregé par *Mr. le Févre*, avec les remarques de *Mr. Adr. Reland*, troifieme Edition plus complet que les précédentes, à Basle 1766. 8.

Ant. Blackwallii de praeftantia claflicorum auctorum commentatio. latine vertit atque animadverfionibus inftruxit *Georg. Henr. Ayrer*, etc. Lipfiae 1735. 8.

Io. Reinoldi hiftoria litt. graeca et lat. Etonae 1752. 4. cum Herodoti vita Homeri.

Georg. Chriftoph. Hamberger in zuverläffigen Nachrichten von den vornehmften Schriftftellern etc. IIII. Vol. Lemgou. 1756. fqq. 8. et in kurzen Nachrichten etc. II. Vol. compendio grandi fuperiorum voluminum.

Auctor Anonymus in Biographia claffica etc. quam Murfinna ex Anglico in Germanicum vertit. Halae Saxon. 1768. II. Vol. 8.

Bibliothek der griechifchen Literatur, von *Io. Chrifto. Fried. Schulz.* Gieffae 1772. 8. eiusdem Zufätze zu feiner Bibliothek der gr. Litt. Gieffae

Gieſſae 1773. Opera et diligentia cl. auctoris laudabilis praecipue verſatur in iudicandis varii generis ac ſermonis verſionibus.

D. J. G. Hauptmanni notitia breuior auctorum veterum graecorum ac latinorum, ſubminiſtrante filio M. C. S. Gu. Hauptmanno. Gerae ac Lipſiae 1789. 8.

Io. Chriſtoph. Fried. Bährens Anzeige der griechiſchen und lateiniſchen Klaſſiker, etc. Halae Saxon. 1786. 8.

Beni. Hederici notitia auctorum antiqua et media ed. a Schwabio auctior et emendatior Lipſ. 1766. 8. II. part.

I. I. Eſchenburg Handbuch der klaſſiſchen Litteratur, enthaltend Archaeologie, Notiz der Klaſſiker, Mythologie etc. Berol. et Stettin. ed. II. auctior. 1787. 8. pag. 153 ſqq.

Chriſtiani Dan. Beckii commentarii de litteris et auctoribus graecis atque latinis, ſcriptorumque editionibus. Pars I. hiſtoriam litterarum graecarum et ſcriptorum graecorum complectens. ſect. I. Lipſiae 1789. 8. Idem vir doctiſſ. in Hiſtoriae catholicae part. I. et II. de graecis auctoribus breviter, at erudite ſcienterque egit.

Chriſtophor. Saxius in Onomaſtico litterario ſiue Nomenclatore hiſtorico-critico praeſtantiſſimorum omnis aetatis, populi, artiumque formulae ſcriptorum etc. cuius praeſtantis libri Pars I. lucem adſpexit Traiecti ad Rhenum 1775. 8. pars VIII. 1788.

Ieremiae Nicolai Eyringii ſynopſis hiſtoriae litterariae, qua orientis, graeca, romana, item aliarum linguarum ſcriptis cultarum, litteratura

tabulis synchronisticis exhibetur. partes III. Gottingae 1783. 4.

Historia philosophiae vitas, opiniones, resque gestas et dicta philosophorum sectae cuiusuis complexa, auctore *Thoma Stanleio*, ex anglico sermone in latinum translata, emendata, variis dissertationibus atque obseruationibus passim aucta (a Gottfr. Oleario, Professore Lipsico,) et tribus tomis digesta, (primum latina versio prodiit Lipsiae 1711. 4. ego vero vtor editione repetita.) Venetiis 1731. 4.

Ioannis Ionsii, Holsati, de scriptoribus historiae philosophicae libri IV. nunc denuo recogniti, atque ad praesentem aetatem vsque perducti, cura *Io. Christophori Dornii.* Ienae 1716. 4.

Iacobus Brucker in Historia critica philosophiae, (Vol. VI. cum adpendice in 4. Lipsiae 1742. sqq.) passim de philosophis graecis eorumque decretis opinionibusque egit.

Pari modo de philosophis graecis eorumque placitis atque opinionibus *Cudworth*, praesertim eius interpres et perpetuus commentator disseruerunt, in libro praeclaro:

Radulphi Cudworthi, Theol. D. et in academia Cantabr. professoris, Systema intellectuale huius vniuersi, seu de veris naturae rerum originibus commentarii, quibus omnis eorum philosophia, qui deum esse negant, funditus euertitur. Accedunt reliqua eius opuscula. *Io. Laur. Moshemius* — omnia ex anglico latine vertit, recensuit, variisque obseruationibus dissertationibus illustrauit et auxit. Editio secunda ex autographo Moshemiano

miano emendatior et auctior. tom. I. Lugd. Bat. 1772. tom. II. 1773. 4.

Dictionnaire historique et critique. Par *Mr. Pierre Bayle* revue corrigé et augmentée — cinquieme edition. à Amsterdam, à Leide etc. 1740. fol. IV. voll. (germanice versum Lipsiae 1741. fol. IV. voll.)

Nouveau Dictionnaire historique, pour servir de supplement, où de Continuation au Dictionnaire — de Mr. *Pierre Bayle* par *Iacques George de Chaufepié*, tom. IV. à Amsterdam et à la Haye. 1750 — 1756. fol.

Sed hi sufficiant.

§. 4.

Quaestio autem, vnde lingua graeca originem duxerit, viros doctos in varias traxit sententias.*) Iam Herodotum natalis et ortus linguae graecae aeque ac Pelasgica dicendi ratio latuisse videtur: vide locum classicum Libr. I. pag. 23. et 24. ed. 2dae Stephan. s. cap. 57. et 58. vbi v. Wesselingii notas pag. 26. *Hermannus von der Hardt*, **) Professor quondam in Vniuersitate Helmstadiensi, qui ingenio nimium abundans in venandis atque

*) Confer inprimis *Salmasii* de Hellenistica commentarium Lugd. Bat. 1643. 8. Part. II. pag. 267 — fin.

**) In Arabia graeca, in antiquitatis honorem pro optimarum litterarum luce orbi erudito commendata, Helmstad. 1715. item in Targum graeco R. Iosephi Sagginahor, et in Syria graeca, ibid. eod. anno publicatis, in praef. ad Lackemacheri elementa linguae arab. ibid. 1718. et alibi. sed refutatus est a *Chri-*

atque expiſcandis ſingularibus opinionibus ſiue paradoxis gloriolam neſcio quam quaeſiuit, et *Ericus*, *) linguae graecae Pataui quondam Profeſſor, illam omnium antiquiſſimam eſſe perperam iudicarunt. *Olaus Rudbeckius* in Atlantica Tom. I. cap. 38. et *Elingius* in hiſtor. L. Gr. §. 15. et 16. ex lingua Gothica, ſiue Runis litteris Gothorum deduxerunt illam. Ad Moeſo Gothos natales linguae graecae pluribus locis refert *ab Ihre* in Gloſſa-

a *Chriſtiano Bened. Michaelis* in disp. qua illius hypotheſis etymologica de hebraea et adfinibus orientis linguis a graeca deriuandis expenditur. Halae 1726. 4.

*) *Erici* libri huc pertinentes et admodum rari ita ſunt inſcripti: *Renatum e myſterio principium philologicum*, in quo vocum, ſignorum et punctorum, tum et literarum maxime ac numerorum origo, nec non nouum variarum rerum ſpecimen etymologicum forma dialogi propalatur, auctore *Io. Petro Erico*, Iſennacenſi Thuringo, ling. et geogr. Profeſſ. et Correct. publ. Pataui, 1686. 8. Ingenioſe quidem et lepide; at nimis argute atque contorte dicta et, ſi diis placet, probata ſunt omnia: et tamen ſua ille commenta fuſius explicare coepit edito libro: *Io. Petri Erici* in eiusdem principio philologico promiſſa Ἀνθρωπογλωττογονία ſiue humanae linguae geneſis, partis primae tomus primus. Vbi de particulis quibusdam, et inprimis de nominibus tam graecis, quam hebraicis et latinis; nec non iis, quae his accidunt, agitur: tum diuerſorum etiam idiomatum gloſſemata non pauca, quae indagatorem hactenus deſiderantur, euidenti etymologia reſoluuntur et dilucidantur. Venetiis 1697. 4. typis Franciſci Tramontini, ſumtibus autoris. Equidem tomum primum tantummodo habeo et noui: et num plures ſint ſubſequuti, fere dubito.

Gloſſario Iuio - Gothico etc. in folio. Vpſaliae 1769. pag. 15—23. antea in diſſertatione de Gothis Graeciae Aboriginibus Vpſaliae 1767. (cuius recenſum, in quo multa contra Ihre recte monentur, in Gattereri bibliotheca hiſtorica Vol. VII. leges); tum in Analectis Vlphilanis, praecipue Diſſ. I. de codice argenteo et litteratura Moeſo - Gothica Vpſal. 1768. Quae repetita eſt in collectione: *Scripta verſionem Vlphilanam et linguam Moeſo - Gothicam illuſtrantia, ab ipſo doctiſſimo auctore emendata, nouisque acceſſionibus aucta, iam vero ob praeſtantiam ac raritatem collecta et vna cum aliis ſcriptis ſimilis argumenti edita ab Antonio Friderico Büſching.* Berol. 1773. in 4. Ihre igitur iam in praefatione pag. 6. Gothicam linguam, adfirmat, eſſe ſororem vel potius matrem graecae ac latinae: has tres linguas natas eſſe ex communi ſtirpe; ſed ita vt ſcythica ſeu gothica natu maxima eſſet: Hellada, antequam Graecos colonos accepiſſet, a Barbaris, i. e. Scythis habitatam fuiſſe; ideo Platonem in Cratylo et alibi diſerte profiteri, quam plurimarum vocum graecanicarum fontem apud barbaros hosce quaerendum eſſe. Poſtea pag. 137. in diſſert. ſingulari contendit et docere ſtudet, origines linguae latinae et graecae inter Moeſogothos reperiendas eſſe. Porro §. 19. diſſ. primae de cod. argenteo etc. pag. 210. colligit, eo ordine litteras et arithmetices incunabula ab Ebraeis ad ceteras gentes dimanaſſe, vt primi eorum diſcipuli fuerint Scythae, ab his magiſtris ſua deſumſiſſe Graecos, qui deinde vna cum religionis myſteriis litteras calculosque Ruſſis inſtillauerint. Tum cum Bou-

heri○

herio autumat, primas fuiſſe litteras ante Cadmum pelasgicas ſiue atticas, quoniam Attici teſte *Herodot.* I. 57. fuerunt γένος πελασγικόν: illas autem pelasgicas non fuiſſe, opinatur, phoenicias, ſed ſcythicas: Homerum carmina ſua litteris mandaſſe Pelasgicis: Atticos autem poſtquam ad Hellenas a cognatis Pelasgis defeciſſent, linguam litterasque priſtinas miſſas feciſſe. Argumenta ab Ihre prolata, quamquam admodum ſpecioſa ſunt, tamen nondum me adducunt, vt credam, vera eſſe. Primum, num Barbari, quorum linguam Herodotus, Plato aliique Hellenas Ionesque in vſu fuiſſe adfirmant, Scythae et Gothi fuerint, maiore eget probatione. Tum Herodotus tradit, Atticos etiam, poſtquam ad Hellenas defeciſſent, linguam litterasque priscas mutaſſe. Vnde autem peregrina aut barbara vocabula remanſerint, poſtea videbimus. Porro nomen Scytharum tunc temporis fuit nimis vagum. Gothi vero valde diſſiti fuere a Graecis; Phoenices contra ope mercaturae et nauigationis, quarum laude olim vni floruerunt, in notitiam Graecorum citius venire poterant. Adde *Gattereri* bibliothec. hiſtoricam. Vol. 13. Halae 1770. Alii, vt Marsham, Monboddo cum aliis ex Aegypto; *) alii ex lingua hebraica; **) alii

*) Conf. *Herodotum* II. 36. et *Diodor. Sic.* I. cap. 81. de duplicium litterarum apud Aegyptios vſu, quarum alias vocabant *ſacras*, ἱεράς· alias *vulgares*, δημοτικὰς ſ. κοινοτέρας, et *Monboddo* vom Urſprung und Fortgang der Sprache, cf. vers. germ. E. A. Schmid. tom. II. p. 165. ſqq.

**) *Samuel Koenig* edidit librum inſcriptum: Etymologicon Helleno-hebraeum, ſeu primitiua graeca ex hebraeo

alii ex antiquiſſima Celtica, vnde conuenientia illius et germanicae linguae adpareret,*) originem arceſſerunt. Vide *Simonis* Introduct. pag. 6 ſqq. et 41 ſqq. vbi quoque nonnulli recenſentur, qui illorum ſententias atque opiniunculas refutarunt. Adde *Monboddo* lib. mem. vol. I. vers. germ. Rigae 1784. 8. pag. 378 ſqq. et pag. 385 ſqq. de lingua pelasgica, quam, ille putat, fuiſſe dialectum linguae gothicae aut celticae, fuſius agitur. ***Finicam*** linguam cum graeca comparat *Nils Idmann* in Recherches ſur l' ancien peuple Finois d'après les rapports de la langue Finoiſe avec la langue Grecque, par Mr. *le Paſteur Nils Idmann.* Ouvrage traduit du Suedois par Mr. *Genet* le fils, Secretair interprete de Monſieur etc. Strasbourg 1778.

hebraeo fonte viciniſque orientis linguis, vti Chaldaea, Syra, Arabica atque Aethiopica deducta, interſperſis non paucis obſeruationibus philologico-criticis. Francof. 1722. 8. In deriuandis vocc. graecis ſex vtitur praeceptis: quorum vero ope ex alia quacumque lingua vocc. graeca deriuare poſſis. Adeo libera ſunt et fluxa. Quomodo Hebraeorum litterae ad Graecos et Latinos peruenerint, oſtendere adgreſſus eſt ***P. Paulus Maria Ogerius***, ordinis Carmelitarum in lib. Graeca et latina lingua hebraizantes, ſeu de graecae et lat. cum hebraica affinitate, Venet. 1764. 8. Conf. quae plura adnotaui ad *Fabricii* Bibl. gr. vol. I. pag. 202 ſqq.


*) Ex. gr. *Io. Gottlob Guil. Dunkel* in Nähere Erklärung über ſein lateiniſches Werk von der Abſtammung der griechiſchen Sprache aus der Celtiſchen in Commentar. ſocietatis Duisburgenſis germanicis, Duisburg. Part. I. pag. 243. ſqq. Idem dedit Specimen lexici graeco-celtici harmonici in Ikenic. Symbolis litterar. tom. II. part. III. pag. 489 — 542.

1778. 8. — *Anton Linhard* in Verſuch einer Geſchichte von Krain und den übrigen ſüdlichen Slauen Oeſterreichs, Laibach. vol. I. 1788. pag. 351. contendit, Slauos fuiſſe ſecundum origenem cum Graecis, Romanis et Germanis vnum eumdemque populum; illorumque linguam eſſe argumentum. *Webb* in Some Reaſons for thinking that the Greek Language was borrowed from the Chineſe, Londini 1788. vult docere, linguam graecam ex ſinenſi eſſe ortam, et exempla, in quibus vtraque ipſi conuenire videtur, adfert. Graecos tamen litteras a Phoenicibus *) per Cadmum

*) G. *Poſtellus* in epiſtola ad A. Maſium, (cuius particulam dedit etiam Wettſtein ad Matth. X. 5.) ſcripta Conſtantinopoli in Pera d. 10. Iun. 1550, ex inuerſo Phoenicum, nunc Samaritano charactere, natas eſſe ſcribit et graecas et latinas litteras. *G. I. Voſſius* de arte grammat. I. cap. 10. variorum colligit ſententias. *Barthelemy* in Hiſtoire de l'Academie Royale des Inſcr. et B. L. avec les Memoires de Litterature Tom. XXXI. Paris 1768. de lingua Aegyptiorum, Phoenicum et Graecorum generatim agit. De Phoenicibus autem, eorum origine, terra, mutatione et religione etc. disputat *Mignot* in ſeptem commentationibus vol. 34. eiusdem Operis Gallici, Memoires etc. Paris 1770 *Theodor. Iac. Ditmar*, Prof. Gymnaſii Berol. ſcripſit prolus. Ueber das Vaterland der Phoenicier, Berol. 1790. I. plag. 8. Quod Herodotus Phoenices a mari Erythraeo verſus mediterraneum facit migrantes, vir ingenioſus ſub mari Erythraeo non intelligit arabicum; ſed perſicum ſinum, aut potius omne mare, quod Arabiam, Perſiam et Hindoſtan verſus meridiem circumfluit, atque loca adfert, quibus probaturus eſt, a veteribus id nomen illi mari fuiſſe reuera tribu-

mum accepiſſe, vulgaris eſt ſententia, quae firmatur ex conſtanti veterum et Graecorum et Romanorum

tributum. Idem in alio libello, *von den Kaukaſiſchen Völkern der mythiſchen Zeit etc.* Berolini 1789. mai. 8. de Amazonibus fabulam in Lydia eſſe quaerendam negat, nouaque ratione illuſtrat. Atlas illi eſt Caucaſus, in cuius vicinia collocat inſulam Atlantis, et columnas Herculis inter orientalem Pontum et Armeniam verſus ſeptentrionem et occidentem. Illum vocat Europam, et hanc, Lybiam in ſenſu mythico. Mythicam igitur Aegyptum in Babylonia; mythicam Italiam in Cilicia; et mythicam Siciliam in Syria; mythicam denique Thraciam in Arabia more von der Hardt quaerit; inde oſtendere conatur, quomodo Hellenes cum vicinis Caucaſi et in Graeciam inde coloni deducti, ſint intelligendi, atque hiſtoria explicanda ſit. add. *Iac. Rhen. Ferdii* Periculum Palmyrenum ſiue litteraturae veteris Palmyrenae indagandae et eruendae ratio et ſpecimen, Franequerae 1704. 4. *Eiusdem* Periculum Phoenicium ſiue litteraturae Phoeniciae, qua late olim per Aſiam, Africam et Europam patuit, eruendae ſpecimen. ibid. 1706. 4. *Io. Matthias Florinus* in Exercitationum hiſtorico-philologicarum faſciculo de origine et propagatione linguae graecae et vitis quatuor Euangeliſtarum. Francofurti ad Moenum 1707 4. aduerſus Marshamum in Canone chron. ſaeculo IX. pag. 121 ſqq. contendentem, litteras graecas aegyptias potius quam phoenicias eſſe nominandas, demonſtrare conatur, Cadmum, phoenicium ducem colonias e Phoenicia in Boeotiam duxiſſe, atque litteras primum intuliſſe phoenicias, quae mox pelasgicae, quia a Pelasgis receptae inprimis, ac per Graeciam ſint diuulgatae, fuiſſent adpellatae. Tum e Diodoro Siculo concludit, Cadmum illas, in Graeciam a ſe illatas, litteras, neque ipſum inueniſſe, neque etiam ab Aegyptiis



norum teſtimonio; tum ex conuenientia figurae litterarum Phoeniciarum et veterum Graecarum, prouti hae in antiquiſſimis monumentis adhuc reperiuntur, aliisque rationibus. vid. *Brianus Waltonus* in Apparatu biblico Proleg. II. §. 6. p. 221 ſqq. Tigur. 1673. *Montfaucon* in Palaeographia graeca. Paris 1708. in fol. Libro II. de origine litterarum graecarum et de progreſſu earundem ad vsque quartum a Chriſto nato ſeculum, praecipue cap. 1. agit de ortu litterarum graecarum ex Phoeniciis, cum ſchemate omnium priscae formae characterum; alios bene multos, hoc argumentum vberius pertractantes, laudant *Simonis* in Introduct. pag. 43 ſqq. et *Morhof* Polyh. Libr. IV. cap. 1. adde ad Fabricii B. gr. vol. I. p. 203. notata Memoires de Litterature T. II. pag. 318 ſqq. 343 ſqq. Tom. III. pag. 456 ſqq. et 482. *Hermann. Hugonem* de prima ſcribendi origine etc. ed. C. H. Trotz, Traiecti ad Rhen. 1738. cap. 3 — 8. qui varia habet de origine, ordine, ſcriptura etc. graecarum litterarum; *Chriſtian. Guiliel. Büttner* in Vergleichungs-Tabellen der Schriftarten verſchiedener Völker in den vergangenen und gegenwärtigen Zeiten, Part. I. Gott. 1771. aeri incidendas curauit Tab. II. et III. varias Phoeniciarum et Palaeograecarum litterarum formas ad originem linguae graecae declarandam etc. denique *Io.*

gyptiis didiciſſe; ſed a ſyris: Poſthacc de vſu et progreſſu linguae graecae, accentibus, aliisque rebus diſſerit: ſed doctius id argumentum perſequitur *Trylittius* in disp. de dialectis graecis capp. VI. VII. VIII. adde *Chriſt. Bened. Michaelis* in diſputatione §. 4. laudata pag. 22 ſqq.

Io. Leonh. Reckenbergeri Collegium fundamentale graecum, quod abſoluitur conciſis linguae Samaritanorum principiis, ſolidis linguae Graecorum grammaticalibus ſyntacticisque regulis etc. Ienae 1739. 8. pag. 6 ſqq. qui cum haud paucis viris doctis ab litteris Samaritanis, quae pro antiquiſſimis et genuinis Hebraeorum litteris a multis habentur, et ex litteris Phoenicum ortae vel cum iis plane eaedem fuiſſe vulgo creduntur, originem graecarum petit. Hinc in praefatione pag. 5. putat, primum litteras hebraeas, tum chaldaeas et ſyriacas, poſtea ſamaritanas et graecas, et denique latinas fuiſſe addiſcendas. Parumper diſcedit ab ſuperiore ſententia *Ioannes Baptiſta Bianconi* in libello de antiquis litteris Hebraeorum et Graecorum, Bononiae 1748. in 4. qui a pag. 33. de litteris graecis agit. Primum adfirmat, ante Cadmum, Palamedem et Simonidem litteras, quas illi aut e Phoenice in Graeciam adtuliſſe dicuntur aut inueniſſe, in Graecia iam cognitas fuiſſe: incertum enim exiſtimat rumorem fuiſſe popularem ſine auctore, (pag. 60.) tum characteres veteres graecos antiquiſſimos eosdem fuiſſe cum hebraicis et phoeniciis, denique litteras phoenicias ſeu hebraicas eſſe vel antiquiſſimas generis humani, vel ſaltem antiquiores diſperſione gentium, quae a filiis Noe vel eorum poſteris in varias terrae partes incolendas deductae ſint. Idem ſenſit et probatum iuit *Renaudot* de origine graecarum litterarum in Comment. acad. Paris. Inſcript. Vol. II. pag. 231 ſqq. et 249 ſqq. ed. Paris. contra Marsham et Kircherum aliosque disputans: Gottſchedia, in verſione theodisca. Lipſ. 1754. in

notis saepius dissentit; quo iure, videant alii. Bianconii sententiam iam antea aliquantisper fouerat *Bouhier* in dissertatione de priscis Graecorum et Latinorum litteris, quae subiuncta est de Montfaucon Palaeographiae graecae.*) Bouherium vero doctae illius dissertationis auctorem esse, didici ex Scipionis Maffei epistola ad illum p. 71. in Galliae Antiquitatibus quibusdam selectis etc. Veronae 1734. Bouherius igitur primum quidem adfirmat, Graecorum litteras Phoenicibus deberi: at Cadmum non primum intulisse illas in Graeciam, contra, litteras ante Deucalionis aeuum in Graecia iam in vsu fuisse et floruisse: Pelasgos, qui origine Phoenices esse videantur, graecarum litterarum fuisse seruatores; Pelasgicas vero litteras et linguam easdem fuisse ac priscas atticas et diuersas ab Cadmeis: alphabetum vero Pelasgis, Atticis, et dein Latinis, putat, sedecim constitisse litteris, ΑΒΓΔΕΗΙΚΛΜΝΟΠΡΣΤ: quibus a Cadmo adiectis Ζ Θ Ξ et tribus notis arithmeticis siue ἐπισήμοις, Cadmi beneficio graecum Alphabetum, instar Phoenicii, ad numerum XXII. characterum peruenisse. Alia autem nomina quod litteris imposuit, omnesque phoenicias litteras ad vsum vel scripturae vel nouae atque facillimae arithmeticae adcommodauit Cadmus, factum esse, vt pro litterarum auctore apud Graecos haberetur, colligit Bou-

*) *Bouberius* sententiam suam nouis argumentis confirmare adlaborauit in Recherches et Dissertations sur Herodote. Diuione 1746. mai. 4. cap. X. ac XXII. et cap. IX. explicat historiam Pelasgorum et Hellenum antiquorum Graeciae incolarum. conf. Acta eruditor. 1753. m. Mart. pag. 162 sqq.

Bouhier, et docet, alias quinque litteras, a grammaticis quibusdam additas, denique effecisse nouum Ionum alphabetum a quodam Callistrato, vtpote Ione, forsan sic dictum, et ab Atheniensibus sero admodum receptum: a cuius tamen sententia *Klemm* in dissert. de genesi litterarum graecarum e Phoenice, Tubingae 1720. p. 10 sqq. aliique discesserunt. Ab oriente primos litterarum ductus acceperint siue Pelasgi et Athenienses, siue Iones aliiue; tamen, quaenam prima illarum forma fuerit, num certi aliquid dici ac definiri possit, cum Bouherio in dissert. mem. §. 67. dubito. Hodiernae enim, quae restant in monumentis publicis aut codicibus, siue maiusculae siue minusculae, de quibus vide *Simonis* Introd. p. 48. et quae per varia saecula varias subierunt mutationes ac vicissitudines, vti *Montfaucon* in Palaeogr. graeca operose periteque docuit, valde diuersae esse videntur ab primis. *) Quaenam vero prisca maiuscularum, quoad in Graecia olim fuerunt in vsu, forma fuerit, videmus partim ex codicibus antiquissimis, partim e nummis, in primis vero aliquot antiquissimis monimentis; nimirum ex inscriptione Sigea, antiquissima Βουστροφηδὸν exarata; quam commentario historico, grammatico critico illustrauit *Edmundus Chishull*, Londini 1721. in fol. (vbi pag. 2 — 16. et p. 28 sqq. de

*) Conf. cl. *Villoison* Anecdota graeca tom. II. p. 103. — 171. Venet. 1781. 4. et erudit. *Nicolai Schow* Adnotatio palaeographica in libro docto Charta papyracea, graece scripta, musei Borgiani Velitris. Romae 1788. 4. pag. 110 — 133. *Fabricii* B. Gr. l. I. c. 27. et quae ibi adieci, pag. 219 sqq. vol. I.

de primis elementis graecis et origine agit,) et Lugd. Bat. 1727. 8. at emendatiorem dedit illam *Chandlerus* in opere praeſtantiſſimo mox laudando, vbi primum occupat locum: tum ex inſcriptione Amvclaea *Fourmontii* in Benedictinorum nouo opere diplomatico Tom. I. pag. 616. et denique ex marmore in volumine primo Corporis Muratoriani Inſcriptionum et a *Ioſepho Bimardo* illuſtrato, quod etiam lamella aenea expreſſum repetitur in *I. Frid. Fiſcheri*, quem vide, libello I. Animaduers. ad Welleri Grammaticam pag. 8. *) In primis autem memorandae ſunt: Inſcriptiones antiquae pleraeque nondum editae in Aſia minore et Graecia, praeſertim Athenis collectae cum appendice. Exſcripſit ediditque *Ricardus Chandler*, S. T. R. Coll. Magd. Oxoniae 1774. in fol. Opus ſumma diligentia elaboratum. Is deſcripſit inſcriptiones in itinere ſuo: quas in ordinem redegit, et cum iis, quae typis iam exſcriptae ſunt, comparauit docteque explicuit. Plurimae tamen in hac collectione primum adſpiciunt lucem. Oſtendit ille, vsque ad tempora Archontis Euclidis Olymp. 94 ½ vſos eſſe Athenienſes nullis aliis litteris, niſi Cadmeis antiquis numero XVI. H. fuiſſe ſpiritum: E et O loco H et Ω, σχ et φσ loco Ξ ac Ψ. E loco EI; O loco Oy; EN HOI pro ἐν ῷ; EN HEI pro ἐν ῇ fuiſſe ſcriptum. confer *Villoiſon* l. c. pag. 122 ſqq. et pag. 127. not. Idem

*) At enim *Bimardinam* inſcriptionem ſpuriam eſſe et fictitiam, oſtendit Maffeius. vide cel. *Villoiſonii* anecd. gr. II. pag. 169. not. vbi antiquiſſimas recenſet inſcriptiones.

Idem *Fischer* vir doct. in libello laudato pag. 7. de triplici in vltima aetate ſcribendi modo agit. Primum more orientis populorum Graeci ſcripſerunt a dextra ad ſiniſtram: *) qui mos belli Troiani temporibus adhuc viguit. *Pauſan.* V. 25. Tum in orbem litteras exararunt Graeci. *Pauſan.* V. 20. Poſtea genus ſcribendi, quod Βϐϛϱοφηδον dicebatur, h. e. vt ex inſcriptione Sigea intelligitur, a ſiniſtra dextram verſus, et linea vna abſoluta, retrorſum a dextra ad ſiniſtram inſtar verſurae boum ſcribere, et lineas ducere, vti boues in arando ducunt ſulcos, ſolemne fuit. v. *Heſych.* h. v. *Pauſan.* V. 17. *Voſſius* de Arte Grammat. I. cap. 34. *Edm. Dickinſon* Delphi phoenicizantes, cap. X. pag. 99 ſqq. Francof. 1669. 8. *Spanhem.* de V. et PR. numism. Diſſ. II. *Simonis* in introd. pag. 44. 45. *Fabricii* B. Gr. vol. I, p. 217 ſqq. et quae ibi adnotaui.

§. 5.

Cuiuscumque originis prima Graecorum elementa et forma fuerit, (Phoenicum certe aut Samaritanorum, quarum quidem notitia ad noſtram peruenit aetatem, litteris ſimiliores Graecorum fuiſſe antiquiſſimas, quas nos nouimus, valde probabile eſt,) tamen inde effici non poteſt, linguam ipſam eſſe filiam Getarum aut Phoenicum, aut alius cuiusdam nationis orientalis. Ex ſuo contra ſolo enatam eſſe linguam graecam, quae quidem deinceps commutata, culta magisque ornata eſt, cum Hemſterhuſio iudico, in eaque ſententia me confir-

*) De Aegyptiis id prodit *Herodotus* II. cap. 36.

confirmat *Herodotus* I. cap. 58. Per filios quidem et posteros Noachi semina quasi primae linguae per plurimam orbis terrarum partem sparsa fuerunt, vnde vestigia orientis in omnibus priscis linguis modo clarius, modo obscurius intelliguntur; sed, quum nondum fixae essent Grammaticorum leges, natura coeli terraeque et vitae ratio aliaeque caussae physicae varias effecerunt mutationes: quas mixtura diuersarum gentium, praecipue in oris Ioniae, Phrygiae et Atticae, sensim ita auxit, vt inde noua veluti lingua oriretur. Atque ortus linguae graecae is mihi esse videtur. Pelasgi, *) aut quicumque primi Graeciae fuerint incolae, suam habuerunt linguam, qui licet sedibus suis expulsi, aut cum aliis vicinis populis mixti, reliquerunt tamen linguae suae vestigia. Mos praeterea barbarus tunc temporis fuit, vt qui potentiores aut alienarum terrarum siue ob multitudinem hominum siue ob spem pinguioris soli aliasue caussas adpetentiores essent, in vicinorum regionem irruerent; et, si superiores discesserunt, suam inferrent linguam suasque litteras, aut cum vetere miscerent. Id quoque per mercatores factum est. In Graecia, in primis in insulis orisque asiaticis, quod mercatura mature florere coepit;

*) v. *Monboddo* lib. mem. tom. I. pag. 397 sqq. qui pro Pelasgis quasi dimicat; pag. 389. not. *Herodot.* I. cap. 57. illustrare atque refutare sustinet; p. 419. concludit, Pelasgos vel fuisse coloniam Aegyptiorum, vel cum his adeo iunctos, vt illorum linguam artesque discerent: denique pag. 421. contendit, dialectos doricam, ionicam et atticam antiquam ex Aegypto manasse.

pit; dein, quod ii, qui regiones verſus ſeptentrionem obtinuerunt, calidiores, amoeniores et fertiliores vi armorum occuparunt, illi vero, qui paullo remotiores fuerant, vti incolae Atticae, a vi et iniuria barbarorum ſecuri tutique aliquantum diutius vixerunt, ſuosque ſeruarunt mores linguamque, donec vel per mercaturam vel per praedones, vel per aliam occaſionem in notitiam aliorum aut poteſtatem veniſſent: euenit, vt Phryges, Thraces, Phoenices, Aegyptii aliarumque gentium et nationum homines vel praedae vel mercaturae cauſſa Ioniam et Graeciam inſulasque vel occuparent, vel in iis tamquam coloni ſedem figerent. Inde vero etiam factum eſt, vt Graeci antiquiores e pluribus gentibus et familiis orti et cum pluribus peregrinis commixti nouam linguam quaſi conderent: in quibus vero linguarum, quibus gentes, e quibus natio graeca confluxiſſet, aut ditiores aut cultiores et prudentiores in primis vſae ſunt, atque adeo, idque praecipue, Orientis remanerent veſtigia: vide, quae ſcripſi in *Opuſculis meis varii argumenti* p. 391 ſqq. et *Erneſti* de Veſtigiis linguae hebraicae in lingua graeca, in Opuſculis philol. p. 171 ſqq. Hinc deorum lingua apud Homerum eſt lingua antiquiorum hominum: Hinc linguae, quam Ihre Scythicam eſſe voluit, reliquiae. Inde vero auctoritas *Ihre* me non mouet, vt credam, Homerum carmina litteris mandaſſe Pelasgicis, quum hic in Aegypto commoratus non religione ſolum, ſed litteris quoque Aegyptiorum imbutus poſt Cadmum, qui LX annis ante bellum Troianum vixerit et cum ſociis ſuis vel nouas litteras in Graeciam adtulit, vel potius

veteres mutauit et auxit, floruiſſet, eoque tempore ſcripſiſſet, quo opera hominum doctorum et leges quaedam grammaticae iam fixae et lingua graeca fuiſſet cultior. Nam quomodo in lingua graeca, quae ab omnibus etiam ſeris nepotibus intelligeretur, ſignis tamen et litteris Pelasgicis, quarum numerus minor fuit, vſus, carmina exarare potuiſſet, me haud perſpicere fateor. Quin potius vt Ionibus atque inſularum principibus placeret ab illisque intelligeretur, horum lingua et litteris vſum fuiſſe, admodum probabile eſſe videtur. *Wood* tamen in Verſuch über das Original-Genie des Homers p. 262 ſqq. inprimis p. 292 ſqq. cum Ioſepho Euſtathio aliisque putat, Homerum alphabetum atque adeo ſcripturam haud nouiſſe, ſed carmina ſua, quae poſtea demum Athenis collecta et litteris conſignata ab interitu vindicata fuiſſent, recitaſſe aliis et memoriae tradidiſſe, quod quidem mihi vix perſuadere poſſum. Veſtigia vero orientis atque adeo hebraici ſermonis ſimplicis ſaepiusque prouerbialis (qui vltimam redolet antiquitatem) praecipue cuſtodita et reperta ſunt in ſermone vulgari et quotidiano. Quoniam vero poetae ſermonem in conſuetudine populi vſitatum ſaepius et diutius retinere ſoleat, ad voluptatem, quam pedeſtris et ſolutae orationis ſcriptores; hinc factum eſt, vt, etiamſi cultior dicendi ſcribendique ratio a proſaicis reciperetur, apud poetas antiquiores plura hebraismorum, qui videntur, exempla veſtigiaque inuenirentur. Sed de ortu tantum linguae graecae; non de incremento et cultura, cuius ope illa aliquanto et paullatim eſſet immutata, meam ſuſpiciunculam peritorum examini ſubieci.

§. 6.

§. 6.

Aliae restant quaestiones, quae industriam potius, quam ingenium hominum doctorum exercuerunt, et maiores, quam par fuit et aequum, excitarunt tragoedias, de ordine, potestate et valore litterarum, de pronuntiatione, accentibus. Quae quoniam ad grammaticam potius pertinent, et in *Simonis* Introductione Sect. II. et *Walchii* Introductione in linguam graecam pag. 118 sqq. copiose pertractatae sunt, in minutioribus illis rebus nolo esse multus. A quo quidem tempore accentus in scribendo per signa quaedam exprimi coeperint, aeque dissentiunt grammatici, ac in quaestione, num hodie locum adhuc obtinere debeant, nec ne? Praeter Simonem et Walchium, *Monboddo* vom Ursprung und Fortgang der Sprache, vers. germ. vol. II. part. II. cap. 4. p. 168 sqq. c. 7. pag. 236 sqq. varios, qui in vtramque partem disputarunt, auctores, quibus addas *Arnauld* in Memoires de l' Academie des Inscriptions etc. Paris Vol. 32. et *Rambach* im Versuch einer pragmatischen Litterair-Geschichte pag. 159 seq. laudat acer accentuum oppugnator, *Carol. Gottlob Hoffmann* in Commentatione de genuina linguae graecae modulatione sine accentibus, cui praemissa est dissertatio, quae seriem antiquissimorum codicum graecorum sine accentibus manuscriptorum in lucem producit, et linguam graecam sine accentibus olim lectam pronuntiatamque esse probat. Lipsiae 1729. 8. pag. 8. sq. et nouissime reiecit accentuum vsum *I. Gottlieb Lindner*, Rector scholae Arnstad. in Prolusione de vera vocalium graecae linguae pronuntiatione et eiusdem sine

accen-

accentibus modulatione Arnſtad. 1772. Noſtra quoque aetas nonnullas vidit editiones omiſſis accentibus curatas, Theocritum a Wartono et Luciani aliquot dialogos a Seyboldio *) editos etc. Quin *Io. Chriſtian Langbein*, Conrector ſcholae Arnſtad. publicauit: Griechiſche Grammatik ohne Accente, Arnſtad. 1715. in 8. Neque tamen defuerunt, qui accentus retinendos eſſe ſtatuerent. Recentiſſima aetate illorum patronus exſtitit *Thomas Stanislaus Velaſti* in diſſertatione de litterarum graecarum pronuntiatione Romae 1751. 8. et Pragae 1770. Parte IV. qui cap. IX. vel probare ſuſtinuit, Graecorum carmina accentibus non laedi. Fuerunt quoque, qui in ſingularibus libellis praecepta de accentibus darent, e. g. *Philipp Labbe* in libello: Regulae accentuum et ſpirituum graecorum nouo ordine in faciliores et difficiliores pro captu ſcholaſticorum diſtributae — Paris 1726. in 12. *Bentlei* quoque in praefat. ad edition. ſuam Callimachi agit de linguae graecae pronuntiatione: ſecundumne quantitatem, an accentus melius procedat. De accentuum veterum Graec. genuina pronuntiatione disp. *Io. Michael Kern*, praes. *Io. M. Geſnero*, Gottingae 1755. 4. Equidem, quamquam figurae accentuum non vltimam redoleant antiquitatem, nec in legendis poetis illorum ratio habenda ſit, nec in ſcholis, vti fieri ſolet, nimium temporis illis docendis perdendum eſſe, cenſeam, tamen, quoniam exploratae ſunt vtilitatis, et ad ſignificatuum diuerſitatem determinandam ſunt neceſſariae, eas non temere negligerem,

*) qui tamen in altera ed. illos addidit.

gligerem, vide quoque *Valcken.* in Diatrib. in Euripid. Dram. Reliq. cap. 22. p. 247. poſt Hippolytum Lugd. Bat. 1768. 4. et *Fiſcher* in Animadv. ſuper Welleri Gramm. Part. II. pag. 97 ſq. adde M. *Io. Guil. Kirchmaieri* diſſ. II[dam], de Orthographia Graecorum, Witteb. 1731. *Villoiſon* in Anecd. graec. tom. II. p. 130 ſqq. et in indice II. voc. *accentus*.

§. 7.

De pronuntiatione, num Reuchliniana, an Erasmiana ſit praeferenda, acriter disputarunt viri docti, quorum permulta ſcripta recenſuit cum *Walch* p. 119. tum inprimis *Simonis* pag. 51 ſqq. et *Sigebertus Hauerkamp* edidit duas Syllogas ſcriptorum, *) qui de linguae graecae vera et recta pronun-

*) In *priore* ſylloge ſunt Adolphi Mekerchi, Theodori Bezae, Iacobi Ceratini, et Henr. Stephani commentarii, quibus accedunt Hauercampi diſſert. de litterarum graecarum ortu ex Phoenicia et varia, in antiquis praeſertim nummis et marmoribus, ſcriptura et forma, et antiquiſſima quaedam numismata graeca, numero quadraginta nouem, magnam partem inedita. *Altera* ſylloge continentur Des. Erasmi Roterod. de recta latini graecique pronunciatione dialogus; Io. Cheki Angli de pronuntiatione graecae potiſſimum linguae dispp. cum Stephano Vintonienſi epiſcopo, ſeptem contrariis epiſtolis comprehenſae; Stephani Vintonienſis epiſcopi ſcripta et edicta contra Io. Checum de pronunciatione linguae gr. et lat.; Thomae Smith, Angli, ad Vintonienſem epiſcopum epiſtola de recta et emendata linguae graecae pronunciatione; Gregorius Martinus ad Adolphum Mekerchum pro veteri et vera graecarum litt. pronunciatione; Erasmi Schmidt

pronuntiatione commentarios reliquerunt, Lugd. Bat. 1736. et 1740. in 8. *) Nouissime defenderunt priorem *Gregorius Placentinus* et *Thomas Stanislaus Velasti*: Ille quum Palaeographiae graecae, Romae 1737. editae adiecisset dissertationem *de recta graeci sermonis pronuntiatione*, in qua euincere studuit, recentiores Graecos, qui Reuchlinianam sectentur pronuntiationem, eamdem habere,

Schmidt discursus de pronuntiatione graeca antiqua, contra Νεόφυτον; denique Guil. Postelli commentatiuncula de Foenicum literis, seu de prisca lat. et gr. linguae charactere, eiusque antiquissima origine et vsu, ad Carolum Cardinalem, principem Lotharingium, primarium Galliae antistitem. In praefationibus Hauerkamp. pauca de singulis adfert. add. *Villoison* in Anecdot. graecis tom. II. pag. 127 sqq. et in indice litter. H. atque voc. *pronuntiatio*, item de ε atque η in prolegomenis ad Venetam Homeri edit. pag. 4. not. *Guys* in Litterarisch. Reise nach Griechenland, cui quod opposuit quaedam Larcher in notis ad interpretationem suam gallicam Xenophontis Anabaseos, ille respondit et defendit pronuntiationem, Atticorum adhuc seruatam in tertia epistola, quae subiecta est libro: Essais sur les Elégies de Tibulle, auquel on a joent quelques Poesies legeres. Par Mr. *I. Bapt. Guys*. Hagae et Paris 1779. 8.

*) Erasmum fuisse ab Henrico Glareano illusum, tum conscripsisse libellum s. dialogum de recta latini graecique sermonis pronuntiatione, cognita autem fraude, numquam ea pronuntiandi ratione postea vsum esse, narrat *G. I. Vossius* in Aristarcho, lib. I. c. 28. p. 107. reiecerunt Erasmianam rationem *Iust. Lipsius* dial. de recta pronuntiat. L. L. cap. 11. *Kirchmaierus* de germana pronunt. L. Gr. etc. Witteberg. 1706. etc.

bere, qua antiquiſſimi vſi fuiſſent; *Mirtisbus Sarpedonius* in diſſ. *de vera Atticorum pronuntiatione* (Romae 1750 in 4.) hodiernam Graecorum pronuntiandi rationem plane diuerſam eſſe ab antiquiore, oſtenſurus eſt. Cuius placita Velaſtus, Chius, qui tunc Romae commoratus eſt, in priuatis ſermonibus oppugnans, anno ſequenti publici iuris fecit diſſertat. de litterarum Graecarum pronuntiatione, Romae 1751. rec. Pragae 1770. in 8. in qua docuit, recentiores Graecos eodem modo atque adeo Reuchliniano. efferre litteras, quo Plato, Demoſthenes etc. ſueuiſſent. Atque diu ante *Io. Adolph Müller*, Rector Zerueſt. in proluſione, de iuſtiſſima ratione graece pronuntiandi 1724. exemplis et teſtimoniis probat η vt *i:* αι vt *ae:* ει vt *i:* οι vt *i:* αυ vt *af* pronuntiari debere, conf. Bidermanni Acta ſcholaſtica Part. I. pag. 43 ſqq. Poſteriorem vero ſiue Erasmianam vindicant *Lindner* in proluſione paullo ante laudata, ita tamen vt ab Erasmiana methodo pauliſper diſceſſerit. cl. M. *Io. Melchior Faber*, Prof. et Rect. Gymnaſii Onold. in progr. quomodo Graeca in ſcholis pronunciare placeat. Onold. 1781. 4. aliique. Et *Etiſtae* et *Iotiſtae* (hoc enim potiſſimum inſigni nomine duae illae Grammaticorum partes diſcernuntur, quoniam τὸ H. Reuchliani vt *I;* Erasmiani vero vt *E* pronuntiare ſolent) pro ſua quisque ſententia argumenta habent haud leuia. Equidem cum iis facio, qui ſtatuant, litteras dubias pro diuerſitate loci, temporis et aeris diuerſo modo eſſe pronuntiatas: quod quidem, lingua adhuc viua, haud inſolitum atque infrequens eſſe, vel lingua Germanica, Italica aliaeque,

que, etiam noſtra aetate abunde teſtantur. Atque, ſi verum dicere fas eſt, num noſtrae aetatis, quae antiquiſſimam Graecorum aeque ac Romanorum pronuntiationem minus adcurate ſcire poteſt, grammatici de vera pronuntiandi ratione legitime iudicare poſſint, valde dubito. Dionyſius enim Halicarnaſſeus Sapphus carmina propter ſonum et iuncturam litterarum potiſſimum laudauit. Quis vero hodie teretes illas acutasque Dionyſii aures habet, vt aeque ſentiat linguae venuſtatem et vincula orationis?

§. 8.

At relinquamus has et reliquas quaeſtiones de Epiſemis (de quibus Montfaucon in Palaeographia, Ihre in diſſ. prima iam laudata aliique egerunt) ſpiritibus, temporibus et generibus verbi, eorumque diſcrimine, numeris, articulis, de ſignis veterum criticis, (de quibus v. *Diogen. Laërt.* III. ſegm. 65 ſq. ibique Caſaub. et docte copioſeque egit cl. *Villoiſon* in prolegom. ad Homerum, et quae notaui ad Fabr. B. Gr. I. pag. 365.) num Graeci ablatiuum habuerint, praepoſitionibus et alias eiusmodi generis grammaticorum ſcholis. Atque multa de illis collegit Simonis, quem compilare nolo. Pauca tantum addam: De origine ſignorum, quae ſpiritus vocantur, ex antiquiſſimo Ionum Aeolumque alphabeto et de orthographia ac pronuntiatione Latinorum inde orta, quaedam monuit doctus quidam homo in Lemgoiſch. Auserleſene Bibliothek, Vol. VIII. pag. 78 ſqq. De diuerſitate et poteſtate temporum eſt elegans diſputatio *Clarkii* ad Homer. Iliad. A. vers. 34.

Oeder

Oeder in disputat. erudita de Chronologia grammatica, Gotting. 1743. *Reiz*, Prof. Lipsiens. in aliqua disp. eiusdem fere argumenti. De verbis Graecorum mediis commentationes Ludolphi Kusteri, Io. Clerici et Erasmi Schmidii, recensuit, suamque adiecit *Wollius*, Lipsiae 1733. auct. 1752. in 8. et *Sigism. Frid. Dresigii* comment. de verbis mediis N. T. etc. sunt graecarum litterarum amantibus omnino commendandae. Vindicias articuli ὁ, ἡ, τὸ in N. T. scripsit *Adrianus Kluit*. Traiecti ad Rhen. partis prioris T. I. — III. et posterioris T. I. II. 1768 — 1771. (conf. Philolog. Bibliothek. Gotting. Vol. II. part. 8.) De prosodiae graecae accentus inclinatione siue de inclinalibus graecae linguae dictionibus agit *M. Frid. Wolfg. Reiz* in prolusione quadam academica, Lipsiae 1775. De significatione praepositionum graecarum in compositis exposuit *Casp. Frider. Hachenberg*. Vltraiecti 1771. 8. In singulis praepositionibus redit auctor ad primam significationem; indeque reliquas vel remotissimi sensus explicat et deriuat. At limites saepius migrasse videtur: Vsus enim est vocum tyrannus. Num Graeci careant casu sexto siue ablatiuo; nec ne? quaestio orta est. Multis eum argumentis vindicare studuit *M. Io. Ericus Ostermann*, in disp. Quaestionum graecarum πέντας, Witteb. 1634. 4. in quaestione tertia. — De Graecorum quinta declinatione imparisyllabica, et inde formata Latinorum quaestio *Marklandi* subiuncta est eius editioni II. Euripidis Dramatis supplices Mulieres, Londini 1775. 8. pag. 273 sqq.

§. 9.

Graecas litteras tractantes dialecti, quae in qualibet lingua et ciuitate subinde orta, cum aliis commixta, dein culta, locupletata atque amplificata oriuntur, valde morari solent. Illae quidem iam ante Homerum variae fuerunt: qui quidem Odyss. XIX, 175. sqq. in insula Creta homines fuisse, canit, multos, innumeros et nonaginta vrbes.

Ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα μεμιγμένη· ἐν μὲν Ἀχαιοὶ
Ἐν δ', ἐτεόκρητες μεγαλήτορες, ἐν δὲ Κύδωνες
Δωριέες τὲ τριχάικες, δῖοί τε Πελασγοί.

Alia autem aliorum lingua mixta: insunt quidem Achiui,
Insunt vero indigenae Cretenses magnanimi, insunt et Cydones
Dorienses que trifariam diuisi, eximiique Pelasgi.

Quem locum valde opportunum varias ob caussas huc transtuli. Primum ea, quae supra disputaui de linguae graecae origine, haud parum fulcire videtur. Tum Pelasgos eorumque linguae asperae et barbarae cum coloniarum recentiorum varia et ipsorum lingua commixtae reliquias apud Cretenses seruatas inde cognoscimus: Porro intelligimus, *Woodii* sententiam (in Versuch über das Original-Genie des Homers pag. 263.) de dialectis, quae Homeri aetate ab aliis finguntur fuisse, ab Woodio autem negantur, esse restringendam. Dialecti h. e. diuersa genera pronuntiandi loquendique

dique fuerunt; ſed adhuc communes (non, vulgares, vt me quidam male intellexit ac reprehendit,) h. e. in vſu fuerunt communi apud homines graece loquentes nec formae adeo diuerſae, necdum adeo in carminibus docte et inſtar characterum diuerſarum gentium ac ſcriptorum, diſcretae: cultior demum poſteritas dialectorum diuerſitatem tamquam ſingularum nationum et ſcriptorum notationem et diſcrimen, aut dignitatis et conditionis vel melioris vel deterioris inſigne conſtituit atque effecit. Quare iure quoque negamus, Homerum vel propria vſum fuiſſe dialecto, vel variis Graeciae dialectis linguam ſuam locupletaſſe. (Sed latius expoſui meam ſententiam ad Fabr. B. G. I. pag. 563 ſq. adde Clark. ad Hom. Il. β. 43.) Γλῶσσαν autem denotare *dialectum*, ex *Ariſtotele* de A. P. cap. 3. diſcimus. Adde *Weſſeling* ad Diodor. Siculum IV. pag. 317. *Mauſſacii* Diſſ. crit. ad Harpocr. p. 359. *Georg. Frider. Thryliitii* disput. praeſide M. I. Iac. Ferbero habitam, de dialectis Graecorum, Wittebergae 1709. 4. cap. I. et II. eiusdem *Thryllitii* diſp. praeſide Georg. Guil. Kirchmaiero ventilatam, de dialecto communi, ibid. 1709. 4. ſect. prior. Quatuor autem dialecti, quae poſtea tamquam ſingulares ſcriptorum et gentium characteres ortae ſunt, vulgo numerantur: Dorica, Aeolica, Ionica et Attica: quae quidem cum tempore et apud diuerſas, quae illam loquutae ſunt, gentes varias ſubierunt viciſſitudines ac mutationes. Terrarum vero, quae lingua graeca vſae ſunt, ciuibus vinculo ſocietatis aut neceſſitudinis aut primae originis iunctis, cur non vnam eamdemque dialectum ſcriptores per-

petuo ſeruaſſent, intellectu facile eſt. Quae vero poetica dicitur, ea, ſi vim et poteſtatem vocis dialecti curatius perpendas, nulla eſt habenda, et reliquae, quae ſaepius hoc nomine inſignitae veniunt, ſunt potius idiotismi ſingularum ciuitatum aut prouinciarum, vti ſingulae Germaniae prouinciae ſua propria vocabula, ac proprias enuntiandi aut loquendi formas habent, quas barbare quoque vocant prouincialismos. Ea, quae vel fundamentum reliquarum fuerit, aut in qua vel omnes vel plurimae prouinciae aut graecam linguam loquentium dialecti conueniunt, et in conſcribendis libris eſt adhibita, vulgo dicitur *communis*. Doricam autem fuiſſe antiquam, paene colligimus ex Homeri verſibus, quorum veluti commentarium inuenies apud *Strabon*, Lib. X. pag. 728 ſq. Almel. paullo ante adlatis. Atqui illam, quod Dores in litteris amant ſimplicitatem, (nam duplices conſonas non frequentant,) atque adeo infantiam linguae produnt, omnium dialectorum, quae poſtquam in partes quaſi populares diuiſae fuerunt, paene antiquiſſimam eſſe puto. *) Iidem vero Dores, quod ſaltem ſecundum ſcholiaſtem ad Homeri locum Euboeam quoque Peloponneſum

*) *Thryllitius* in disp. de dialectis graecis cap. V. commentum eſſe ſcribit, quae de dorica dialecto, tamquam prima ſcribant alii. E contrario cum Is. Caſaub. contendit, *ionicam* dialectum omnium eſſe antiquiſſimam, primamque, quum et veſtigia cunctarum in ea dialectorum inueniantur, et ipſe Heſiodus atque Homerus eadem ſaepius, quam ceteris vtantur. Verum quae in vtramque partem diſputari poſſint, ea hic excutere non vacat.

ponnesum et Cretam incoluerunt, tum secundum Aristotelem de A. P. cap. 3. tragoediam et comoediam vindicarunt sibi, horumque lingua opera sapientum virorum, legislatorum et coloniarum non diu inculta et sepulta quasi iacere potuit; inde rationem intelligimus, cur dialectus dorica tam altas latasque radices per varias gentes egerit. Doricam autem dialectum et veteres et recentiores critici in antiquam dispescuerunt et nouam. Atqui, quoniam veterem aeolicam eamdem fuisse, quae antiquitus esset dorica, *Schmidius* ad Pind. Olymp. I. v. 164. et *Maittaire* ex Strabone probant, hic in introductione in graecas dialectos ad librum vtilem inscriptum; *graecae linguae dialecti in scholae regiae Westmonasteriensis vsum recognitae, opera Mich. Maittaire; praefationem et appendicem ex Apollonii Dyscoli fragmento inedito addidit I. Fr. Reizius Hagae Comitum* 1738. in 8. pag. 1. sq aeolicam ad doricam vna cum multis aliis putat referendam esse. conf. *Thryllitius* in disp. cit. cap. VII. et VIII. Dialectus ionica eadem est ac vetus Attica, sed postea mutata aut deprauata, v. *Salmas.* in libro de lingua hellenistica cap. 7. *Thryllitius* l. m. cap. V. *Pierson* ad Moerin pag. 405. et in praef. pag. 26 sqq. Neque tamen omnes Iones eadem lingua vsi sunt; sed quatuor linguarum proprietates (*Χαρακτῆρες γλώσσης τέσσαρες*) habuerunt, testante *Herodoto* Libr. 1. pag. 66 sqq. ed. Stephan. vbi de dialecti Ionicae et gentium, quae illam in vsu habuerunt, diuersitate multus est antiquissimus ille historicus Atticam autem, quam hodie vocamus, maioris esse venustatis et culturae, atque adeo reliquis re-

centiorem, quilibet, qui hiftoriam ingenii generisque humani et linguarum vel primis labris guftauerit, facile intelliget. Male igitur, vt vnicum tantummodo dem exemplum, et recentiores et veteres critici, (e. gr. ftatim ad primos verfus Idyll. 1. Theocriti) docuerunt, Dores refoluere ζ Atticorum in σδ, quum fcribere debuiffent, Atticos Dorum σδ, quod fecundum originem prius fuit, in duplicem ζ contraxiffe. cf. *Clark* ad Hom. Il. β'. 267. De lingua lycaonica a Pelasgis graecis orta, ad Act. XIV. 11. disp. *Io. Fr. Gubling*, Witteb. 1726. 4. agit quoque de lingua pelasgica, et difcedit a fententia *Iablonskii*, qui in diff. de lingua lycaonica, hanc, exiftimat, fuiffe Affyriacae proximam, atque hinc deductam. adde Wolf. Polum aliosque interpretes ad citatum Actorum locum. De dialecto Laconica Valckenaer ad Theocriti Adoniaz. pag. 271 fqq. multa docte eleganterque disputat. De dialecto Tzaconum et hodierna Graecorum v. *Villoifon* Prolegom. ad Homer. pag. 49. fq. not. De dialectis vero vel generatim fecundum diuerfas illarum fpecies multi fcripferunt: e veteribus, quorum catalogum dedit Fabricius in Biblioth. gr. Libr. IV. part. alter. cap. 34 commemoramus *Georgium Corinthum Metropolitam de Dialectis, e. codd. MSS emendauit et notis illuftrauit Gisbertus Koen. Ictus. Accedunt Grammatici Leidenfis et Meermanniani de Dialectis Opufcula ab iis, quae fub Ioannis Grammatici nomine vulgo circumferuntur, longe diuerfa, Lugd. Batau.* 1766. in 8. e recentioribus autem *Aemilii Porti* Dictionarium Ionicum graeco-latinum, quod indicem in omnes Herodoti libros continet, cum verbo-

verborum et locutionum in his obſeruatu dignarum accurata deſcriptione, quae varias Ionicae linguae proprietates regulasque diligentiſſime notatas et Herodoteis exemplis illuſtratas demonſtrat. Francofurti 1603. in 8. Eiusdem Dictionarium doricum graeco-latinum, quod totius Theocriti, Moſchi Syracuſani, Bionis Smyrnaei et Simmiae Rhodii variorum opuſculorum accuratam et fidelem interpretationem continet — Francof. 1603. in 8. Quae duo opera, quamuis multis ſcateant naeuis, ſua tamen laude atque vtilitate non omnino defraudanda ſunt. Graecorum dialecti poeticae ab oratoriis ſeiunctae, et noua methodo, compendioque facili traditae cum licentiis poeticis et graecorum epithetorum noua delineatione, opera. *P. Philippi Labbe.* e ſoc. Ieſu. edit. quinta. Par. 1671. 8. ed. vltima. ib. 1725. 12. *Chriſtiani Gottlieb Schwarz* disp. de cauſſis dialectorum, ſpeciatim graecarum, Wittemberg. 1702. 4. — *Heupelii* Canones de graec. dialectorum proprietatibus. Argentor. 1712. 8. — *Maittarii* librum de Dialectis, qui praecipue propter loca et auctorum claſſicorum et grammaticorum diligenter excitata, omni commendatione dignus eſt, iam paullo ante laudaui. Recentiſſimus isque vtilis liber eſt: Compendium dialectorum graecarum in vſum ſcholarum, concinnauit *Io. Frid. Facius*, Prof. Coburg. Noribergae 1782. 8. add. doctiſſ. diſſ. cl. *Frid. Guil. Sturz* (in praef. Profeſſor. Gerani) de dialecto Alexandrina, ratione ſimul habita verſionis librorum V. T. graecae, Lipſ. 1786. 4. eiusdem progr. de dialecto Alexandrina, disp. altera. Gerae 1788. 4. Quos de dialectis ſcripto-

res *Fabricius* in Bibliotheca graeca Libr. IV. cap. 34. *Simonis* in Introduct. Sect. IX. *Walch* in Introduct. I. cap. 3. §. 58. sqq. iam protulerunt, aut quae de dialectis illi aliique grammaticarum conditores differuerunt, hic ea repetere nolo. adde Gedicke de dialectis, praecipue Graecorum, in Berlinisch. Magazin der Wissensch. u. Künste. 1782. part. II. n. 1. *Verheyk* quoque in Excursu ad Antonini Liberalis Metamorphos. de dialectis multa dedit egregia: ipse tamen pag. 297. bene monet, Antoninum scriptorum plerumque Ionicorum et poetarum, quorum integra loca descripsit, verba seruasse.

§. 10.

Quicumque autem graecos scriptores, tam diuinos, quam profanos cum vtilitate promteque legere aut interpretari cupit, eum quoque subsidia, quae lectionem facilitent, omnino scire et parare sibi oportet. Quare de his paucis agemus. Quum vero bonus grammaticus bonus demum sit philologus, interpres et theologus, a Grammaticis ordiemur. Primum locum occupant, qui scholia aut commentarios graecos in veteres auctores conscripserunt, qui quidem, quamquam pueriliter et ieiune falsoque haud raro commentati sunt, aut quisquilias tradiderunt: multa tamen habent, quae ad intelligendos auctores vnice conducant. Illorum enim studium nisi nos adiuuisset, in mythologia, historia, antiquitate, vocabulorum originatione ac potestate aliisque rebus multa vel parum adcurate vel plane non cognosceremus.

Atque

Atque Suidas Hefychius et reliqui lexicographi plurima paene debent veteribus illis fcholiaftis, de quorum praeftantia et vtilitate *Io. Martin Chladenius*, theologus quondam Erlangenfis, in fingulari quadam commentatione, Witteberg. 1732, 4. Opufculis eius academicis, Lipf. 1741. 8. tom. 1. poftea inferta, copiofius egit. adde cl. *Villoifon* Prolegom. ad Venetam Homeri editionem pag. XLIV. not. et cl. *Beck* in prolufione academica de ratione, qua fcholiaftae poetarum graecorum veteres, in primisque Homeri, ad fefum elegantiae et venuftatis acuendum, adhiberi recte poffint. Lipfiae 1785. 4. In primis vero Vlpiani commentarii in Demofthenem, et Euftathii in Homerum atque Dionyfii Perigefin funt laudandi. Grammaticos tamen veteres, quorum tres olim fuerunt ordines (conf. Walchii librum doctum de arte critica veterum Romanorum,) Tryphonem, Phrynichum, Apollonium Alexandrinum Dyscolum, (cuius fragmenta quaedam inedita adiecit Reizius Maittarii libro de Dialectis,) Moeridem aliosque, de quibus partim infra, fingulorum, quorum aetas nota eft, vitam et hiftoriam perfequendo, vberius agemus, partim Fabricii bibliotheca graeca Libr. V. cap. 7. confulenda eft, in praefenti de induftria praetermittimus. Memorabo tantum recentiorem libr. Τοῦ *σοφωτάτου καὶ λογιοτάτου Μανουήλου τοῦ Μοσχοπόλου, περὶ σχεδῶν· ἤτοι Γραμματικὴ, ἐνσχήματι τεχνολογικῷ περὶ ἐτομολογίας. εἶτ᾽ οὖν τεχνολογίας, διαλαμβάνουσα. — τύποις ποτὲ ἐκδοθεῖσα παρὰ Ῥοβέρτου Στεφάνου. νῦν δὲ δεύτερον μετατυπωθεῖσα, προτροπῇ καὶ δαπάνῃ τοῦ ἐκλαμπροτάτου, σοφωτάτου καὶ εὐγενεστάτου Ἄρχοντος*

Κυρίȣ, Κυρίȣ Κωνϛαντίνȣ Ἀλεξάνδρȣ Φιλιππίδȣ τȣ͂ Γάιȣ —. ἐν Βιέννῃ τῆς Αὐϛρίας παρὰ ἰωσὴφ τῷ Κȣρτβέκ. ἐν ἔτει αψογ΄ (1773.) Moſchopuli libellus continet bona graecae linguae praecepta atque obſeruationes, et a criticis recentioribus, praecipue Batauis, ſaepe in ſubſidium vocatus eſt. Multorum veterum grammaticorum opera adhuc latent in bibliothecis Pariſienſi, Matritenſi, Veneta aliisque. Quaedam publicauit cel. *Villoiſon* in anecdotis graecis, tom. II. Venet. 1781. 4. e. g. pag. 79 ſq. anonymi cuiusdam Atticiſtae de Atticismis opuſculum p. 85 ſq. *Heliae* Monachi περὶ τῶν ἐν τοῖς στίχοις παθῶν. pag. 86 ſqq. *Herodiani* init. libelli περὶ ϛίχων τῆς λέξεως et lib. περὶ σχημάτων. pag. 103 ſq. *Porphyrii* lib. περὶ προσῳδίας. pag. 138 ſqq. et pag. 178 ſqq. ſcholia in *Dionyſii* artem grammaticam, pag. 172 ſqq. et p. 186 ſqq. in eamdem ſcholia Diomedis ſcholaſtici. et Ruhnkenii diligentia grammaticorum graecorum ἀνέκδοτα ſunt exſpectanda.

§. 11.

Poſt Conſtantinopolin a Turcis expugnatam et iam paullo ante triſtiſſimum illud tempus graeci quidam docti homines ſedem eruditionis et grammatices ſtudium in Italiam cum aliis transtulerunt, Emmanuel Chryſoloras, Theodorus Gaza, Demetrius Chalcocondylas, Conſtantinus Laſcaris, quorum vitam, ſataque et merita *Humfredus Hodius* *) atque

*) De graecis illuſtribus linguae graecae inſtauratoribus, Londini 1742. in 8.

atque *Chriſtianus Fridericus Boernerus* *) fuſius expoſuerunt. Illorum Erotemata ſiue praecepta grammatices graecae vel ſeparatim vel ab Aldo aut ex huius officina in quatuor voluminibus ab 1496 — 1525. coniunctim excuſa **) ſunt edita. Ego vero poſſideo exemplar peruetuſtum in folio nulla loci annique mentione facta, ſine vllo paginae et cuſtodis indicio, atque adeo ad primos graecos libros formulis typographicis, ab Aldinis diuerſis deſcriptos referendum, quo tres antiquiores grammaticae continentur. 1) *Δημητρίȣ χαλκονδύλȣ ἐρωτήματα συνοπτικὰ τῶν ὄκτω τȣ̃ λόγȣ μερῶν μετὰ τινῶν χρησίμων κανόνων.* 2) *Τȣ̃ σοφωτάτȣ καὶ λογιωτάτȣ κυρȣ̃ μανȣὴλ τȣ̃ μοσχοπȣ́λȣ διωρθωθέντων ἐρωτημάτων.* 3) *περὶ διαλέκτων τῶν παρὰ Κορίνθȣ παρεκβληθεισῶν*, quam collectionem neque apud Fabricium inueni, neque a Koenio in praefatione ad editionem ſuam Gregorii Corinthi memoratam. ***) Ipſe Aldus Manutius

*) De doctis hominibus graecis, litterarum graecarum in Italia inſtauratoribus, Lipſ. 1750. in 8.

**) Conf. *Fabricii* bibliotheca graeca Libr. V. cap. 7. §. 9. *Morhofii* Polyhiſtor. Libr. IV. cap. 6. cel. *Beckii* commentar. de litteris et auctoribus gr. atque lat. part. I. ſect. I. p. 57. p. 68 ſqq. vbi de Grammaticis graecis disputatur.

***) Illius tamen libri indicium inuenies in *Gattereri* bibliotheca hiſtorica VIII. pag. 132. in recenſu de Bure Bibliographie inſtructiue (minime inſtructae) I. Part. 1765. vbi nonnulli grammatici graeci memorantur. *Iriarte* in Catal. msst. codd. Matrit. pag. 144. putat, editionem illam ſub ipſa typographiae incunabula Mediolani eſſe excuſam. In ſectione librorum Creuennae 1790 venditum eſt exemplar pro 115 floren. hollandic.

tius ſcripſit grammaticas graecas inſtitutiones, quas poſt eius obitum M. Muſurus publicauit Venetiis 1515. in 4. Idem Aldus antea typis expreſſerat librum in 4. inſcriptum, (de quo egit quoque Glandorf, quem vide in praefatione ad Pythagoram p. 24 ſqq. et pag. 36. memorat, eum editum eſſe 1512.) *Conſtantini Laſcaris Byzantini* de octo partibus orationis liber primus. Eiusdem de conſtructione liber ſecundus. Eiusdem de nomine et verbo liber tertius. Eiusdem de pronomine ſecundum omnem linguam et poeticum vſum opusculum. Addidit Aldus interpretationem latinam, Cebetis tabulam, Pythagorae aurea carmina, Phocylidis poema et alia. Secundum et tertium libellos numquam antea lucem vidiſſe, Aldus in praefatione memorat. Aldus annum, quo ex officina ſua hanc collectionem exire iuſſit, non addidit. Laſcaris tamen indicauit aliquoties annos; at num quo ſcripſerit anno, an quo typis primum excudi fecerit, equidem neſcio: in alius libelli fine ſcripſit *in Mediolano 1476.* in alio *in Miſſene 1470.* Plura vide ad Fabric. B. Gr. I. p. 707 ſq. et 797. not. infra in §. de Pythagora. Habeo quoque librum inſcriptum ſ. l. et a. ſed procul dubio Baſileae ſaeculo decimo ſexto editum. *Farrago libellorum, quos omnium maxime graecarum litterarum candidatis lectu frugiferos fore duximus; graece et latine. fol.* Continentur: Cyrilli opuſcula de dictionibus, quae accentu variant ſignificatum. Ammonius de ſimilitudine ac differentia dictionum, de re militari veterum et nominibus praefectorum libellus. Orbicii de ordinibus exercitus. Significata τȣ̃ η et τȣ̃ πῶς. In quibus ν adda-

addatur vel abiiciatur ex Choerobofco: quod verborum canones non exacte inueftigari poffint, ex eodem. De proprietate linguae graecae ex Io. Grammatico, Plutarcho et Corintho. De paffionibus dictionum ex Tryphone Grammatico. De verbis anomalis. De inclinatis encliticis et fynencliticis. De menfibus Graecorum. (Eft adpendix feu pars vltima maioris Lexici graeci.)

Recentiorum Grammaticorum inftitutiones recenfet Fabricius loco memorato. In praefenti vero fufficiat, quosdam tantummodo recenfere. De grammaticis igitur in vfum tironum confcribendis fuperiore aetate meruerunt *Golius* et *Wellerus:* de illius autem meritis et grammaticae editionibus agit *M. Io. Frider. Koerber*, Rector quondam Gymnafii Gerani, in praefatione ad Grammaticam fuam Graecam harmonicam Golio Wellerianam, Lipfiae 1688 et 1720. in 8. *Welleri*, qui meliore et faciliore methodo vfus eft, grammatica in Germania et Belgio faepius repetita, et in primis cura ac diligentia Lamberti Bofii aucta eft. Nouiffimam vero et locupletiffimam edit. debemus cl. *I. Frid. Fifchero*, quae infcripta eft:

Iacobi Welleri Grammatica graeca noua ante ab Abrahamo Tellero, quod ad dialectos attinet, completa, poft vero ab ipfo auctore nouis notis et indicibus locupletata, cui nunc praeter obferuationes, tabulas, verfus memoriales Chriftiani Daumii, accedunt Lamberti Bofii breuiffima fyntaxis, et accentuum ratio, curauit hanc nouam editionem et praefatus eft *Io. Frid. Fifcherus*, Lipfiae 1756. in 8.

Idem ille vir cel. perquamdoctis obseruationibus illustrauit et explicauit Welleri Grammaticam: in tribus *libellis Animaduersionum, quibus Iac. Velleri Grammatica graeca emendatur, suppletur, illustratur.* Lipsiae 1750—1752. in 8. — *Io. Verwey* in noua via docendi graeca. Gaudae 1702. 8. et Vltraiecti a. 1735. in 8. meliorem dare sibi visus et methodum; sed ideo notatus ab *Georgio Henrico Vrsino* in praefatione ad suam Grammaticam graecam, etiam ob electa graeca ex optimis linguae auctoribus excerpta et fini subiuncta commendatam (cuius alteram editionem habeo Noribergae 1715.) et ab Alexandro Helladio, Natione Graeco, in praefatione de pronuntiatione linguae graecae in Europa ad suam Grammaticam graece et latine scriptam. Noribergae 1712. in 8. Augusti Bischof Cadmum et Beckenbergeri collegium fundamentale graecum, et Langbein Griechische Grammatik ohne Accente, iam supra me laudare memini. Ante Langbein tamen fuerunt docti homines, qui lingua germanica vsi praecepta darent grammatices. *Io. Henricus Schultz* et *Iunker*, vterque medicus, scripserunt notissimam illam Grammaticam gr. Halensem, saepissime typis repetitam, quae, licet multos habeat naeuos, multis tamen aliis praeferenda est. *I. Petrus Miller*, Helmstad. 1759. in 8. cum chrestomathia quadam graeca: *Laurent. Reinhard*, Lipsiae 1727. *Andr. Georg Waehner*, Guelpherb. 1715. in 8. concinnerant grammaticas germanice scriptas. Pariter alii recentiores: *Ries* Lehrbuch für das griechische Sprachstudium zum Gebrauch der Churmainzischen Schulen, vol. I. et II. Mogunt. 1782. et 1783. 8.

8. vol. II. continet Chrestomathiam triplicis part. 1) Cebetis tabulam: 2) Excerpta ex Aeliani V. H. Xenophonte, Homeri Iliade, Herodoto, Epicteto, Anacreonte, Theocrito, scriptis Chrysostomi. 3) indicem verborum et rerum. — Handbuch zum Gebrauch der niedern lateinischen Schulen bey der Hochf. Benedictiner Universität zu Salzburg. Anhang zum dritten Bande, welcher die griechische Sprachlehre enthält. Salzburg. 1776. 8. — *L. H. S. Iehne*, Prof. et Rect. zu Altona, Griechische Sprachlehre. Hamburg. 1787. 8. erudita censura, in qua simul praecepta, quomodo grammatica graeca, vtilissima rectaque ratione confici possit debeatque, suppeditantur, est in bibl. Berolin. vniuers. vol. 85. part. I. 1789. pag. 257 sqq. Inprimis laudanda est grammatica gr. Marchica, germanice. Berol. 1730. 8. et saepius; vt Haasii, Trendelenburgii, Dantiscani professoris; aliorumque praetermittam labores, huc quoque referri et laudari debent. *L. C. Valckenaerii* obseruationes academicae, quibus via munitur ad origines graecas inuestigandas, lexicorumque defectus resarciendos, et *Io. Dan. a Lennep* praelectiones academicae, de analogia linguae graecae, siue rationum analogicarum linguae graecae expositio. ad exempla mssta recensuit suasque animaduersiones adiecit *Everhard. Scheidius*. Traiecti ad Rhenum etc. 1790. 8. Graeco barbari sermonis, cuius hodie in Graecia vsus est, grammaticam, vna cum Glossario, historia linguae graecae et aliis dedit *Io. Mich. Langius* in Philologia barbaro graeca. Noribergae 1708. in 4. et antea Simon Portius. Paris 1638. in 8. quam

prae-

praefixit *Cangius* Gloſſario ſuo mediae et infimae graecitatis; libro praeſtantiſſimo, qui tamen Hemſterhuſio in notis in ſcholia, (talium vocabulorum plena,) ad Ariſtophanis Plutum, aliisque reliquit ſpicilegium. — In vſum Graecorum edita eſt grammatica graece ſcripta: cuius breuior eſt inſcriptio: *Γραμματικὴ Ἀλεξάνδρου Μαυροκορδάτου τοῦ ἐξ ἀπορρήτων καὶ ἑτέρα Μιχαὴλ Συγγέλου, τοῦ ἱεροσολυμίτου ἐπιμελείᾳ καὶ διορθώσει Ἀλεξάνδρου καγκελλαρίου τοῦ ἰατροφιλοσόφου.* Venetiis 1745. 8.

§. 12.

Syntaxeos gr. linguae partes de particulis, de idiotismis, de ellipſibus viri docti in ſingularibus libris apte periteque explicare ſtuduerunt. Generatim ſcripſerunt praeter alios, *Martinus Rulandus* in libro de emendata linguae graecae ſtructura, Argentorat. 1559. 8. et *Io. Poſſelius* in ſyntaxi graeca, Witteb. 1561. 1622. 8. Lipſiae 1692. et alibi; libello, qui olim maiorem praeſtitit vtilitatem, quam quae nunc inde capi poſſit. In *Daweſii* miſcellaneis criticis multa ſubtilia praeclaraque ſyntaxeos gr. exempla et praecepta reperiuntur. De particulis autem, quae ad praecipuas linguae graecae veneres elegantiasque pertinent, neque in vlla alia forſan lingua adeo copioſae ſunt, ſpeciatim *Budaeus* in commentariis linguae graecae, de quibus poſtea diſſeremus, tum *Matthias Deuarius* et inprimis *Henr. Hoogeveen* ſcripſerunt. *Deuarii* liber *de graecae linguae particulis*, multas quidem habet dotes, ſed innumeris quoque ſcatet naeuis. Primum vero prodiit Romae 1588. in 4. deinde

deinde Londini 1657. tum cura Eſchenbachii, Noribergae 1700. et alibi in 8. Optima tamen eſt editio, quam emendatiorem multisque animaduerſionibus locupletatam parauit *Io. Gottfr. Reusmann*, Rector ſcholae Schneebergenſis, Lipſ. et Schleizae 1775. in mai. 8. Multum doctrinae et ſtudii et diligentiae contulit Reusmannus ad poliendum et emendandum Deuarium: ſed multo plura eaque meliora et perfectiora dediſſet, ſi opus Hoogeueenii carum conſuluiſſet et quaſi redegiſſet in compendium. Hoogeveen enim, grammaticus ſubtilis atque adcuratus, Deuarium editurus, quum vidiſſet, Deuarii laborem prorſus paene perire nouis adceſſionibus et perpetuis correctionibus, nouum opus, annorum ſedecim laborem, confecit et a multa doctrina adcurataque linguae graecae intelligentia et a multorum locorum tam diuinorum quam humanorum ſcriptorum interpretatione commendandum et inſcriptum: *Doctrina particularum linguae graecae auctore et editore Henrico Hoogeveen*, Delphis 1769. in 4. duobus voluminibus. Primam ſingularum particularum originem et poteſtatem, quoad fieri potuit, rimatus reliquos ſignificatus inde, ſaepius vero nimis ſubtiliter et copioſe, deriuat docteque explicat. Opus eſt egregium et magiſtris inprimis vtile: num vero linguae graecae conditores veteresque auctores vbiuis fere adeo acute fuerint philoſophati valde dubito. Vſum enim vt vocum, ita etiam particularum, ſaepe fuiſſe tyrannum, facile et pluries deprehendemus. In compendium redegit opus, multis omiſſis additisque cl. *Chriſt. Godofr. Schutz*, Prof. Ienenſis. Deſſau. et Lipſiae 1782. 8.

§. 13.

Praeter ea ad iuſtam promtamque linguae graecae intelligentiam multum facit plena *idiotismorum* notitia, quam praecipue *Guilielm. Budaeus* et *Franciſcus Vigerus* dederunt. Prior ſcripſit *Commentarios linguae graecae*, in quibus ea, quae propria eſſent graecae linguae, ſolerter docteque explicuit. Quatuor vero eorum lucem viderunt editiones; prima prodiit Pariſiis 1529. altera Coloniae 1530. tertia, eaque ſplendida et amplius tertia parte aucta, Pariſiis ex officina Roberti Stephani 1548. quarta denique, non adeo quidem ſplendido cultu inſignis, at omnium reliquarum locupletiſſima, Baſil. 1556. in fol. Ex his compilauit opellam ſuam *Vigerus*, inſcriptam, *de praecipuis Graecae dictionis idiotismis*, Paris 1544. Lugduni 1680. Argentorati cura Lederlini 1708. Illi tamen veram vtilitatem rectumque pretium parauit *Henricus Hoogeveen*, qui de hoc libro et vero de omnibus deliciarum graecarum cupientibus, quibus recentiſſima editio omnino neceſſaria eſt, ter optime meruit. Lugd. Batau. 1742. 1752. et maxime 1766. 8. librum enim apte illuſtrauit, perpetuis animaduerſionibus et praecipue in editione tertia et poſthaec in ſupplemento quodam quam plurimis idiotismis ita auxit, vt nouus paene liber eſſe videretur, multis acceſſionibus *Zeunii*, Lipſiae recuſus, 1777. m. 8. iterumque paucis abhinc annis.

Egregia II. *ad idiomata graecae dictionis ſpicilegia* ſcripſit. cl. *I. Fr. Degen.* Onoldi 1780. et 1781. 4.

§. 14.

§. 14.

Quoniam Graeci, praecipue Attici, in omni orationis vbertate et verborum copia breuitatem in primis amarunt, factum eſt, vt vnum aut plura vocabula, quae quidem conſuetudo facile ſuppleret, ſaepius omitterent. Atque vulgares Grammatici plura, eaque incerta, in ſyntaxi tradunt et inculcant praecepta, quae ſuperflua et ex ignorantia βραχυλογίας vnice orta ſunt. Quam ob rem diligentia *Lamberti Bos*, hominis graece doctiſſimi, omnino laudanda eſt, qui ſingularem et eruditum *de ellipſibus graecis* conſcripſit libellum, in Belgio et Germania typis ſaepius deſcriptum, et curis ſecundis Schöttgenii, Bernholdi, Leisneri, Michaelis et Schwebelii inſigniter auctum Leisnero ſextam editionem cum ſupplementis Bernholdi debemus. Lipſiae 1748. 8. Repetita quoque illa eſt cum obſeruationibus *Chriſtiani Benedicti Michaelis*, Halae Sax. 1765. 8. Pleniſſima tamen et optima eſt, quam concinnauit *Nicolaus Schwebelius*, Noribergae 1763. mai. 8. De idiomatibus et ellipſibus L. Gr. iunctim agitur in lib. Les principaux idiotismes de la langue grecque avec les ellipſes, qu' ils renferment; ouvrage utile aux jeunes rhétoriciens et aux humanités pour l' intelligence des auteurs grecs. par Mr. *Furgault*, profeſſeur émérite de l' Univerſité de Paris. à Paris 1784. 8.

§. 15.

Libros, in quibus de copia verborum aut epithetis diſſeritur et, vt vulgo dicuntur, phraſes

collectae ſunt, conſulto omittimus: (conf. de his Fabricii biblioth. graec. Libr. V. cap. 40. XIII.) quoniam iis hodie non opus eſt. Orationes enim graecas conficere, aut libros graecos ſcribere, perquam abſonum aut inutile mihi eſſe videtur. Eos contra, qui de re poetica Graecorum ſcripſerunt, ad intelligendos aut emendandos poetas vtiliores eſſe arbitror. Huc praeter alios pertinent *Ioannis Vollandi* libri quatuor de re poetica graecorum e notationibus et obſeruationibus Michaelis Neandri collectis. Lipſiae 1582. 8. *Christoph. Kircheri* proſodia graeca, Baſileae 1644. 4. et *Philippi Labbe* graeca Proſodia fuſe ac compendio tradita, cum dialectis poeticis et ſcribentium graeca carmina Aſylo tutiſſima: editio quinta, Paris 1671. 8. Is quoque ſcripſiſſe dicitur elenchum ſiue theſaurum proſodicum graeco-latinum. Hunc tamen ſaepius alucinatum eſſe, Clarkius ad Homerum haud raro oſtendit. Tum *Thomas Morellus* in theſauro graecae poeſeos ſiue lexico graeco proſodiaco, — — cui praefigitur de poeſi ſeu proſodia Graecorum tractatus. Etonae 1762. duobus voll. in 4. *Petri Coelemanni*, paedagogii, quod Stetini in Pomerania eſt, quondam Conrect. opus proſodicum nouum, in quo ſyllabarum graec. poſitione, diphthongis et vocabulis longis carentium, quantitates —— perſpicue demonſtrantur etc. Francof. 1651. et 1668. 8. *Ben Heath* comm. de tragicorum graecorum metris, praemiſſa eius Notis ſ. Lectionibus ad tragicorum veterum Aeſchyli, Sophoclis, Euripidis, quae ſuperſunt, dramata deperditorumque reliquias. Oxon. 1762. 4. quae commentatio rec. et inſerta eſt

tom.

tom. III. Euripidis a cl. Beckio editi. — *P. Mocciae* profodia graeca: acceffit tractatus de poefi — Graecorum, auct. *Morell.* Neapoli 1767. 8. — Dom. *Mariae Becucci* — ars metrica, feu de Graecorum profodia tractatus — ad vfum ftudiofae in graeca poefi iuuentutis. Collae in Toscana, 1782. 4. At multa alia praecepta exemplaque rei metricae paffim fuppeditarunt Clark ad Homerum, Bentlei in II epiftolis ad Hemfterhufium, in notis ad quasdam Ariftophanis fabulas in edit. Küfteri, et alibi, Hemfterhus. et Valckenarius in notis ad nonnullos poetas graecos, Dawes in Mifcellaneis criticis, Brunck in notis ad fuas Ariftophanis et Tragicorum graecorum editiones.

§. 16.

Grammaticus vero ope critices deftitutus aut illam non curans, mifellus erit homo: nec, nifi de veritate atque integritate textus certus fim, fenfus verborum veritatem perfpicere poffum. Critices vero pars, quae in lectione firmanda et conftituenda verfatur, *) vel a Manufcriptis codd. vel ab ingenio adiuuatur. Hinc primum de Manufcriptis graecis fiue potius de iis fcriptoribus, qui vberiorem illorum notitiam dederunt, paucis agemus. **) *Montfaucon* Palaeographiae graecae, in

*) Quae de arte critica, eiusque partibus et fubfidiis in Introductione in hiftoriam L. L. pag. 15 fq. fcripfi, ea hic repetere nolo.

**) Commendandus eft liber in primis vtilis, et multo ftudio ac labore confectus: Ueberficht der Oerter, wo die bekannteften griechifchen Schriftfteller gelebt

in qua idem Libr. III. et IV. de characteribus variarum aetatum ad vsque decimum quartum a Christo nato saeculum vberrime egit, eorumque dedit specimina, praemisit recensionem omnium, quas quidem nouit, Bibliothecarum tam veterum quam recentiorum, in quibus manuscripti codices habentur. Idem in *Diario Italico*, Paris 1702. 4. multos recensuit codices graecos in Italia adseruatos. Idem Montfaucon duo alia opera praestantissima foras dedit.

1. *Bibliotheca Coisliniana olim Segueriana siue MSStorum omnium graecorum, quae in ea continentur, accurata descriptio*, vbi operum singulorum notitia datur, aetas cuiusque Manuscripti indicatur, vetustiorum specimina exhibentur, aliaque multa annotantur, quae ad Palaeographiam graecam pertinent. Accedunt Anecdota bene multa ex eadem bibliotheca desumta cum interpretatione latina, studio et opera D. *Bernardi de Montfaucon*, Presbyteri et Monachi Benedictini e Congregatione St. Mauri, Parisiis 1715. in folio.

2. Eiusdem Bibliotheca bibliothecarum MSptorum noua. Parisiis 1739. in fol. II. voll. at eruditus quidam vir Italus per litteras mihi significauit, de bibliothecis quidem et MSS. ital. Montfauconio fidem caute esse adhibendam.

Petr.

gelebt haben, und Grundlage zur Geschichte der Bibliotheken, wodurch iene in Handschriften sind erhalten worden. entworfen von *Friedrich Eckard*, Candidaten des Lehramts und Amanuensis der königlichen Bibliothek zu Göttingen, Giessae 1776. 8.

Petr. Lambecius commentarios ſcripſit de auguſtiſſima bibliotheca Vindobonenſi, VIII. Vol. quorum nouam et pleniorem editionem debemus *Adamo Franciſco Kollario*, Vindobonae 1766 — 1782. in fol. (Recenſum huius operis reperies in Gattereri Hiſtoriſcher Bibliothek Vol. IX. pag. 159 - 195.) Continuationem operis a Denis accipiemus.

Lambecii operi addendum eſt, *Danielis de Neſſel* Breuiarium et ſupplementum commentariorum Lambecianorum ſiue Catalogus aut Recenſio ſpecialis codicum MStorum Graecorum, nec non Linguarum Orientalium Auguſtiſſimae Bibliothecae Caeſareae Vindobonenſis, Vindobonnae et Norimbergae 1690. in fol. Neſſelii laborem et compilationem furtaque valde vituperat atque exagitat Kollar. Illorum vero duumuirorum opera in epitomen redegit *Iacob Frid. Reimmann*, in Bibliotheca acroamatica theologica, iuridica, medica, philoſophica, hiſtorica et philologica, comprehendente recenſionem ſpecialem omnium codd. MSStorum graecorum auguſtiſſimae Bibliothecae Caeſareae Vindobonenſis, olim a duumuiris Petro Lambecio et Daniele Neſſelio congeſta, Hannouerae 1712. in 8. qui etiam in parte prima Catalogi ſiue recenſionis ſpecialis omnium codicum MStorum graecorum bibliothecae Vindobonenſis 1712. in 8. Neſſelii inſcitiam atque ignauiam mire culpat.

Dauid Casley Catalog. of the MSS. of the Kings Library. Londini, 1734. Excerpta ex illo reperiuntur in Bibliotheque Britannique, tom. V. part. 2. p. 338 ſqq. et Catal. of the MSS. preſer-

ved in the Britiſh Muſeum. by Sam. Ayſcough, Clerk. Londini. II. voll. 4.

Bibliothecae Mediceae diuitias plures expoſuerunt, Reguli a S. Syluerio, Minozzi, Roſſi, Ernſtius, Wilh. Lang, Lucas Holſtein, (conf. Catal. bibl. Bunau, vol. I. pag. 851.) et Maria Biſcioni, cuius *Bibliothecae Mediceo Laurent. Catalogus*, Tomus I. Florent. 1752. tantum lucem adſpexit. Pleniorem tamen, quanquam non admodum opportunum aut omnibus numeris abſolutum *catalogum codicum MStorum bibliothecae Mediceae Laurentianae recenſuit, illuſtrauit, edidit Angel. Maria Bandinius* tribus voll. Florentiae 1764. 1768 et 1770. fol. (Diligens illius operis recenſus eſt in Gattereri bibliotheca hiſtorica Vol. VII. et XIII.)

Graeca *D. Marci* bibliotheca codicum manuſcriptorum per titulos digeſta, praeſide et moderatore Laurentio Theupolo. (auctoribus *Antonio M. Zanetto* et *Antonio Bongiouannio*,) Venetiis 1740. fol.

Haud exigua ſupplementa dedit *Villoiſon* in Anecdotis gr. tom. II. Plura praeſtabit et ſpem nobis fecit cel. *Morelli*, qui in praeſenti ſumma cum laude praeeſt illi bibliothecae, alter Magliabechi.

Bibliotheca codd. msstorum Monaſterii S. Michaelis Venetiarum prope Murianum vna cum Appendice librorum impreſſorum ſaec. XV. opus poſtumum *Io. Bened. Mittarelli*, Veneti Abbatis, Ex-generalis Benedictino-Camaldulenſis. Venetiis 1779. fol.

Codices manuſcripti bibliothecae regii *Taurinenſis* Athenaei, per linguas digeſti, et binas in partes

partes diſtributi, in quarum prima hebraei et graeci; in altera latini, italici et gallici. Recenſuerunt et animaduerſionibus illuſtrarunt *Ioſephus Paſinus* regi a conſiliis, bibliothecae praeſes et moderator: *Antonius Rivautella* et *Franciſcus Berta*, eiusdem bibl. cuſtodes. Inſertis paruis quibusdam opuſculis hactenus ineditis etc. Taurini 1749. fol.

Catalogus codd. graecorum, qui mssti reperiuntur in Archimandritatu S. Saluatoris *Meſſanae* (in Sicilia). v. in Theſauro antiqq. et hiſtor. Siciliae tom. IX. poſt Placidi Regnae notit. hiſtor. vrbis Meſſanae.

Bibliotheca *Piſtorienſis* a *Franciſco Antonio Zacharia*, ſoc. Ieſu presbytero, deſcripta, inque duos libros diſtributa, quorum prior mstos trium praecipuarumque *Piſtorienſium* bibl. codices, poſterior Piſtorienſes ſcriptores complectitur. — Auguſtae Taurinorum 1752. min. fol.

Indicem MSStor. (in hoc autem opere locupletatum,) iam antea idem ediderat in Calogierae Raccolta d' opuſculi ſcientifici e filologici, vol. XXX. pag. 437 - 501. conf. *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürdigen Büchern, tom. VI. pag. 240 ſqq.

Catalogus codd. msstorum Malateſtianae *Caeſenatis* bibliothecae fratrum minorum conuentualium fidei cuſtodiaeque concreditae, hiſtorica praefatione variisque adnotationibus illuſtratus, auctore *Ioſ. Maria Mucciolo*, eiusdem ordinis fr. — Acced. complura ex ei. BB. codd. promta. Caeſenae 1780. fol. II. voll.

Graeci codd. msti apud *Nanios*, patricios Venetos, asseruati. Bonon. 1784. min. fol.

Frid. Sylburgii catalogus librorum msptorum in bibl. electorali Palatina, in *Miegii* monumentis pietat. et litter. virorum illust. Francof. 1702. 4. part. I. pag. 1 sqq. Hodie parum adfert vtilitatis, quoniam magna illorum msstorum pars Romam in Vaticanam translata est: multi autem in praeda discerpti perierunt, et reliqui in bibl. Vat. in alio ordine sunt positi.

Eliae Ehingeri catalogus biblioth. reipubl. Augustanae, variarum linguarum, secundum facultates diuisus. Aug. Vindel. 1633. fol.

Dav. Hoeschelii cat. graecorum codicum, qui sunt in bibliotheca reip. Augustanae Vindeliciae, quadruplo, quam antea, auctior. ibid. 1595. 4.

Anton. Reiseri index msstorum bibl. Augustanae. ib. 1675. 4.

Egregii illius adparatus notitiam pleniorem dare incepit cl. *Mertens*, Rector et bibliothecar. atque vt illam persequatur atque absoluat, omnino est optandum.

Anton Sanderi bibliotheca belgica msta. 1641. et 1643. II. voll. 4.

Auberti Miraei Elenchus scriptorum mstorum in belgicis bibliothecis. Antwerp. 1606. 8. et Bruxell. 1622.

Catalogus graecorum mstorum codd. qui asseruantur in inclyta seren. vtriusque Bauariae ducis etc. bibliotheca. Ingolstadii 1702. 4.

Accessione codicum et librorum, quos P. Victorius possederat, facta, insigniter augeri potest ille catalogus.

Gottlob

Gottlob Krantz in Memorabilibus bibl. publicae Elifabetanae Wratislauienfis - Rhedigerianae dictae, Wratisl. 1699. 4. leuiter infciteque enumerat pag. 82 fqq. codd. graecos in illa bibliotheca adferuatos.

Bibliotheca *Vffenbachiana* MSSta feu Catalogus et recenfio MSS. codicum, qui in bibliotheca *Zachar. Conradi ab Vffenbach* Traiecti ad Moenum adferuantur et in varias claffes diftinguuntur, quorum priores *I. H. Maius*, fil. Prof. ord. Gieffenfis recenfuit. —— Halae Hermunduror. 1720. fol. part. II. pag. 417 fqq. recenfentur codd. graeci.

Regiae bibliothecae *Matritenfis* codices graeci MSS. *Ioannes Iriarte*, eiusdem cuftos — excuffit, recenfuit, notis, indicibus, anecdotis pluribus euulgatis illuftrauit. Volum. I. Matriti, e typographia Antonii Perez de Soto. 1769. fol.

Defideratur adhuc vol. III. cum indice neceffario.

In bibliotheca *Scorialenfi* multi latent codd. mssti graeci, quorum indicem dederunt *Eduard Clarke* in Briefen von dem gegenwärtigen Zuftande des Königreichs Spanien — in das Deutfche überfezt — von *Io. Tob. Köhler*. Lemgou. 1765. 8. epift. VIII. pag. 376 fqq. et in *M. Carl Chriftoph Plüers* — Reifen durch Spanien --- herausgegeben von *C. D Ebeling*. Lipfiae 1777. 8. pag. 146 fqq. Huc quoque pertinent *Alexander Baruoetii* Catalogus praecipuorum autorum ineditorum msstorum in biblioth. fcorialenfi, adnexus Cyrilli Homiliis in Ieremiam, apud Plantin. 1648. 8. *Dau. Coluilli* catal. libr. MSStorum graecorum, qui feruantur in bibl. S. Laurentii. — *Balth. Corderii*

derii catal. msstr. bibl. ſcorial. --- praefix. Cyrilli homil. in Ierem. Antwerp. apud Plantin. 1648. 8. adde *Maderi* Collection. ſcriptor. de bibliothecis, pag. 114 ſqq. 124 ſqq.

Iac. Philippi Tomaſini bibliotheca Patauina MSt. Vtini 1639. 4.

Eiusdem bibliotheca Veneta MSta. ibid. 1650. 4.

Eduardi Bernardi Catalogi librorum MStorum Angliae et Hiberniae. Oxoniae 1697. fol.

Catalogus bibliothecae vniuerſitatis Lugduno-Batauae 1716. in fol.

Catalogus codicum MStorum bibliothecae regiae Pariſinae. Paris 1739 — 1744. IV. Vol. fol.

Michael Talmanni Elenchus librorum MStorum ill. Com. Marſigli. Viennae 1702. fol.

M. Io. Adam Schier de codicibus nonnullis graecis MStis in bibliotheca Guelpherbytana. Helmſtadii 1755. 4.

Catalogus codicum MStorum bibliothecae Gothanae auctore *Ern. Sal. Cypriano*, Lipſ. 1714. 4.

Vdſight over den gamle manuſcript etc. h. e. Expoſitio antiquae collectionis msstorum in maiore bibliotheca regia Danica, per *Io. Erichſen*, primum bibliothecar. regium. Hafniae 1785. 8. iterum impreſſ. apud Nicol. Londini 1789. v. L' Esprit des Iournaux. Paris 1790. menſe Ianuar. pag. 193 ſq.

Notitia codicum MStorum graecorum Bibliothecarum *Mosquenſium* ſanctiſſimae Synodi eccleſiae orthodoxae Graeco-Roſſicae cum variis anecdotis, tabulis aeneis et indicibus locupletiſſimis edidit *Chriſt. Frid. Matthaei*, Gymnaſ. Vniuerſ. Moſq. Rect. Moſcou. 1775. fol. multos praeſertim eccle-

ſiaſticos

ſiaſticos adhuc ineditos recenſet. In multis aliis bibliothecis latent codd. MSS. graeci. Lipſienſis bibliotheca egregios poſſidet codd. (v. *Io. Felleri* catalog. codd. MSC. bibliothecae Paulinae. Praemittitur eiusdem orat. panegyrica memoriae Casp. Boerneri. Lipſiae 1686. 12. et *Tollii* Epiſtolas itinerar. pag. 64. Amſtel. 1700. 4.) Bibliothecae Vaticana, Riccardiana, Florentiae Ambroſiana, Mediolani, Dresdenſis, Noribergenſis, Caſſellana, Hamburgenſis, inprimis Moſcouienſis ob multitudinem aut praeſtantiam codd. graecorum ſunt celeberrimae.

Addam *catalogum* msstorum graecorum, qui in bibliothecis *Barbarina*, *Angelica* et *Ghigiana* Romae cuſtodiantur: quem mecum beneuole communicauit cl. *Siebenkees*, profeſſor philos. Altdorfinus, qui diu in Italia commoratus illum ſibi confecerat. Qui quod nondum formulis typographicis eſt deſcriptus, lectoribus multis haud ingratus erit.

I. *Codices graeci bibliothecae Barbarinae.*

N. 204 Aelianus de proprietatibus animalium Chart. S. XV.

452 Aeſchyli tragoediae cum ſcholiis editis 4 Chart. S. XIV.

145. 263. 139 Variae orationes Aeſchinis Chart. S. XV.

354. 356 Aeſopi fabulae.

425 Alciphronis, Demetrii, Photii, Theodori, Nicolai, Iuſtiniani etc. epiſtola. Sec. XV.

264 Ammonii comment. de quinque vocalibus. Sec. XIV.

352 An-

N. 352 Anthologia, eadem quam Aldus Manut. edidit. S. XV.

290. 161 Apollonius Rhodius 4. Sec. XV.

138 Archedemus de medicina equorum.

140. 148 Ariſtotelis orationes quaedam.

445 Ariſtippi epiſtolae.

335 Ariſtophanis Plutus, Nubes, Eccleſiazuſae, Sec. XIII. ch.

349. 266 Ariſtotelis opera, epitome ſcript. Ariſtotel. Ioannis Diaconi 367. 406. 261. 224. 333. 358. 363. 399. 363. 362. 132.

306 Cleomedis opera.

33 Demetrii Phalarei ſeptem ſapientium ſententiae.

348 Demoſthenes de corona, chart. S. XIII.

327 —— —— de legatione. S. XIV. chart.

275 Diogenes Laërtius. Sec. XIV. chart.

337 Dionyſ. Halicarn. de arte panegyr. Sec. XV. chart.

148 Dionyſ. de Thucydide. Sec. XV. chart.

348 Dionyſii Periegeſis memb. Sec. XIV.

149. 150 Ioſephi antiquitates Iud. et de excidio Hieroſol. in vernaculam graecam linguam translatae ab Emmanuel Chartophylace Cretenſi. Sec. XVI.

298 Hephaeſtion de metro. chart. Sec. XIV.

134 Epheſii ſcholia in V. Nicomach. Ariſtot. libr.

292 Anthologia a Luca Holſtenio ex codice Palatino olim, nunc Vaticano deſcripta, continens praeter epigrammata in editione Brunkii, multa inedita.

284. 285 Libanii epiſtolae.

245 Platonis, Phaedri, Xenophontis, Socratis, Antiſthenis, Ariſtippi epiſtolae, a Leone Alatio deſcriptae cum verſione latina.

N. 130

N. 130 Erennii philoſophi in metaphyſ. capita V.
299 Etymologicum magnum. Sec. XV. chart.
206 Euclidis carmina geometrica.
233 —— Elementa.
314 et 462 idem liber cum Procli commentar.
407 Scholia inedita ad Euripidis Medeam, Alceſten, Andromachen, Iphigeniam.
137 Galenus de diebus criticis.
205 —— in Aphorismos Hippocratis.
245 —— iudicia de infirmo.
273. 274 Galenus de oſſibus.
274 —— de generatione pilorum.
159. 315 Heſiodi poemata. Sec. XV.
275 —— cum Procli commentar. chart. Sec. XV.
287. 378 —— cum comment. Tzetzae. Sec. XV. chart.
138 Hippiatricum, ex Apſirto, Hierocle, Theomneſto, Pelagonio, Anatolio, Agathoticho, Gregorio, Magone, Tiberio, Eumelo, Archedemo, Aemilio, Hispano, Liborio, Beneventano per capita 128 digeſtum.
136. 145 Hippocratis aphorism.
205 —— Prognoſticorum.
313 Homeri Ilias Sec. XIII. chart. cum ſcholiis, quae in editis proſtant.
162 Homeri Ilias, Sec. XVI.
479 Iamblychus de vita Pythagorae. MSC. Lucae Holſtenii.
367 Ioan. Alexandrinus in Ariſtotelis l. de anima. 367.
153 Ioannis Clerici de excidio Theſſalonicenſi narratio.

N. 297

N. 297 Pollucis onomafticum.
275 Lycophron cum fcholiis Procli, S. XIV. chart.
277 Ioan. Lydus de menfibus mfc. Leonis Alatii.
131 Maximus Tyrius membr. S. XIII.
136. 306 Idem liber, S. XV. chart.
145 Nicephori Blemidae geographia. Ms. Lucae Holft.
125 Olympiodorus in Georgiam Platonis. Ms. Luc. Holft.
131 Olympiodorus in Philebum Ms. Luc. Holftenii.
378 Orphei Argonautica membr. S. XV.
137 Phurnutus de natura Deorum, chart. S. XV.
134 Platonis Dialogi.
409 Plotini opera, S. XV.
270 Plutarchus de mufica, chart. S. XIV.
135 —— de difcrimine adulatoris etc. chart. S. XV.
137 Idem liber, chart. S. XIV.
135 —— varia philofophica, chart. S. XIV.
406 Porphyrii Logica.
261 —— Ifagoge in logic. Ariftotel.
447 —— in Apotelesmata Ptolemaei.
472 Polyaenus membr. Sec. XIII.
340. 307 Ptolemaeus de Aftronomia.
269. 270 —— Harmonic.
450 —— Apotelesmata.
295 Pythagorae carmina aurea, chart. S. XV.
160 Quintus Calaber, S. XV.
271 Sextus Empyricus ad Mathematicos, chart. S. XIV.
159 Sophoclis tragoediae, chart. f. XIII.
286 Synefius.
141 Theonis Alexandr. in Canones Ptolemaei. chart. f. XV.

N. 270

N. 270 Theonis Smyrnaei collectio totius musicae.
374 Theophrasti characteres XV priores, chart. Sec. XV.
351 Libanii opera cod. chart. Sec. XIII.
315 Septuaginta interpr. membr. Sec. XI.
316 Psalmi Dauid. Ezechiel, Esaias, Ieremias, vers. Septuag. interpr. membr. S. XII.

II. *Codices Bibl. Angelicae, in qua inest Bibl. Passionei.*

Aristidis Orationes cod. chart. S. XIV.
Aristotelis Logica cod. chart. S. XIV.
—— Physica cod. chart. S. XIII.
—— Rhetorica cod. chart. S. XV.
Demosthenis variae orationes cod. chart. S. XIII.
Diogenes Laertius, cod. chart. S. XV.
Dionysius Halicarnass. membr. S. XV.
Sextus Empiricus. chart. S. XV.
Epistolae Libanii Photii s. Georgii, Synesii.
Isidori Pelusiotae, Nicolai Patriarcha, cod. membr. S. XII. elegantissimus.
Euripidis Hecuba et Phaenissa cum scholiis partim ineditis, chart. S. XIII.
Photii Glossarium, chart. S. XIV.
Pausanias, chart. Sec. XIV.
Varia excerpta ex Poetis et Philosophis graecis, cod. chart. S. XIII.
Harpocrationis Lexicon, chart. S. XIV.
Hermeas in Phaedrum Platonis, chart S. XIV.
Herodianus, chart. S. XIV.
Homeri Ilias cum scholiis partim ineditis, chart. S. XIII.

Iamblichi vita Pythagorae, chart. S. XIV.
Hieronis mathematica, c. chart. S. XV.
Ioan. Alexandrinus in Ariſtotel. de anima, chart. S. XV.
Ioſephus de bello Iud. membr. S. XIV.
Longi Daphnica, cod. Bombyc. S. XIV.
Maximi Tyrii orationes c. chart. S. XIII.
Paladius de Indiorum gentibus c. chart. S. XV.
Photii biblioth. chart. S. XIV.
Pindari ſcholiaſtes, chart. S. XIV. editus.
Platonis dialogi cum ſcholiis ineditis cod. chart. S. XIII.
Plutarchi vit. parallel. membr. S. XIII.
Porphyrius in Ptolem. chart. S. XV.
Proclus in Parmenid. Platonis, chart. S. XIV.
Simplicius in Ariſtotelis de anima, chart. S. XV.
Simplicius in Epictet. chart. S. XIV.
Suidas membr. Sec. XIV.
Theophraſti characteres, chart. S. XVI.
Thucydides chartac. S. XV.
Selecta capita ex patribus antiquiſſimis cod. membr. S. VII. litteris ſcriptus maiusculis.

III. *Codices bibliothecae Ghigianae,*

quibus ſtellula praefixa eſt, ii quondam fuerunt Aueni-one, (Avignon,) in bibliotheca capituli, ex qua illos pontifex Alexander VII. ex familia Ghigiana Romam transferendos curauit et bibliothecae ſuae priuatae inſeruit.

* Dionyſius Halicarnaſſ. membran. ſaec. IX. nondum eſt collatus.

* Libanii

* Libanii orationes faec. IX. vel X. membran. necdum eft collatus.

Nemes. de anima. Infcriptio quidem haec erat: Theophili archiepifcopi Mefopotamienfis liber de anima. Sed Holftein. in breui codicis defcriptione oftendit, Theophilum non fuiffe libelli auctorem. cod. membr. faec. XII. nondum collatus eft.

Ariftotelis Ethica, membran. faec. XV.

Ariftophanis Plutus, Nubes. etc. cum fcholiis, chart. faec. XIV.

* Quatuor prophetae maiores fecundum LXX interpretes codex rariffimus.

Procli commentar. in Platonis Timaeum. chartac. faec. XIII.

Demofthenis orat. Olynth. chart. faec. XV.

Epiftolae diuerforum graecae, Libanii, Platonis, faec. XV. membran.

Sophoclis tragoediae, cum fcholiis, chart. faec. XIV.

§. 17.

At vero non cuique licet adire Corinthum, et codd. MSS. infpicere aut componere. Quoniam vero editiones principes loco MStorum haud raro habentur, aut editiones a fummis paratae criticis, qui e fontibus ipfis hauferunt, meliorem lectionem fenfumque auctori veteri reftituerunt, et in praefationibus de codd. aut editionibus antiquiffimis perite disputarunt, optima cenfentur praefidia ad intelligendum aut interpretandum auctorem quemdam: illorum fubfidiorum notitia cuicumque graecarum litterarum ftudiofo, qui vltra plebicu-

lam, licet auro fericaque veftitam, fapere velit, omnino acquirenda eft. Hac in re inprimis vtiles erunt *Maittarii* Annales typographici, de quibus et multis aliis iam in Breuiore notitia litteraturae rom. pag. 24 fqq. differui: tum duo libri anglice fcripti: The origin of printing in two Effays etc. Londini 1774. 8. (cui libro auctor addidit adpendices de primis libris graecis et hebraicis atque antiquiffimis Polyglottis bibliis,) et A view of the various Editions of the Greck and Roman Claffics with Remarks bey *Edward Harwood*. Londini 1775. in 8. germanice verfus eft libell. ab *Altcro*, Vindobon. 1778. 8. italice autem a *Maffeo Pinello*, Venet. 1780. 8. Harwood quidem non dedit hiftoriam criticam editionum fingularem, nec de dignitate curaque editorum vbiuis intelligenter iudicat: fed maximam habet curam formae externae et textus typis diligenter defcripti. Minorem vero fidem meret *de Bure* in Bibliographie inftructive, vti iam ad §. 10. monui. Huc etiam referendi funt Catalogi bibliothecarum publicarum ac priuatarum: quorum numerum infignem inuenies in Bünauii Catal. tom. I. pag. 840 fqq. Mediolani et ex Manutiorum officinis multi auctores graeci primum prodiere. Omnium vero, quotquot edidit Aldus pater, graecorum fcriptorum catalogum exhibuit *Fabricius* in bibliotheca graeca Libr. VI. cap. X. §. 19. adde Beyfchlagii et Gereti libros a me in breuiore notitia litt. rom. p. 33 fq. iam laudatos. Aldinas tamen editiones multi viri docti non tanti, quanti nonnulli artis criticae imperiti, fecerunt. Cafaubonus in praefatione ad Athenaeum adfirmat, Aldum neque

felicem

felicem ſatis fuiſſe in nanciſcendis exemplaribus, neque in emendatione editionum ſatis adcuratum. Pluribus de illis conqueſtus eſt *Petrus Burmannus* in praefat. ad Valerium Flaccum XXX. pag. poſterior. adde *Reiskii* praefationes ad Demoſthenem Vol. I. et Theocritum; item *Erneſti* in praefat. ad I. Vol. Homeri. Neque enim omnes magni aut eiusdem pretii faciendae ſunt. *) Officinis porro

*) Ex diario, Iournal des ſavans recepta eſt commentatio viri cuiusdam docti in ephemerides litterar. L' esprit des Iournaux menſ. Sept. 1790. Paris. tom. IX. pag. 242 ſqq. Notice de deux anciens catalogues des editions d'Alde Manuce et de deux autres pieçes intereſſantes, imprimées part cet artiſte célebre, addreſſée à MM. les auteurs du Iournal des ſavans, par M. l' Abbé de *Saint-Leger.* Paris. 29. Mars. 1790. Primus catalogus eſt *un placard* in fol. dat. 1. Oct. 1498. et inſcriptus: „*Libri graeci impreſſi*, cum notitia." Haec ſunt „graecorum volumina nomina, quae in thermis „Aldi romani Venetiis impreſſa ſunt ad hunc vsque „diem. S. primam octobris M. II. D. Nam cum quotidie aliquis peteret, quinam graeci libri formis excuſi ſint ac quanti veneant ad minimum, quod „vel ipſe ſcire cuperet, vel ad amicos id cupide „efflagitantes mitteret, pertaedeat toties idem ſcri„bere occupatiſſimum hominem." — Libri in quatuor claſſes diſtributi ſunt: *grammatica, logica, philoſophica, et ſacra ſcriptura.* Pretia hoc modo e. g. ſcripta ſunt: *Erotemata Laſcaris venduntur Marcellis quatuor.* (Marcellus eſt nummus argenteus Venetus, nomen adeptus a Nicolao Marcello, duce Veneto, 1473. et 1474. durauit cum quadam mutatione vsque ad medium ſaeculum XVI. et ſub exitum ſaeculi XV. Venetiis aequiparatum eſt *dix ſous courans:*) — *Grammatica Theodori Gazae veneunt*

Iuntae, Stephanorum, de quorum meritis et libris graecis ab illis curatis diligenter agit Fabricius loco memor. §. 20. *) Turnebi, Wecheli, Voegelini,

neunt aureo nummo, nec minoris, (h. e. saec. XV. un sequin de la valeur de six libres et quatres sous.)

Alter catalogus est in folio, quatuor paginarum, d. d. 22. Iun. 1503. In fronte scriptum est: „Aldus studiosis S. librorum et graecorum et latinorum nomina, quotquot in hanc vsque diem excudendos curauimus; scire vos voluimus, vbi etiam quaedam de libris singulis tamquam eorum argumenta dicuntur: vnde quid singulo quoque libro tractantur, facile cognoscatis etc." Hic alter catalogus refert graecos libros prioris catalogi; sed sine pretio, deinceps eos, qui ab anno 1498. graeci et latini libri et *libelli portatiles in formam enchiridii,* n. Virgilius, Horatius, Ouidius, Statius, Lucanus in 8. ex officina Aldina prodierunt. Indicantur quoque post graecos libros *Etymologicum M. Simplicius* et notitia: „Libros graecos, qui sequuntur, etsi ab aliis impressi sunt, tamen, quia in bibliopolio nostro venales habentur, adnotauimus. Sunt vero hi etc." Hi sunt igitur duo primi catalogi librorum typis expressorum, iidemque rarissimi. Libri quoque et argumenta plenius indicantur, quam in tertio aldino catalogo, Venetiis 1563. 4. a Paullo Manutio: „Index librorum, qui in aldina officina ab ipso primum Aldo ab anno 1492 ad annum 1514, deinde ab eius socero Andrea Asulano ad annum 1528. tum ab Aldi et simul Asulani filiis ad ann. 1536. inde a Paullo et fratribus Aldi filiis ad a. 1563. Venetiis impressi sunt. „Addatur Serie dell' odizioni Aldine etc. Pisae 1790. 12. quas possidet Cardinalis *de Brienne.* Sunt vero 677 exempla ab a. 1494 — 1595. et 24 exemplaria sine anni nota.

*) add. *Henr. Stephani* epistola de suae typographiae statu, nominatimque de suo thesauro L. Gr. — Index

gelini, Commelini, Plantini, Oporini, Frobeniorum multas debemus editiones, quas viri docti haud parui aestimant; quamquam etiam iure contendunt, Henricum Stephanum, hominem alias graece doctissimum, lectoribus saepe fecisse fraudem, suasque coniecturas pro lectionibus MSS. vendidisse.

Multum quoque intereſt scire, num is, cuius editionem manibus tero, iustis ingenii eruditionis grammatices, criticesque praesidiis instructus auctorem suum interpretatus sit, et adcuratam a mendisque, quantum per infirmitatem humanam fieri potuit, liberam, aut plenam aut splendidam editionem curauerit. Quare praecipuos quosdam editores recensebimus. Batauis quidem et Anglis splendidissimas vberrimasque debemus editiones: enimuero splendorem non vnicam esse virtutem, facile demonstrant editiones Glasgouienses aliaeque. Itali, qui a renatis litteris et ab inuenta typographia in curandis ornandisque graecorum latinorumque auctorum editionibus omnem gloriam atque vtilitatem posuerunt, hanc spartam ceteris nationibus nunc relinquere videntur. Quis enim est, quem fugiant immortalia merita Politiani, Philelphi, Vallae, Hermolai Barbari, Robortelli, Manutiorum, Scaligerorum, Vrsini, Victorii aliorumque in edendis aut explicandis graecis scriptoribus? Hodie haud adeo ampla est criticorum familia. Lamius, cuius vide praefationem

Index librorum, qui ex officina eiusdem H. Stephani hactenus prodierunt. 1569. Excudebat Henr. Stephanus. 8.

ad primum volumen Deliciarum etc. et Muratorius multa in ſuis collectionibus in lucem protraxerunt e tenebris. Cocchii, Bongiouanni, Mingarelli, Amadutii, Morelli, Spalletti, Roſſi, diligentia et cura in eruendis atque explicandis vett. monimentis omnino eſt praedicanda. Corſini et Riccius de antiquitate graeca bene meruerunt. Saluinius et Politus graece docti fuerunt; ſed acumine ingenii et copia eruditionis populares ſuos poſt litteras renatas non aequarunt. Bandini vero editiones nihili ſunt faciendae, et Vhſianas noſtras atque Iunkerianas aequiparant ſterilitate atque ieiunitate. Nec Galli maiorum ſuorum gloriam laudemque hoc in genere litterarum obtinent. Turnebus enim, Morellus, Lambinus, vterque Stephanus, Budaeus, Caſaubonus, Claud. Salmaſius, Menagius, Neueletus, Mauſſacus, Longepierre, Combefiſius, Valeſius, Labbaeus, Tanaquil Faber eiusque filia, Claud. Sallierius, Harduinus, Cotelerius, Montfaucon, egregias, quae adhuc magni fiunt, curarunt editiones. Noſtra vero aetate quidam Monachi Benedictini de patribus eccleſiaſticis, Batteſius de Ariſtotelis A. P. Augerus Le Febure de Villebrune, Larcherus, Ballu, Boivin, Barthelemy, Burigny de litteris graecis bene meruerunt, et Anſſe de Villoiſon veteres illos heroas litterarios aemulans populares ſuos ſtudio maxime laudabili a nugacitate ac ſtrepitu verborum vaniſſimo ad antiquam diſciplinae ſeueritatem reuocaturus videtur. In actis ſocietatis reg. Paris. Inſcr. multi eruditi Galli antiquitatem et auctores gr. docte illuſtrarunt, atque expoſuerunt. In Britannia tamen, Belgio atque Germania

nia litterae graecae omni tempore vindices ac ſtatores repererunt, nec, quamuis philoſophia aut ſcholaſtica, aut Wolfiana, aut, quae nunc regnare velit, aeſthetica non vera, ſed falſa et maculoſa, antiquae ſapientiae ſtudium aliquoties finibus noſtris expellere tentarit, domicilium quaſi mutare ſunt coactae. Ex Britannis celebres ſunt, Iſaacus Voſſius, Grabe, Hudſon, Bentlei, Dauiſius, Waſſe, Pearce, Potterus, Gataker, Barneſius, Baxter, Taylor, Markland, Stanlei, Gale, Wells, Winterton, Fell, Wallis, Robinſon, Musgraue, Battie, Vpton, Hutchinſon, Iohnſon, King, Thomas Morell. Needham, Dawes, Maittaire, Warton, Toupius, Ioſ. Stock, Burgeſſ. E Belgis quosdam tantum nominabo: Erasmum Rotterodamenſem, Iuſtum Lipſium, Bonauenturam Vulcanum, Ioannem Meurſium, Hugonem Grotium, Rutgerſium, Danielem Heinſium, Gronouios, Graeuium, Munkerum, Berkelium, Ienſium, Canterum, Duckerum, Oudendorpium, Weſſelingium, Lamb. Boſium, Perizonium, Blancardum, Hemſterhuſium, Reizium, Alberti, Doruille, van der Linden, Roeuerum, Almeloueen, Clericum, Tollium, Masuicium, Paw Valckenarium, Schraderum, Ruhnken, Lennep, Pierſonium, Koen, Bernard, Verheyk, van Goens, Wyttenbach, etc. quorum tamen magna pars Germaniam habuit patriam. E Germanis autem Melanthonem, Camerarium, Betuleium, Fried. Sylburgium, Xylandrum, Hieronymum Wolfium, et duo fratres Hamburgenſes eiusdem nominis Ioannem Chriſtophorum et Io. Chriſtianum Wolf, Rhodomannum, Rittershuſios, Reineſium, Caſparem

 Barthium,

Barthium, Meibomium, Michaelem Neandrum, Hertelium Curienſem, Andr. Riuinum, Eilhard. Lubinum, Erasmum Schmidium, Iungermann, Vitum (Ortelium) Winshemium, Ezechiel. Spanheim, Vorſtium, Küſterum, Godofr. Olearium, Kuhnium, Laederlin, Boeclerum, Cellarium, Io. Conr. Schwarzium, Carpzouium, Abbatem Helmſtadienſem, Schier, Io. Michael. et Iac. Frid. Heuſingeros, Io. Alb. Fabricium, Reimarum, Gesnerum, Erneſti, Stoeberum, Wernsdorfium, Klotz, Heyne, Reiske, Schwebelium, Brunck, Schweighäuſerum, Krebs, Morum, Zeune, Fiſcher, Bachium, Boden, Schneider, Krigel, Beckium, Künoehl, Hoepfnerum, Wolfium, prof. Halenſem, Schütz, Leopold, Heeren, Mitſcherlichium, Manſo, Iacobs, Koeppen, Gedicke, Irmiſch, Bauerum, Gottleberum, Facium, Degenium, Herelium, Martini, Matthaei, aliosque multos. E Suecis Martin Bruner, Schefferus, qui quidem natione Germanus fuit, eiusque gener Columbus, et Laurent. Normann de quibusdam graecis auctoribus bene meriti ſunt *). Inter Danos eminent in hoc litterarum genere Münter, Moldenhauer, Adler, Kall, Schow, Zoega, (qui quidem Romae nunc habitat, mutata religione patria,) Birch, aliique.

Illi

*) Suecorum tamen merita erga litteraturam graecam, et Suecos graece doctos recenſet *Olau Plantin* in: Hellas ſub Arcto, Witteberg. 1736. 8. Plenius tamen et doctius, id argumentum perſequitur, erroribus Plantini correctis, *Fant* in: Hiſtoria litteraturae graecae in Suecia, ab eius initiis ad annum 1650 auctore *Erico Michaele Fant*. Vpſal. et Lipſiae 1779. 4.

Illi praeterea libri ſunt interdum euoluendi, in quibus viri docti diuerſis iisque obſcuris variorum veterum locis lucem adcendere tentarunt. Haud paucos quoniam, in quibus etiam graeca tractantur, in breuiore notitia litteraturae rom. pag. 49. ſqq. iam commemoraui, illis quosdam tantummodo hic adiungam, in graecis auctoribus emendantis praecipue verſatos.

Meurſii lectiones Atticae; eiusdem exercitationes graecae; eiusdem Aeſchylus, Sophocles, Euripides Libri. III. Lugd. Bat. 1619. 4. etc. *Reineſii* variae lectiones, Altenburg. 1640. 4. Eiusdem defenſio variarum lectionum contra iniquam cenſuram poetae L. (L. h. e Lipſienſis, u. D. Andr. Riuini) Roſtochii 1653. 4. *Iac. Palmerii* exercitationes in optimos fere autores graecos Lugd. Bat. 1668. in 4. Variarum lectionum libri duo *Theodori Canteri*, Antwerp. 1574. 8. *Gulielmi Canteri* nouarum lectionum libri octo, editio tertia, recens aucta; eiusdem de ratione emendandi Graecos auctores ſyntagma, recens item auctum, Antwerp. 1571. 8. et in tomo III. facis criticae Gruterianae. — *Latini Latinii*, Viterbienſis, bibliotheca ſacra et profana, ſiue obſeruationes, correctiones, coniecturae et variae lectiones in ſacros et profanos ſcriptores. E marginalibus notis codicum eiusdem a Dominico Marco Melitenſi, cathedralis Viterbiens, olim Canonico theologo — collectae, et nunc primum e bibliotheca Brancaccia in lucem editae. Romae 1677. fol. E graecis auctoribus pauci ſunt, de quibus vel emendando explicandoque vel lectionibus codd. adferendis merere ſtuduit, u. Athenaeus, Conſtanti-

nus,

nus, Caesar de agricultura, Pedacius, Dioscorides, Philostratus de vita Apollonii, Polybius de Romanorum militia. Liber vero admodum rarus est. — *Eustathatii Swartii* analectorum libri III. in quibus innumera auctorum, qua Graecorum, qua Latinorum loca emendantur, dilucidantur, illustrantur, notantur. Lugduni Batau. 1616. 4. (Placcius in scriptor. Pseudon. n. 2607. incusat Swartium plagii; sed defendit eum *Goetz* in Memorab. bibl. Dresdens. II. pag. 558 —.) *Marsilii Cagnati*, Veronensis, variarum obseruationum libri quatuor, quorum duo posteriores nunc primum accessere. — Romae 1587. 8. Aristotelis et medicorum graecorum loca praecipue explanantur aut emendantur. — *Caspari Hofmanni* Variarum lectionum lib. VI. in quibus loca multa Dioscoridis, Athenaei, Plinii, Hippocratis, Aristotelis, Galeni, aliorum qua illustrantur, qua explicantur Lipsiae 1619. 8. — *Petri Petiti* miscellanearum obseruationum libri quatuor, numquam antehac editi. Traiecti ad Rhenum, 1682. 8. *Corn. Valerii Vonck* — specimen criticum in varios auctores. — Traiecti ad Rhenum 1744. 8. *Iac. Elsneri* schediasma criticum, quo auctores aliaque antiquitatis monumenta, inscriptiones item et numismata, emendantur, vindicantur et exponuntur. Ad continuationem tomi VII. Miscellaneorum regiae societatis scientiarum Berolinensis. Berolini 1744. 4. —— *Iac. Phil. de Medenbach Wakker* Amoenitates litterariae, Traiecti ad Rhen. 1770. 8. — *Petri Horrei* Obseruationes criticae in scriptores quosdam graecos historicos, Herodotum praecipue, Thucydidem item; vt et Xenophontem

nophontem ac Arrianum, Leowardiae et Harlingae 1736. 8. —— *Eiusdem* Miſcellaneorum criticorum libri duo etc. ibid. 1738. 8. —— *Ger. Horrei*, P. F. Animaduerſiones ſacrae profanae ad ſelecta noui foederis, ſcriptorumque exterorum graecorum loca. Harlingae. 1749. 8. —— *Georgii d' Arnaud* lectionum graecarum libri duo, in quibus Graecorum ſcripta paſſim illuſtrantur et caſtigantur, in primis Heſychii, Arati, Theonis, Oppiani, et Apollonii Rhodii, Hagae Comitum. 1730. 8. Is quoque edidit ſpecimen animaduerſſ. criticarum. *Ioannis Alberti* Periculum criticum, in quo loca quaedam cum V. ac N. foederis; tum Heſychii et aliorum illuſtrantur, vindicantur, emendantur. Lugd. Batau 1727. 8. — *Aariani Heringa*, med. Doct. obſeruationum criticarum liber ſingularis, in quo paſſim veteres auctores, graeci maxime, emendantur. Leovardiae 1749. 8. *Petri Weſſelingii* epiſtola ad V. C. H. Venemam de Aquilae in ſcriptis Philonis Iud. fragmentis et Platonis epiſtola XIII. etc. Traiecti ad Rhenum. 1748. 8. — *Iac. de Rhoer* Feriae Dauentrienſes, ſiue Miscellaneorum libri duo, in quibus multi veterum auctorum loci, tam ſacrorum, quam profanorum, explicantur, vindicantur vel emendantur. Traiecti ad Rhenum. 1758. 8. — *Io. Frid. Herel* miſcellae obſeruatt. criticae Erford. 1768. 4. *Eiusdem* ſpecimina III. animaduerſſ. critic. in quaedam veterum ſcriptorum loca, in Klotzii actis litterariis. *Gisberti Cuperi* Obſeruationum libri quatuor, edit. *Io. Petro Schmid.* Lipſiae 1772. 8. *Io. Fridr. Gronouii* Obſeruationum libri IIII. curante *Friderico Platnero*, Lipſiae 1755.

1755. 8. *Lamberti Bos* Animaduerſiones ad ſcriptores quosdam graecos, Franekerae 1715. 8. *Ioan Iacobi Reiske* Animaduerſionum ad Graecos auctores Vol. I — V. Lipſ. 1757. ſqq. *Dauidis Ruhnkenii* Epiſtola critica I. Lugd. Bat. 1749. et II. ibid. 1752. 8. rec. auct. cum Homeri H. in Cererem ibid. 1782. 8. *Pierſoni* Veriſimilium libri duo. Lugd. Batau. 1752. 8. *Ricardi Dawes* miſcellanea critica, iterum edita, curauit et adpendicem adnotationis addidit *Thomas Burgeſſ.* Oxonii. 1781. 8. — *F. Iacobs* ſpecimen emendationum in auctores veteres cum graecos, tum latinos. Gothae 1786. 8. etc. Alios, qui auctorem quemdam ſeparatim pertractarunt, ſuo quemque loco indicabo.* *Doruille* quoque in Commentario ad Charitona praeſtantiſſimo, *Koen* in not. ad Gregorium Corinthum de dialectis gr. et *Ioan. Toupius* in Emendationibus in Suidam Tom. III. Londini 1760 — 66. et in curis nouiſſimis, ſiue appendicula notarum et emendationum in Suidam. Londini 1775. 8. multorum graecorum loca face critica illuſtrarunt. Illi autem *Toupii* libelli perquam docti recuſi ſunt et inſcripti: *Opuſcula critica,* in quibus Suidas et plurima loca veterum Graecorum Sophoclis, Euripidis et Ariſtophanis in primis cum explicantur tum emaculantur ſcripſit *Io. Toup*, A. M. — editio altera, emendatior ad exemplar Londinenſe. Lipſiae 1780. 8. II. tom. — Noua editio, auctior, poſt eius obitum prodiit huius ſententiae: Emendationes in Suidam et Heſychium et alios Lexicographos graecos. ſcripſit *Io. Toup* etc. Oxoniae 1790. 8. voll. IIII. — In *Gruteri* face critica et Obſeruationibus miſcellaneis

Belgicis

Belgicis collecta esse multorum criticorum opera, iam alibi memorauimus. Huc quoque pertinent Miscellanea et noua miscellanea Lipsiensia, Museum criticum, quod Lemgouiae typis excusum est, epistolae mutuae in vita Reiske, ab huius erudita vxore edita, Sylloge epistolarum a Burmanno publicata, vt Fabri, Richteri, Reinesii, Daumii aliorumque Epistolas praetermittam: denique, ne nimis verbosus videar, commendanda est critices amantibus erudita *Io. Michaelis Heusingeri* diss. de scriptoribus graecis et latinis, nondum ad veterum exemplarium fidem satis emendatis, in Actis societatis latinae Ienensis, editis a *I. Ern. Immanuele Walchio*, vol. I. Ienae 1752. §. pag. 40. sqq.

§. 19.

De studio et subsidiis Inscriptionum, artis numismaticae, antiquitatum iam copiose egit *Walchius* in Introductione etc. Neque post diligentiam Fabricii *) atque Walchii **) de Glossariis atque lexicis multa disputabo. Atque de nonnullis Glossariis infra erit opportunior locus dicendi. In primis nemoranda sunt: *Cyrilli*, *Philoxeni*, aliorumque veterum Glossaria latino-graeca et graeco-latina a *Carolo Labbaeo* collecta etc. Lutetiae Paris 1679. fol. de quo libro v. *Baumgarten* Nachrichten

*) In biblioth. graeca Libr. IV. cap. 33. sqq. et V. cap. 40.

**) In Introd. in gr. linguam pag. 144 sqq. adde cl. *Beckii* commentarios de litt. et auctoribus gr. atque lat. part. I. sect. I. pag. 52 sqq. 67 sq.

ten von einer Hallischen Biblioth. vol. IV. p. 493. sqq. Quibus hic tantummodo addam: *Glossaria graeca minora et alia anecdota graeca: Ex variis codd. edidit et animaduersionibus illustrauit Christ. Frid. Matthaei*, Groesta Thuringus, *Gymnasiorum Vniuersitatis Mosquensis Rector. Moscou.* 1775. Prior pars continet 1) Excerpta ex Nicephori Gregorae grammatica. 2) Specimina ex MS. Lexico Cyrilli Alexandrini. 3) Anastasii Sinaitae orat. funebrem. 4) Glossarium in omnes epist. Paulli, praeter illam ad Philemona: altera vero pars V. homilias Xiphilini st aliquot Basilii.

Nec omnia recensere lexica, nostri est instituti: atque quum de Suida et Hesychio aliisque infra acturi simus, hic *Etymologicum magnum*, quoniam eius et auctor, qui ante Suidam vixit, incertus est, et aetas, et alia pauca commemorabimus. Id vero non tam propter obseruationes etymologicas et grammaticas, in quibus aliorum grammaticorum somnia saepe repetiit, quam mythologicas, historicas et fragmenta veterum magni aestimandum est. *Prima* editio prodiit Venetiis a. 1499. maiore folii forma, cum praefatione Graeca Marci Musuri, ex recensione *Zachariae Calliergi*, Cretensis. *Altera* Venetiis 1549. fol. curante *Friderico Turrisano*, qui nonnulla castigauit, alia ipse curauit inseri: addita autem asterisco notauit. *Tertia*, cuius basis est altera Veneta, *Commeliniana*, cura et cum notis atque indicibus *Frid. Sylburgii*, Heidelberg. 1594. fol. haec est optima, at quoque perquam rara. *Quarta* ex recensione Panagiotae Sinopensis, Venetiis 1710. in folio. Sylburgii correctiones in textum recepit, sed eiusdem

dem' indices, et asteriscos, quibus additamenta Turrisani distinguerentur, perperam omisit. His addendum est: Specimen emendationum et obseruationum in Etymologicum Magnum, maximam partem petitarum ex codice Gudiano, qui Guelpherbyti in serenissimorum ducum Brunsuico-Luneburgensium bibliotheca adseruatur. Auctore *L. Kuhlenkamp.* P. P. O. etc. Gotting. 1765. 4. adde cl. *Beck.* l. c. pag. 65. sq. *Baumgarten* Nachrichten von einer hallischen Biblioth. vol. IV. p. 506. sqq. cod. mstus est in biblioth. regia Hafniensi. v. *Iohn Erichsen* Vdsigt over den gamle Mspt — sammlingi det store Kongelige Biblioth. Hafniae 1786. mai. 8. sect. VI.

Varini Phauorini Camertis, (obiit 1537.) *Lexicon*- graece. Romae 1523. in Fol. tum Basileae 1538. fol. cum indicibus duobus vberrimis, et Venetiis 1712. fol. *) E Suida, Etymologo, Phrynicho, Hesychio, Harpocratione, Eustathio et scholiastis veteribus vocabula eorumque explicationes fere desumsit. conf. *Baumgarten* Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek vol. IIII. p. 506. sqq.

Ioachimi Camerarii commentarii vtriusque linguae, in quibus diligens exquisitio nominum, quibus partes corporis humani appellari solent. Basileae

*) add. *Suidae et Phauorini glossae sacrae.* graece. Cum spicilegio glossarum sacrarum Hesychii et Etymol. M. Congessit emendauit et notis illustrauit *I. Chr. Gottlieb Ernesti.* P. P. E. O. Accessit diss. de glossis sacris Suidae et Phauorini. Lipsiae. 1786. 8.

leae 1551. fol. nullo alphabeti ordine obseruato. Liber vero vtilis est.

Dictionarium Graeco-latinum, post correctionum G. Budaei, I. Tusani, C. Gesneri, H. Iunii, H. Constantini, I. Hartungii, Mar. Hopperi, Guil. Xylandri, nouissime a Iac. Cellario, Nic. Hoeningero, Basileae cIↃIↃxxciv. Plenius quidem hoc est lexicon, quam illud, quod vulgo dicitur Septemuirorum et quod pluries typis expressum est, sed multa quoque vocabula, praecipue medica, quae in illo explicantur, in hoc desiderantur.

Roberti Constantini, Medici Cadomensis, *dictionarium linguae graecae*, Geneuae 1562. II. Vol. fol. et cum additionibus Francisci Porti aliorumque recusum ibid. 1592. fol. est praestans, et valde rarum.

Henrici Stephani thesaurus graecae linguae, Geneuae 1572. fol. IIII. Vol. Est praestantissimum atque incomparabile opus, de quo diligenter differit *Mich. Richey* in Chrestomathia graeca, siue consilio de recte instituendo linguae graecae studio, Sect. VIII. Id vero opus, quod nostra adhuc aetate primum locum obtinet; at rarioribus libris adnumerandus est, in compendium redegit, et aliquatenus auxit *Ioann. Scapula* in Lexico graeco - latino, Basileae 1578 et saepius repetito, cuius quidem optima editio est cura *Cornelii Schreuelii et Lamb, Barlaei*, Amstel. 1652. et Basileae 1665. in fol. Cui iungi debet *Appendix* ad lexicon graeco - latinum a Scapula constructum et ad alia lexica graeca: e cod. msto olim Asceuiano in lucem nunc primum vindicata. Londini 1789.

8. E poetis graecis atticis collectio potissimum, minus tamen sollicite facta est. Neque tamen Stephanus omnes numeros ita expleuit, *) aut ob varias caussas hominumque infirmitatem explere potuit, vt nihil deesset, nec posterorum diligentiae ad supplendum atque emendandum aliquid fuisset relictum. Immo vero permulta desiderantur vocabula. Quare varii docti homines passim notarunt ea, quae deessent in Stephani thesauro. In primis id fecerunt *Reimarus* in indice gr. ad edit. suam Dionis Cassii, *I. Fr. Fischerus*, in indicibus ad editiones graecorum auctorum ab ipso curatas, *Caspar Fridericus Munthe*, Professor quondam gr. linguae in Vniuersitate Hafniensi, in *specimine defectus lexicorum in vocibus aut notionibus vocum Diodoreis; quae Lexicographis, in primis Stephano vel plane praeteritae, vel nulla penitus aut sequioris aeui auctoritate stabilitae sunt*, quod subiunxit Obseruationibus suis philologicis in sacros N. T. libros ex Diodoro Siculo collectis, Hafniae et Lipsiae 1755. 8. *Frid. Lud. Abresch* in dilucidationibus Thucydideis, Campis 1755. 8. in indice II. Denique, vt praetermittam alios, Daniel Scottus edidit *Appendicem ad Stephani thesaurum*, Londini 1745. fol. II. Vol. E lexicis minoribus imprimis commendanda sunt; *Guilielmi Robertsoni* thesaurus linguae a Iosepho Hill auctus, Londini 1676. 4. et *Hederichii* lexicon manuale graecum cura *I. Aug. Ernesti*, Lipsiae 1754. et 1767. 8. etc. Neque tamen Schreuelii et Zimmermanni

*) v. Olai Borrichii differt. de Lexicis pag. 50.

mermanni labori atque vtilitati aliquid laudis detraham. Graeco-germanica lexica concinnarunt *I. C. Vollbeding*, Griechifch-deutfches Handwoerterbuch, zum Schulgebrauch. Lipfiae 1784. 8. Cum fupplemento poftea edito, et *Frid. Wilh. Ion. Dillenius* Griechifch-deutfches Woerterbuch für die Iugend. Lipfiae 1784. 8. Huc quoque referenda funt: *Nouum lexicon graecum etymologicum, et reale*, cui pro bafi fubftratae funt concordantiae homericae et pindaricae, cum indice vniuerfali alphabetico, collegit et digeffit *Chriftianus Tobias Damm*, Rector gymnafii Colonienfis, (Cöln an der Spree,) Berolini. Berolini, 1765. 4. et *Io. Daniel a Lennep* Etymologicum linguae graecae, fiue obferuationes ad fingulas verborum nominumque ftirpes fecundum ordinem lexici compilati olim a Ioanne Scapula. Editionem curauit, atque animaduerfiones cum aliorum, tum fuas adiecit *Euerhardus Scheidius*, cuius praemiffa funt quoque prolegomena de L. L. ope linguae graecae illuftranda, adiectusque eft index etymologicus praecipuarum vocum latinarum. Part. II. Traiecti ad Rhenum. 1790. 8. — De lexicis, indicibus, clauibus Homericis v. *Fabricii* B. Gr. vol. I. pag. 439. fq. cum meis fupplementis. Lexica in N. T. infra commemorabo. Vocabula mediae et infimae graecitatis optime explicuit *Carolus du Fresne*, Dominus de Cange in Gloffario ad fcriptores mediae et infimae Graecitatis, Lugd. 1688. fol. II. Vol. de quo libro iam fupra meam dixi fententiam, eumque poffe locupletari, multis exemplis oftendit *Hemfterhus.* in notis ad Ariftophanis Plutum. vide indicem II. ad illius editionem.

Anti-

Antiquitatum vero graecarum compendia et ſyſtemata recenſet *Io. Iacob. Rambach* in praefatione ad alteram partem Potteri Archaeologiae graecae ab illo in linguam germanicam translatae, Halae Saxon. 1776. 8. Adde *Io. Alberti Fabricii* bibliographiam Antiquariam, ed. III. opera Paulli Schaffshauſen, Hamburg. 1760. 4.

§. 20.

Denique collectiones ſcriptorum quorundam, qui in eodem argumento verſati ſunt, indicabo. Quorum tamen commemoratio ne breuitatis ſtudio obſit, corpora patrum eccleſiaſticorum praetermittam et paucis tantum eas in primis nominabo, quarum poſtea vel breuiter, vel non vbiuis iniecturus ſum mentionem: plura vero dabunt *Fabricius* in biblioth. graeca Libr. VI. cap. 10. Catalog. Bunau vol. I. pag. 39. ſqq. atque *Hambergerus* in zuverlaeſſigen Nachrichten, Tom. I. pag. 173. ſqq. neque tamen ἀσύμβολος diſcedam.

Poetae graeci principes heroici carminis et alii nonnulli, Homerus, Heſiodus, Orpheus, Callimachus, Aratus, Nicander, Theocritus, Moſchus. Bion, Dionyſius, Coluthus Tryphiodorus, Muſaeus, Theognis, Phocylides, Pythagorae aurea carmina. Fragmenta aliorum. Anno 1566. Excudebat Henr. Stephanus, fol. Opus ſplendidum, et quoque perrarum.

Poetae Graeci veteres, carminis heroici ſcriptores, qui exſtant omnes. (iidem, qui a Stephano collecti ſunt.) *Appoſita eſt e regione latina interpretatio. Notae item variae lectiones margini adſcriptae*

ſcriptae. Cura et recenſione Iac. Lectii, cum indice. Aureliae Allobr. 1606. fol. Stephanum plane fere ſequitur.

Poetae graeci veteres, tragici, Comici, Lyrici, epigrammatarii, additis fragmentis ex probatis auctoribus collectis, nunc primum graece et latine in vnum redactum corpus, (a Io. Lectio) Colon. Allobr. 1614. fol.

Poetae minores graeci — Accedunt Obſeruationes Rudolphi Wintertoni in Heſiodum. Cantabr. 1674. et ſaepius. 8. Stephani ed. eſt baſis plerumque.

Carmina nouem illuſtrium feminarum, Sapphus, Erinnae. Myrus, Myrtidis, Corinnae, Teleſillae, Praxillae, Noſſidis, Anytae; et Lyricorum, Alcmannis, Stechiſori, Alcaei, Ibyci, Anacreontis, Simonidis, Bacchylidis; Elegiae Tyrtaei et Mimnermi. Bucolica Bionis et Moſchi. Latino verſu a Laurentio Gambara expreſſa. Cleanthis, Moſchionis, aliorumque fragmenta nunc primum edita ex bibliotheca Fuluii Vrſini Romani. Antwerpiae ex officina Chriſtoph. Plantini 1568. in 8. Rariſſima haec eſt editio. Multorum vero auctorum partes vel plures vel emendatiores poſtea a viris doctis editae ſunt. Wolfius quidem in collectione mox indicanda Vrſini notas recudi fecit, ſed, quantum memini, lectionem ipſam, quam dederat Vrſinus in textu, non commemorauit

Poetriarum octo, Erinnae, Myrus, Myrtidis, Corinnae, Teleſillae, Praxillae, Noſſidis, Anytae, fragmenta et elogia graece et latine. Accedit Gottfridi Olearii diſſ. de poetriis Graecis, cura Io. Chriſtiani Wolfii, Hamburgi 1734. 4. Idem *Wolfius* edidit

edidit *Sapphus fragmenta*, Hamburgi 1733. 4. Idem *Wolfius* collegit, *Mulierum graecarum, quae oratione prosa vsae sunt, fragmenta et elogia, graece et latine, cum virorum doctorum notis et indicibus. Accedit Catalogus foeminarum sapientia, artibus scriptisue apud Graecos, Romanos aliasque gentes olim illustrium*, Londini (f. Hamburgi) 1739. 4.

Poesis philosophica, vel saltem reliquiae poesis philosophicae, Empedoclis, Xenophanis, Timonis, Parmenidis, Cleanthis, Epicharmi, Orphei carmina, item Heracliti et Democriti loci quidam et eorum epistolae. Graece, Paris. exc. Henr. Stephanus 1573. 8.

Comicorum graecorum sententiae, id est γνῶμαι, latinis versibus ab Henrico Stephano redditae et annotationibus illustratae. M. D. LXIX. Excudebat. H. Stephanus. 16.

Theocriti aliorumque poetarum idyllia. eiusdem epigrammata. Simmiae Rhodii ouum, alae, securis, fistula. Dosiadis ara. Omnia cum interpretatione latina. In Virgilianas et Nason. imitationes Theocriti obseruationes H. Stephani. Excudebat H. Stephanus. 1579. 12.

Pindari Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia. Caeterorum octo lyricorum carmina, Alcaei, Sapphus, Stsichori, Ibyci, Anacreontis, Bacchylidis, Simonidis, Alcmanis: Nonnulla etiam aliorum. Paris 1560. 16. — *Editio* II. Graeco latina *H. Stephani recognitione quorumdam interpretationis locorum et accessione lyricorum carminum locupletata.* Anno 1566. excud. Henr. Stephanus. 16.

De editionibus lyricorum Stephanianis, quae sex numerantur, vide, quae in *Fabricii* B. Gr.

 vol.

vol. II. in notitia editt. pindaricarum, pag. 69. sq. scripsi.

Carmina Poetarum nouem, lyricae poeseos principum fragmenta. Nonnulla etiam aliorum. Editio quinta Graecolatina H. Stephani olim Pauli Stephani 1612. 12. — Eorumdem collectio ex prima Steph. edit. Antwerp. ex officina Chstph. Plantini 1567. min. 8. et *cum notis Stephani in Anacreontem et Aemilii Porti in Lyricos, apud Hieron. Commelin. 1598. 8.*

Opus aureum et scholasticum, in quo continentur Pythagorae carmina aurea, Phocylidis, Theognidis et aliorum poemata, edita omnia studio et cura Michaelis Neandri, Lipsiae 1577. 4. Opus rarum.

Poetarum vetustissimorum opera georgica, bucolica et gnomica. Gr. et lat. Paris. 1628. 8. — Colon. Allobrog. 1612. 12.

Τὰ σωζόμενα τῶν παλαιοτάτων ποιητῶν —— *vetustissimorum authorum Georgica, Bucolica et Gnomica poemata, quae supersunt. Accessit huic editioni Is. Hortiboni Theocriticarum lectionum libellus.* — Geneuae sumtibus Ioannis de Tournes. 1639. 12.

Conf. ad Fabricii B. Gr. I. pag. 714. a me notata. Alii autem collectioni antiquiori accesserant Casauboni lectiones Theocrit. diu ante promulgatae.

Θεοκρίτου —— *Theocriti, Simmiae, Moschi et Bionis Eidyllia et epigrammata, quae supersunt, cum Musaei poematio: Omnia graecolatina et exposita.* sine l. et a. nota 12.

Incipit

Incipit ab I. C. (Iſaaci Caſauboni) praefatione in Theocritum. A pag. 563. ſequuntur illius epiſtola ad Stephanum data VI. Idus Aug. 1584. (in qua narrat, ſe ſuperioribus his diebus *Euſtathii Vignonis* digniſſimi typographi rogatu in quosdam Theocriti locos has lectiones ſcripſiſſe,) atque lectiones Theocriteae. Caſaubonus ſe, mutatione nominum olim viris doctis ſollemni, vocabat *Hortumbonum*, quod *Caſa*, vetus vocabulum gallicum, denotat *Hortum*; hoc igitur loco *Caſau* praefixit alteri ſyllabae *bonus*.

Vetuſtiſſimorum et ſapientiſſimorum comicorum quinquaginta, quorum opera integra non extant, ſententiae, quae ſuperſunt. Graece et latine collectae per Iac. Hertelium, Curienſem. Baſileae,*) ſine anno, ſaepiusque repetitae; item Veronae 1616. 8. inſcriptae autem *Bibliotheca quinquaginta vetuſtiſſimorum Comicorum etc.*

Theognidis Megarenſis ſententiae elegiacae cum interpretatione et ſcholiis Eliae Vinetae. Acceſſerunt et horum poetarum opera ſententioſa, Phocylidis, Pythagorae, Solonis, Tyrtaei, Naumachii, Callimachi, Mimnermi, Eueni, Rheani, Eratoſthenis, Panyaſidis, Lini, Menecratis, Poſidippi, Metrodori, Simonidis, Senariorum libellus, per Iacobum Hertelium, Curienſem. Baſil. 1561. 8. 1563. 8. (Lipſiae) 1583. etc. Plures factas fuiſſe editiones haud ignoro: omnes vero indicare, quid iuuat? *Theognidis* enim et aliorum gnomicorum

 collectiones

*) Conf. *Fabricii* Bibl. Graec. vol. I. pag. 723-728. item p. 742-749. et quae adieci, de poetarum gnomicorum collectionibus.

collectiones ſere ſunt infinitae: v. catalogum editionum in *Fabricii* B. Gr. vol. I. pag. 707 - 718. Noua huius inſcriptionis incepta eſt:

Sententioſa vetuſtiſſimorum gnomicorum poetarum Opera, praefatus eſt Chr. Gottlob Heyne: duo autem priora tantum prodierunt volumina, in 8. min. quod bibliopola reliquis emittendis ſumtum denegauit. In priore continetur *Pythagoreorum Aureum carmen.* Varietatem lectionis notasque adiecit, in vſum ſcholarum edidit *Eberhard Gottlob Glandorf*, Lipſiae 1776. praemiſit catalogum omnium Gnomicorum cum aliis editionum ſecundum temporis ordinem digeſtum et diligenter confectum. In volumine ſecundo continentur *Solonis* fragmenta poetica, edit. *Franc. Arn. Fortlage.* Permultas quoque eorumdem collectiones recenſuit M. *Abrah. Kallius* in praefatione ad ſpecimen nouae editionis ſententiarum Theognidis Megarenſis, Gottingae et Gothae 1766. 4.

Ἠθικὴ ποίησις *ſiue Gnomici poetae graeci ad optimorum exemplarium fidem emendauit Rich. Franc. Phil. Brunck.* Argentorati 1784. min. 8.

v. ad *Fabricii* B. Gr. I. pag. 718. et 749. *Callimachi Cyrenaei Hymni, epigrammata et fragmenta, quae exſtant, et ſeparatim Moſchi Syracuſani et Bionis Smyrnaei idyllia. Bonauentura Vulcanio Brugenſi interprete, cum annotationibus eiusdem et indice copioſo.* Antwerpiae, apud Chriſtoph. Plantinum. 1584. 12.

Excerpta ex Tragoediis et Comoediis Graecis ab Hugone Grotio. Paris 1626. 4.

Miſcellanea Graecorum aliquot ſcriptorum carmina, cum verſione latina et notis, Londini 1722. 4.

4. Fabric. in B. G. Libr. II. cap. 11. de quibusdam ſententiarum graecarum auctoribus et collectoribus copioſe atque diligenter agit: ego vero in noua editione multo plures enumeraui editiones.

Io. Potuſae Encyclopaedia philologica, gr. Venet. 1710. IV. voll. 8.

confer *Fabricii* B. G. vol. XIII. pag. 457 ſqq.

Frequentes Muſaei, Pythagorae, aliorumque poetarum et fabularum aeſopiarum collectiones exſtant, quas omnes recenſere haud vacat: plurimasque recenſui in *Fabricii* B. Gr. vol. I. vbi vide de Muſaeo pag. 128 ſqq. de Heſiodo p. 597 ſqq. de Aeſopo pag. 644 ſqq. de Pythagorae carmine cum aliis pag. 797 ſqq. etc.

Subiiciam quoque mentionem *Anthologiarum veterum*, ſiue collectionum variorum epigrammatum: de quibus diligenter egerunt *Fr. Vauaſſor* in libro de Epigrammate cap. 16. *Io. Alb. Fabricius* in bibliotheca graeca Libr. III. cap. 28. qui Vauasſoris disputationem cum nonnullis obſeruationibus inſeruit: *Io. Henr. Leichius* in praefatione ad Carmina ſepulcralia, Lipſiae 1745. 4. *Reiske* in praefat. ad Cephalae Anthologiam; *Emmanuel Martinus* in Epiſt. V. Libr. IV. pag. 184. et VI. L. V. pag. 216. Amſtel. 1738. *Io. Gottlob Schneider*, Profeſſor Francof. ad Viadrum, dedit notitiam poetarum epigrammatophorum, quorum nomina et fragmenta in Analectis Brunkianis exſtant, in *Analectis criticis in ſcriptores veteres graec. et latin.* faſcic. I. Traiecti ad Viadrum 1777. nr. 1. Vetuſtiſſimus, qui ad epigrammata graeca colligenda animum adpelleret, fuit Meleager Gadarenus, natione Syrus, qui ſaeculo ferme ante Chriſtum

natum

natum *) floruit, et diſtinguendus eſt a Meleagro Cynico, nec adeo, vti ſcripſit Fabricius, Diogenis Cynici fuit diſcipulus, v. *Schneideri* periculum criticum in Cephalae Antholog. pag. 109. Eius vero collectionem, quam *Coronam* inſcripſit, poſteriores collectores mutilarunt, auxerunt et plane mutarunt. Alteram eius Anthologiae quaſi partem, quae puerorum amores caneret, nomine prioris domini eiurato, poſtea *Strato* auxit. Meleagrum imitatus eſt *Philippus Theſſalonicenſis*, quem Vauaſſor temporis Caeſaris et Auguſti vixiſſe putat. *Brunck* vero CL circiter an. poſt illum alteram *Coronam* ex poetis, qui poſt Meleagrum cecinerunt, texuiſſe ſcribit; Reiskius contra aetati Adriani Auguſti adſerit illum. Idem Reiskius Stratonem, qui minorem Meleagri anthologiam auxit, ad Seueri Auguſti aetatem tertio ſaeculo poſt C. N. refert. Stratonem tamen Meleagro eſſe antiquiorem, coniicit *Schneiderus* in periculo mox laudando pag. 45 ſq. et 109, ſed mutaſſe videtur ſententiam pag. 130, tum aetas illius caderet in tempora Hadriani imperatoris, quoniam Capitonem Medicum, qui ἔκδοσιν ſuam Hippocratis Hadriano probauerat, perſtrinxit. Hunc excepit *Agathias* Myrinaeus patria, Iuſtiniano imperatori aequalis, qui nouorum poetarum carmina collegit, omnia-

*) Alii tamen aliter annos vitae illius definiunt. *Meleagri* reliquias ſeparatim ediderunt (*Meinecke*) e recenſione Brunckii et cum commentario, Lipſiae 1789. 8. et *I. G. F. Manſo* cum lectionis varietate, verſione metrica et commentario perpetuo. Ienae mai. 8. 1789.

omniaque in meliorem redegit ordinem. Eum mirifice laudat Reiskius: confer tamen *Brunck* in praef. ad Analecta pag II. et III. Accessit *Constantinus Cephalas*, saeculi decimi homo, nouae Anthologiae auctor, qui ex Meleagri et Philippi Coronis non pauca; at ex Agathiae collectione multo plura transtulit in suam Anthologiam, v. *Brunck* l. m. Denique *Maximus Planudes*, Monachus Constantinopolitanus, saeculo XIV. veterum Anthologiarum fragmina collegit, et Cephalae collectionem interpolauit, sed ita, vt eruditiori posteritati haud satisfaceret: exsecuit enim veterem Anthologiam, pudendis, quae sibi viderentur, carminibus multando. *Vauassorem* quidem inuenit caussae suae patronum: at *Brunck* p. IV. sqq. iure culpat istius consilium et delectum.

De MSto Anthologiae Salmasiano in bibliotheca regia Paris agunt *Boiuin* in Memoir. de l' Acad. des Inscript. T. II. et *Brunck* in praef. p. VIII. sqq.

Inter msstos codd Vffenbachian. fuit cod. chartaceus in 4. epigrammatum graecorum DCL. (adnumerata Silentiarii ἐκφράσει et Musuri poemate,) collectionem comprehendens, quorum pleraque typis excusa nondum sunt: quem codicem diligenter descripsit nec pauca, quae nondum innotuerunt, specimina s. epigrammata, exhibuit, addita interpretatione, *I. Henr. Maius* in bibliotheca Vffenbachiana MSSta. part. II. p. 574—585. Exemplum inde sumsit sibi *Steinheilius*, quod in manibus habui. Exemplum quoque est in bibl. acad. Giessensi, atque collationem cum edit. Brunckiana, lectionesque varias accepimus in noua biblioth. philol. et critica, Gotting. 1783. vol. I. fascic.

fascic. I. pag. 91. sqq. et fascic. II. pag. 193 sqq. Romae quoque est apographum celebre Holstenii, quod ex apographo Salmasiano Parisiis primum is descripserat, deinde Romae cum ipso codice Palatino, in bibliothecam Vaticanam translato, contulerat, multis inde mutatis. Sed de hoc aliisque rebus huc pertinentibus plura ad libr. III. cap. 28. B. Gr. Fabric. differendi commodior erit occasio locusque.

Anthologiae epigrammatum Graecorum Planudeae editiones memorabiles sunt: Princeps *Iani Lascaris*, Rindaceni, litteris graecis capitalibus, Florent. 1494. 4. *) porro *Aldina* Venet. 1503. Florent. apud her. Phil. Iuntae 1519. 8. tum 1521. 8. et cum nonnullis recens inuentis, apud Aldi liberos 1550. 8. cum notis eruditis *I. Brodaei*, Turonensis, Basil. 1549. fol. *Henrici Stephani* editio elegans et prioribus emendatior, auctior pluribus epigrammatis, cum II. indicibus et H. Stephani castigationibus 1566. 4. cum versione prosaica *Eilhardi Lubini* in corpore poetarum graecorum Tragicorum etc. Geneuae s. Coloniae Allobr. 1614. fol. et separatim apud Commel. 1604. 4.

In Graecorum epigrammatum libros quatuor (I. II. III. et VII.) annotationes longe doctissimae iam primum in lucem editae Vincentio Obsopoeo autore, Basileae 1540. 8. (Obsopoeus ipse dedicationem scripsit Onolzpachii mense Aprili 1539.) Huius vero animaduersiones repetitae sunt in Collectione Wecheliana 1600. in fol. quae hactenus

*) conf. *Bandini* Catal. Bibl. Laur. Medic. vol. II. pag. 105 sqq.

nus optima fuit: Stephaniana autem eſt textus baſis. Fuerunt etiam, qui vel ſingulares libros vel quaedam epigrammata ex ſuperioribus publicarent; quos Fabricius loco mem. iam indicauit; ego tantum addo: *Anthologiae ſeu Epigrammatum Graecorum liber vnus in vſum ſcholarum hoc modo ſeorſim excuſus*, Colon. Agripp. 1598. 8. graece.

Petri Dan. Huetii notae in Antholog. epigr. graecorum exſtant in collectione illius carminum latinorum et graecorum a Graeuio 1700. in 12. curata.

Conſtantini Cephalae Anthologiam quidam docti e latebris in lucem producere et illuſtrare ſtuduerunt.

Ioannes Ienſius edidit Lucubrationes Heſychianas: obſeruata in ſtylo Homeri: vetera epigrammata pro anecdotis prodeuntia, Roterod. 1742. 8. confer noua miſcell. Lipſienſ. Vol. IV. Part. I. et III. et noua acta erudit. 1750. no. X.

Inprimis celebrandi ſunt *Anthologiae Graecae a Conſtantino Cephala conditae libri III. duo nunc primum, tertius poſt Ienſium iterum editi*, cum latina interpretatione, commentariis et notitia poetarum, (edit. *I. Iac. Reiske.*) Lipſiae 1754. 8. Paullo ante idem in Miſcellaneis Lips. quaedam inedita publicarat, et reliquos libros nono nouorum miſcellan. Lipſienſ. inſeruit. Multa dedit, quae deeſſent in Planudea collectione. Notitia poetarum anthologicorum eſt ſummo ſtudio confecta: et Ienſiana, mire corrupta, Reiskii diligentia et criſi, quae interdum ſeuera et audax eſt, comtiora atque emendatiora in lucem iterum prodierunt. Parui tamen illam editionem facit Brunck p. 28.

Io.

Io. Gottl. Schneider ſcripſit Periculum criticum in Anthologiam Conſtantini Cephalae cum editam, tum ineditam. Accedunt emendationes in Ariſtotelem et Antigonum Caryſtium, Lipſiae 1772. 8.

Stratonis aliorumque veterum poetarum graecorum epigrammata nunc primum a *Chriſt. Adolpho Klozio*, edita ſunt Altenb. 1764. 8. cum praefatione hiſtorica.

Multi viri docti hinc inde quaedam vel ediderunt primum vel illuſtrarunt Epigrammata, e. g. *Toup* in Specimine critico: idem et *Warton* in huius editione Theocriti; *Ruhnken* in epiſtola I. critica. *Klotz* in lectionibus Venuſinis et in animaduerſſ. ad Tyrtaeum; *Zeune* in Animadu. ad Anacreontem; *Bandinus* in Catalogo bibliothecae Laurentianae; *Salmaſius*, de cuius conſilio edendae Anthologiae v. Fabricium l. m. *Pierſonius*, *Waſſe* in Obſ. belgic. miſcell. *Dorville*, *Küſterus* ad Suidam, *I. Chſti. Wolf* in edd. Sapphus et poetriarum graecar. *Goenſius* aliique.

Omnia tamen graeca epigrammata, integra et emendata, et Anthologiam adhuc ineditam, quam Salmaſius ex codice Heidelbergenſi olim deſcripſerat, vndeque varia, et, vt fieri ſolet, corrupta apographa facta ſunt, ex ſchedis Buherianis et aliunde ſumtam edidit, emendauit, et Theocriti, Bionis, Moſchi Bucolica variaque Idyllia, Anacreontis et aliorum quorumdam Lyrica, item Callimachi, Cleanthis et Procli Hymnos, fragmentaque aliorum aliquot poetarum, quorum integra carmina in Meleagri collectione olim lecta fuiſſe certum eſſet, adiunxit notisque maximam partem criticis,

criticis, licet paucis, at eruditis, instruxit, *Rich. Frid. Phil. Brunck*, homo graece doctissimus et criticus sagacissimus, interdum tamen audacior, qui sumtu suo Collectionem typis nitidis curate et diligenter describi fecit atque inscripsit:

Analecta veterum poetarum Graecorum, Argentorati, graece III. Vol. 8. 1772 — 1776. Primo Vol. praefixus est index poetarum, quorum carmina aut fragmenta in haec Analecta relata sunt.

Sepulcralia carmina ex Anthologia M. S. graecorum epigrammatum delecta cum versione latina et notis. Accedunt ad graecas Muratorii inscriptiones, in Miscellaneis Lipsiensibus T. I. part. III. explicatas, curae secundae et nouae emendationes, (Io. Henr. Leich.) Lipsiae 1745. mai. 4.

In praefatione breuiter, at docte differit de anthologia graeca eiusque fatis.

Gaetano Carcani Anthologiam graecam in linguam italicam metrice vertit Neapoli in VI. voll. 4. Quatuor voll. (quorum duo priora lucem iam adspexerunt 1788.) Anthologiam Planudis; duo autem Anthologiam Constantini Cephalae comprehendent. Inscriptio est:

Ἀνθολογιας διαφορων ἐπιγραμματων εἰς ἑπτα βιβλια διῃρημενης το πρωτον. In aduersa pagina: *Raccolta di vari Epigrammi divisa in sette libri. Lib. I.* ex regia typographia. Neapol. 1788. imper. 4. et part. II. Splendidum opus, quod vero valde culpatur in ephemer. litter. Gotting 1789. plag. 117.

Abb. *Fontani*, bibliothecae Riccardianae Florent. praefectus supplementa promisit, et fere 900. inedita reperisse dicitur.

Chardon de la Rochette graecam Anthologiae editionem parare fertur.

Kleine Anthologie. Aus den Brunkischen Analekten gesammlet, und zum Behuf der Schulen herausgegeben. Duisburg. 1789. 8.

Herder in *zerstreuten Blättern*, 1 Sammlung, Gothae 1785 8. nr. I. dedit florilegium ex graeca anthologia germanice versum, et de carminibus aut poematiis anthologiae gr. atque de epigrammate graeco n. 2. disseruit; illius dedit historiam negatque, collectionem epigrammatum eo sensu esse, quo hodie epigramma definitur. Idem naturam atque ingenium eiusmodi graeci poematii inuestigat.

Sed satis de his. Ad alias progredior collectiones.

Antonium Liberalem, Phlegontem Trallianum, Apollonium et Antigonum etc. e cod. primus edidit *Xylander*, Basileae 1568. de cuius et sequenti editione vide *Verheyk* ad editionem suam Antonini Liberalis. Lugd. Bat. 1774. 8.

Historiae poeticae scriptores antiqui etc. gr. et lat. cum notis, Paris 1675. 8. editor est *Thomas Gale.*

Opuscula mythologica, physica et ethica, graece et latine: cum notis et variis lectionibus, opera *Thomae Gale*, Cantabrig. 1671. et Amstel. 1688. 8. Tres hae editt. sunt oppido rarae.

Achillis Tatii, de Clitophontis et Leucippes amoribus, lib VIII. Longi Sophistae de Daphnidis et Chloes amoribus lib. IV. Parthenii Nicaeensis de amatoriis affectibus lib. I. iterum edita graece et latine. In bibliopolio Commeliano. 1606. 8.

Editores

Editores Iuda et. Nicolaum Bonnuiti epiſtolam dedicatoriam ad Ianum Gruterum ſcripſerunt 1601. prid. Kal. April.

Scriptores phyſiognomiae veteres ex recenſione Camilli Peruſci et Frid. Sylburgii, gr. et lat. recenſuit, animaduerſiones Sylburgii et Dan. Guil. Trilleri in Melampodem emendationes addidit ſuasque adſperſit notas. Io. Georg. Frider. Franzius. Altenburgi 1780. 8. Quatuor illi ſcriptores ſunt Ariſtoteles, Polemo, Adamantius et Melampus. Tres poſteriores graece primum prodierunt Romae 1548. 4. quos Sylburg tom. V. operum Ariſtotelis adiunxit. De ſingulis disputat Franz. in praefatione. De cod. *Adamantii* v. Iriarte MSS. gr. Matrit. pag. 268. ſqq. pag. 342. adde *Schneideri* periculum criticum in Antholog. Conſtant. Cephalae pag. 136 — 138. 141.

Epicteti — Encheiridion, item Cebetis Thebani tabula, — acceſſere Simplicii in eumdem Epicteti libellum doctiſſima ſcholia, Arriani commentariorum de Epicteti disputationibus libri quatuor. (gr. et lat.) *item nonnulla alia eiusdem argumenti in ſtudioſorum gratiam. Omnia Hieronymo Wolfio interprete cum eiusdem annotationibus* et indice. Coloniae in officina Birkmannica, ſumtibus Arnoldi Mylii 1595. 8.

Geoponicorum ſiue de re ruſtica libri XX. Caſſiano Baſſo, ſcholaſtico, collectore, antea Conſtantino Porphyrogenneto a quibusdam adſcripti. Graece et lat. poſt Petri Needhami curas ad MSS. fidem denuo recenſi et illuſtrati ab I. Nic. Niclas. Lipſiae. 1781. II. voll. 8.

Aldus graecos grammaticos coniunctim edidit in *Thesauro, Cornu copiae et hortis Adonidis*, graece, Venet. 1496. fol. idem *Rhetoras graecos* Aphthonium, Hermogenem, Aristotelem, Dionysium Halicarn. Demetrium Phalareum et alios, Venetiis 1508. fol.

Excerpta varia Graecorum Sophistarum ac Rhetorum, Heracliti, Libanii Antiocheni, Nicephori Basilacae, Seueri Alexandrini, Adriani Tyrii, Isaaci Porphyrogennetae, Theodori Cynopolitae et aliorum. Ex primo tomo nondum edito Variorum antiquorum Leonis Allatii. Nunc primum ab eodem Allatio vulgata et latine reddita. Romae 1641. 8. conf. *Baumgartenii* Nachricht von merkwürdigen Büchern vol. III. p. 344.

Rhetores selecti. Demetrius Phalereus, Tiberius Rhetor, Anonymus Sophista, Seuerus Alexandrinus. Graece et latine. Oxonii 1676. 8. cum notis *Thom. Gale.*

Illos iterum edidit, varietatemque lectionis Aldinae adiecit *Io. Frid. Fischerus*, Lipsiae 1773. 8. in Praefatione docte agitur de singulis.

Rhetores gr. III. Alexander, Phoebammon et Minucianus gr. et lat. per *Laur. Normannum* Vpsal. 1690. 8.

Orationes horum Rhetorum, Aeschinis, Lysiae, Alcidamantis, Antisthenis, Demadis, Andocidis, Isaei, Dinarchi, Antiphontis, Lycurgi, Gorgiae, Lesbonactis, Herodis, Venetiis apud Aldum 1513. fol.

Oratorum Graeciae praestantissimorum Antiphontis, Andocidis et Isaei orationes XXX. graece et latine, Hanouiae typis Wechelianis, 1619. 8.

Orationes

Orationes politicae Dinarchi, *Lesbonactis*, *Lycurgi*, *Herodis*, *Demadis*, *graece et latine*, *ibidem*, *eodem anno.*

Oratorum Graecorum monumenta cum aliorum ſuisque animaduerſionibus edidit *Io. Iacob Reiske*, Lipſiae 1770. et ſqq. 12. Vol. 8. Continentur Demoſthenes, Aeſchines, Lyſias et reliqui minores oratores.

Epiſtolarum diuerſorum collectiones editae ſunt ab Aldo, Venet. 1499. 4. tum Aureliae Allobrogum 1606. fol. (nil differt ab Aldina ed.) et per Eilhardum Lubinum apud Commelin. 1609. 4.

Socratis, *Antiſthenis et Socraticorum epiſt. graece et lat. cum commentariis Leon. Allatii*, Paris 1637. 4. (ed. rara.)

Τύποι ἐπιστολῶν Θεοφίλου Κορυδαλέως ἤτε περὶ ῥητορικῆς. αὐτοῦ ἔκθεσις μετὰ τῶν κατὰ μέρος αὐτοῦ ἐπιστολῶν τῶν τε μεταγενεστέρων ἑλλήνων, ὡς καὶ πρὶν καὶ τινῶν τῶν ἐπισήμων παλαιοτέρων νῦν προθεθεισῶν εὐχερείας χάριν τῶν Φιλοπουδαίων etc. Venetiis. 1786. 8.

Aſtronomica veterum graecorum et latinorum, Arati, Procli etc. lucem adſpexerunt Venetiis cura *Aldi*, *) 1499. fol. et in officina Sanctandreana 1589. 8. conf. *Munckeri* praef. ad mythographos latinos.

Dionyſius Petauius edidit *Vranologion*, ſiue ſyſtema variorum authorum, qui de ſphaera ac ſideribus

*) v. cl. *Io. Ephr. Scheibels* Aſtronomiſche Bibliographie, ſect. I. Breslau. 1784. 8. pag. 44. ſqq. in quo vtiliſſimo lib. plures eiusmodi collectiones enumerantur.

ſideribus eorumque motibus graece commentati ſunt, graece et lat. Lutet. Paris 1630. fol. conf. *Niceronii* memor. virorum doctor. ex interpr. germ. Baumgartenii, tom. I. pag. 169 ſqq.

Sphaericae doctrinae propoſitiones graecae et latinae nunc primum per M. Cunradum Daſypodium in lucem editae, Argentorati 1572. 8.

Sphaerae atque aſtrorum coeleſtium ratio, natura et motus: ad totius mundi fabricationis cognitionem fundamenta, 1536. *Valderus* in 4. mai. paginae vero more lib. in folio ſignantur. Continentur in hoc volumine Iacob. Zieglerus Landauus de ſolidae ſphaerae conſtructione; Proclus Diadochus Lycius de ſphaera ſiue globo coeleſti, ſcholiis eiusdem Ziegleri explicatus, de canonica per ſphaeram operatione; Hemicyclium Beroſi, Aratus Solenſis de ſiderum natura et motu, ſimul in eundem cum commentariis Theonis Alexandrini philoſophi; Planiſphaerium C. Ptolemaei et Iordani.

Procli de ſphaera lib. I. Cleomedis de mundo, ſiue circularis inſpectionis meteororum libri II. Arati Solenſis phaenomena ſiue Apparentia, Dionyſii Afri deſcriptio orbis habitabilis. Omnia graece et latine ita coniuncta, vt conferri ab vtriusque linguae ſtudioſis poſſint. Adiectis doctorum virorum annotationibus. — (edente Marco Hoppero.) Baſileae per Henr. Petri 1561. 8. — repetit. ſed vitioſe, ibid per eumdem. 1585.

C. Iul. Hygini Auguſti Liberti fabularum liber — antehac numquam excuſus: *eiusdem* poeticon aſtronomicon libri quatuor, quibus acceſſerunt ſimilis argumenti, *Palaephati de fabuloſis norrationibus*

bus liber I. F. Fulgentii Placiadis — Mythol. libri III. eiusdem de vocum antiquarum interpretatione lib. I. Arati φαινομένων fragmentum, Germanico Caesare interprete. Eiusdem Phaenomena graece, cum interpretatione latina. Procli de Sphaera libellus gr. et lat. Index. — (curante Iac. Micyllo.) Basil. apud Ioan. Herwag. 1535. fol.

Meo exemplo adiunctus est *Ioannis Stoefleri Iustingensis — in Procli Diadochi — Sphaeram mundi — commentarius* — cum praefatione *Luctonichi Schradini.)* Tubingae ex aedibus Morhardinis. 1534. fol.

Mathematicorum veterum, Aethenaei, Apollodori, Philonis, Bitonis, Heronis et aliorum opera. gr. et lat. pleraque nunc primum edita ex Msstis codd. bibl. regiae. Paris, ex typogr. reg. 1693. fol.

Antiquae Musicae auctores septem. Graece et latine *Marcus Meibomius* restituit ac notis explicuit, Vol. I. II. Amstelod. 1652. 4.

Medicae artis principes post Hippocratem et Galenum. Graeci latinitate donati Henr. Stephanus 1567. fol. 2. voll. conf. Fabricii Biblioth. graecam, Libr. VI. cap. 7.

Principum omnium medicorum, at in linguam tantum latinam translatorum, qui Romani non fuerunt, editionem curauit aut adiuuit *Hallerus*, Lausannae.

Medicinae veterinariae lib. II. lat. ex interpretat. *Io. Ruellii*, Suessionensis Paris. apud Sim. Colinaeum 1530 fol. — Basil. 1537. 4.

Medici antiqui graeci, Aretaeus, Palladius, Rufus, Theophilus. lat. ex interpr. Iun. Paul. Crassi et ex edit. Celsi Crassi. Acc. Stephanus Atheniens.

et I. P. Craſſi quaeſtiones medicae et naturales. Baſil. 1581. 4.

Rei accipitrariae ſcriptores acc. liber de cura canum. gr. et lat. (cura et ſtudio *Nic. Rigaltii.*) Lutet. 1612. 4. v. *Fabricii* B. Gr. vol. I. pag. 211. ſqq.

Graecorum libri chirurgici, ed. *Anton. Cocchio* Florent 1745. fol.

Veterum quorundam bonorum ſcriptorum libri et reliquiae ſingulares de materia et re medica, quos ipſos poſt Aldum G. Eberh. Schreinerum etc. diligenter collatis inuicem MS. et exemplaribus coniunctim edidit *Andr. Riuinus*, Lipſiae 1654. 8.

Geographica Marciani Heracleotae, Scylacis Caryandenſis, Artemidori Epheſii, Dicaearchi Meſſenii, Iſidori Characeni. Omnia nunc primum praeter Dicaearchi illa a Dau. Hoeſchelio e MSS. codd. edita. Graece. Auguſtae Vindel 1600. 8.

Geographiae veteris ſcriptores Graeci minores: cum interpretatione latina, diſſertatt. et annotatt. Oxoniae Vol. I. 1698. II. 1703. III. et IIII. 1712. 8. editore *Hudſonio.* conf. Fabricii bibl. gr. Libr. VI. c. 10. No. XLII.

Geographica antiqua, hoc eſt, Scylacis Periplus maris mediterranei; Anonymi Periplus Moeotidis paludis et Ponti Euxini. Agathemeri Hypotypoſis geographiae. Omnia graeco-latina. Anonymi expoſitio totius mundi latina, cum notis Iſaaci Voſſii, Iac. Palmerii, S. Tennulii et emendationibus *Iac. Gronouii*: cuius accedit animaduerſio in Oxonienſem editionem et examen diſſertationis de aetate Scylacis cum fragmento *Ephori*, Lugd. Bat. 1700. 4.

Hiſtoria

Historia antiqua, h. e. Manethonis Aegyptii liber de regibus Aegyptiorum, Xenophon de aequiuocis etc. ex bibliopolio Commel. 1599. 8.

Ex Memnone et aliis excerptae historiae, de Tyrannis Heracleae Ponticae. Ex Ctesia et Agatharchide excerpta historiae etc. graece et latine. Henr. Stephan. 1557. et 1593. 8.

Agatharchidis et Memnonis historicorum, quae supersunt, omnia, e Graeco iam recens in latinum traducta, per Rich. Bretum, Oxonienſem, Oxoniae 1597. 8.

Historiae Byzantinae ſcriptores gr. et lat. Hoc corpus ſplendidum vereque regium primum prodiit Paris 1647 — 1688. voll. XXV. fol. quibus addi debent duo oppido rara volumina *Georgius Pachymeres* a *Petro* Poſſino, gr. et lat. typis Barberin. Romae. 1666 — 1669. ſingula Paris. edit. volum. enumerata ſunt cum nouis acceſſionibus, quae ſunt in repetita Corporis Byzantini edit. Veneta, 1729. tom. 23. et alibi typis excuſae, in bibliotheca Pinelliana vol. II. pag. 39. ſqq. Ibi quoque iam memoratur.

Historiae Byzantinae noua appendix, Opera Georgii Piſidae, Theodoſii Diaconi et Corippi Africani complectens, a Petro Franc. Fogginio, gr. et lat. Romae. 1777. fol.

conf. *Martin. Hanckius* de byzantinarum rerum ſcriptoribus graecis. Lipſiae 1677. 4. *Caroli du Fresne Dom. du Cange* Hiſtoria Byzantina duplici commentario illuſtrata. Paris. 1680. fol. — *Memoriae populorum, olim ad Danubium, pontum Euxinum, paludem maeotidem, Caucaſum, mare caspium et inde magis ad ſeptemtriones incolentium, e ſcripto-*

e scriptoribus historiae byzantinae erutae et digestae a Ioanne Gotthilf Strittero. — tom. I. — Petropoli. 1771. 4. etc. In *Baumgartenii* Nachrichten von einer hallischen bibliothek. vol. V. pag. 398-470. editio Veneta scriptorum Byzantinorum curate describitur, ideoque de auctoribus ipsis, et qui singuli gr. auctores in singulis voluminibus comprehenduntur, tum qui antea iam editi fuerunt, quid in vtraque editione tum Parisiensi tum Veneta ab editoribus praestitum sit, de aliisque rebus copiose agitur. — De versionibus et editionibus prioribus quorumdam scriptorum Byzantinorum latinis, multus est *Freytag* in adparatu litterario, tom. I. pag. 318. sqq.

Apophthegmata graeca regum et ducum, philosophorum item, aliorumque quorundam: ex Plutarcho et Diogene Laertio. cum latina interpret. Loci aliquot in graeco contextu emendati fuerunt. — 1568. 12. Excud. H. Stephanus.

Familiarium colloquiorum formulae: gr. et lat. Cebetis philosophi Thebani dialogus, qui πίναξ inscribitur, cum latina interpretatione. Reliqua sequens pagella indicabit. Antwerpiae in aedibus Io. Streelii 1547. 8.

Continentur in hoc libro Familiarium colloquiorum s. quotidiani colloquii formulae. Cebetis dialogus: de moribus puellae institutio ex Naumachiae fragmentis: de natura mulierum ex Phocylide: exhortatio ad prudentiam et spem ex Lini fragmentis: Hippocratis iusiurandum. Agapetus diaconus de officio regis ad Iustinianum Caesarem: Homeri ranarum ac murium pugna: Γαλεομυομαχία h. e. felium ac murium pugna, tragoedia

goedia graeca: omnia haec e regione latinam interpretationem habent. Tum Elisii Calentii Amphratensis de bello ranarum et murium libri III. Andreae Guarnae Salernitani bellum grammaticale. Ex altero tomo, qui continet varias historias veteris ac recentioris aeui, (1548.) videmus, collectorem fuisse *Ioannem Gastium*, Brisacensem.

Vita et fabellae Aesopi cum interpretatione latina — Gabriae fabellae tres et quadraginta ex trimetris iambis praeter vltimam ex Scazonte. cum latina interpretatione. — Phurnutus, seu vt alii, Curnutus de natura deorum: Palaephatus de non credendis historiis: Heraclides Ponticus de allegoriis apud Homerum. Ori Apollinis Niliaci hieroglyphica: Collectio prouerbiorum Tarrhaei et Didymi: — Ex Aphthonii exercitamentis de fabula: tum de formicis et cicadis gr. et lat. de fabula ex imaginibus Philostrati gr. et lat. Ex Hermogenis exercitamentis de fabula, Prisciano interprete: Apologus Aesopi de Cassita apud Gellium. Aldus. fol.

In calce: *Venetiis apud Aldum mense Octobri. M. D. V.* (1505.)

Adagia s. prouerbia Graecorum ex Zenobio s. Zenodoto, Diogeniano et Suidae collectaneis, partim edita nunc primum, partim latine reddita, scholiisque parallelis illustrata, ab Andrea Schotto. Antwerpiae, ex offic. Plantin 1612. 4.

Prouerbiales Graecorum versus gr. et lat. per *Ios. Scaligerum.* Lutet. 1594. 8.

Fabulae variorum auctorum, opera *Is. Nic. Niueleti*, Francf. 1660. 8.

Denique memorabimus, (omnes enim recensere, ab instituto nostro est alienum) quasdam collectiones recentiores.

Deliciae Eruditorum, ſeu veterum ἀνεκδότων opuſculorum collectanea. Io. Lamius collegit, illuſtrauit, edidit Florentiae Tom. I—XVI. 1736.—1749. cuius collectionis hiſtoriam et ſummam leges in vita *Lamii*, in Beyträgen zur Hiſtorie der Gelahrheit, Part. I. Hamburg. 1748.

Nouae eruditorum deliciae. — Collectanea. Franciſcus Fontani, bibl. Riccardianae. Florent. praefectus, *collegit, illuſtrauit, edidit.* tom. I. 1785. 8. tom. II. 1788. 8. conf. grauem cenſuram in Allgem. Litterat. Zeitung. 1790. m. Nou. pag. 489. ſqq.

Anecdota litteraria e MSS. codd. eruta. Romae 1789. IV. voll. 8.

De collectionibus ſcriptorum eccleſiaſticorum, canonum Apoſtol. etc. infra in vltima ſectione diſſeremus.

Anecdota graeca ſacra et profana, ex codicibus manu exaratis, nunc primum in lucem edita, verſione latina donata, et notis illuſtrata a Io. Chriſtoph. Wolfio, Hamburg. IIII. Vol. 1722 — 1724. Praeter Photii, Gregorii Nyſſeni fragmenta, et excerpta ex Catena MS. ac Damaſcio de principiis reperiuntur collationes et variae lectiones aut emendationes quatuor euangeliorum N. T. Nyſſeni, in Heſychii lexicon, Synodici Beueregiani, Libanii quaedam epiſtolae et Plutarchi fragmentum pro nobilitate hucusque inedita.

Iſocratis, Demetrii Cydone et Michaelis Glycae aliquot epiſtolae, nec non Dionis Chryſoſtomi orat. περὶ ἀσκήσεως, partim ex codice Helmſtad. partim ex codd. Moſquenſibus edidit, et animaduerſiones adiecit C. F. Mathaei Vniu. Caeſ. Moſquenſis Prof. (in

(in praes. Profeſſ. Wittebergens.) 1776. 8. Iſocr. V. L. ex cod. Helmſt. accepit a Reiske et cum edd. Aldina reliquisque contulit, epiſtolam decimam Iſocr. a Schotto ex Italia adlatam, et ab Hoeſchelio Animad ad Photii biblioth. p. 942. inſertam atque a Koehlero Witteb. 1706. ſeparatim editam et illuſtratam, cum horum notis, additis V. L. recepit. Textus omnium Iſocratis epiſtol. eſt ſecund. ed. Aldinam et cod. Helmſtad. typis expreſſus. Demetrii et Glycae epiſt. ex codd. eruit. Dionis orationi a Morellio olim editae, adiecit V. L. ex cod. quodam.

His adiungimus collectiones quasdam particularum ex optimis ſcriptoribus in vſum potiſſimum ſcholarum iunctim editarum: illis tamen praetermiſſis, quas *Gesnerus* in praefatione ad Heinzii Chreſtomathiam poeticam et *Eyringius* ad Chreſtomathiam ſuam tragicam Gottingae 1762. 8. iam memorarunt, recentiores quasdam indicare ſufficiat: nec vero, quum copia illarum in dies creſcat, omnes enumerari poſſunt.

Τȣ Ἑλληνισμȣ γυμνασια προς την διδακτικην. Κοθηνησι των Ανα λτινων α χ́ κ́. (Cöthen. 1620. 8.) gr. cum indice vocc. difficilium graeco — germanico.

Inſunt Cebetis tabula, Agapetus, Hercules Prodici, Iſocrates ad Demonicum, Luciani ſomnium, Epicteti enchirid. Bruti et Apollonii epiſtolae.

Chreſtomathia patriſtica graeca, ſiue loci illuſtres ex antiquiſſimis graecis ſelecti, ac noua verſione latina ſcholiisque latinis per ſchediasmata quaedam in vſum iuuentutis gymnaſticae adornata (a Io. Chriſt. Schindeli)

Schindeli) *cum praefat. Io. Frid. Burgii*, eccl. ac ſchol. Vratislau. A. C. Inſpector. Vratislau. faſc. I. 1739. 8. faſcic. II. 1742. faſcic. III. 1743. 8.

Particulae depromtae ſunt ex Iuſtino Martyre, Irenaeo, Clemente Alexandrino, Origene, Gregorio Thaumaturgo, Euſebii H. eccles.

Io. Math. Gesneri Chreſtomathia graeca Lipſiae 1731. 8. ſaepius repetita eſt, et adhuc in multis ſcholis recepta. Chreſtomathiam graecam poeticam edidi et illuſtraui primum Coburgi 1768. 8. dein, ordine et titulo mutato, multisque adceſſionibus factis inſcripſi: *Anthologia graeca poetica*, Norib. 1775. 8. Partem, quae quondam altera Chreſtomathiae fuit, Ariſtophanis Plutum cum integris notis Bergleri et Dukeri, atque Hemſterhuſii aliorumque ſelectis ſeparatim et auctius edidi, adiuncto Colutho de raptu Helenae, Norimbergae 1776. 8. — *Anthologiam graecam proſaicam gr.* cum not. et indice edidi. Noribergae. 1781. 8.

Chreſtomathia graeca; in uſum lectionum adornauit *M. Chriſtian. Godofr. Schütz*, III. part. Halae 1772. ſqq. 8.

Chreſtomathia poetica graeco-latina: edidit *Dau. Chriſtoph. Seybold.* Lemgou. 1775. 8.

Chreſtomathia graeca, ſeu delectus ex aliquot ſcriptoribus graecis in uſum Gymnaſiorum Vniuerſitatis Mosquenſis, collegit et animaduerſionibus illuſtrauit *Chriſtian. Frid. Matthaei*, Gymnaſ. Rector. Accedit ſpecimen lexici inediti ex codd. MSS. Moſcou. 1773. 8. Ex Demophilo, Epicteto, Palaephato, Luciano et Aeliano excerpſit particulas, notisque inſtruxit criticis.

Eclogae

Eclogae, siue chrestomathia graeca in vsum tironum illustrata a *Frid. Andr. Strothio*, Gymnasii Quedlinb. rectore. Quedlinb. 1776. 8.

Noua Chrestomathia Tragica graeco - latina, edita a *Io. Car. Volborth*, Gottingae 1776. 8.

Fr. Wilh. Ion. Dillenius Platonianische Chrestomathie, griegisch vnd deutsch, mit critischen vnd philologischen Anmerkungen. Ein Lesebuch für Iünglinge. Winterthur. 1782. 8.

Griechische Blumenlese, oder kleine Sammlung vorzüglicher Stellen aus den griechischen Schriftstellern. Ein Lehr- vnd Lesebuch — von Io. Frider. Facius, (Prof. Coburg) Nurnberg. 1783. 8.

Erstes Vorbereitungsbuch der griechischen Sprache, nebst kurzen Nachrichten von dem Leben einiger griechischen Schriftsteller von M. Io. Heinr. Martin Ernesti, (Prof. Coburg.) Altenburg 1784. 8.

Reitz quoque, Gedicke, Koeppen, Lindner, Kaltwasser etc. florilegia s. chrestomathias gr. ediderunt.

Denique antequam vitas Scriptorum exponere incipio, paucis moneo, me versiones raro laudaturum esse, quoniam in hoc argumento iam nonnulli diligenter versati sunt, e. gr. *Schummel* in Veebersezer - Bibliothek, Witteb. et Zeruestiae 1774. 8. (Schlüter) vollständige Sammlung aller Veebersetzungen der Griechen vnd Römer vom 16ten Iahrhundert bis auf das Iahr 1784. Francf. v. Leipzig. 8. *Iac. Maria Paitoni* in Biblioteca degli autori antichi Greci e Latini volgarizzati, che abbracia la notizia delle loro edizioni etc. Venet. V. Tom. 1766. et 1767. (conf. Gattereri histor. Biblioth. Vol. XI. p. 158. sqq.) et alii: tum cauendum est, ne libelli moles nimis crescat.

CAPVT



CAPVT I.

SECTIO I.

DE SCRIPTORIBVS ANTE HOMERVM.

§. 1.

Ante Homerum claruiſſe poetas haud ignobiles, et res ipſa ac poeſeos natura et antiquitas teſtatur. Scriptores vero, qui Homeri aetatem ſuperaſſe olim credebantur, aut quos ante illum vixiſſe certum eſt, copioſe recenſet *Fabricius* in bibliotheca graeca ab initio Vol. I. Nos vero eos indicabimus, quorum opera aut fragmenta, licet vel plane ficta, vel mire adulterata, ſaltem haud omnino genuina, hodie circumferuntur. Illa, autem aetas, vsque ad Homerum fuit infantia ac pueritia graecae linguae et philoſophiae.

§. 2.

SIBYLLA (HEBRAEA.)

1. A. orbis conditi circiter 1650. ante Chriſtum natum 2300. ſecundum Saxium.

2. Num

2. Num nomen proprium, nec ne? et vnde orta fuerit, cuius gentis et nationis ſit nomen, (vulgaris et antiquiſſima eſt opinio, voc *Sibylla* eſſe compoſitum ex vocc. σιός, dorice et aeolice pro ϑεὸς, et βουλὴ, atque ſignificare *dei voluntatem*,) quot ſibyllas numerauerit antiquitas, varie ſenſit et disputauit omnis aetas. Antiquiſſima, cui nomen fuiſſet *Sambethe*, dicitur Sibylla Ebraea vel Perſica. Notiſſima eſt *Sibylla Cumana*, ob oracula Tarquinio oblata conf. *Dorville* Sicula pag. 57. ſq. Sibyllas autem aeque ac oracula fuiſſe, contra antiquitatis fidem negari non poteſt.

3. At oracula, quae hodie ſub nomine illarum circumferuntur, ficta et multi ſerioris aeui eſſe, Fabricius aliique luculenter et adſatim demonſtrarunt. Collectio autem illorum conſtat VIII. libris.

4. *Sibylla Erythrea*: carmina de Chriſto Ieſu, exſtant in edit. Theocriti Aldina, Venet. 1495. fol. de hac et reliquis antiquioribus aeque ac recentioribus editionibus ac verſionibus copioſius diſſerui ad *Fabricii* B. Gr. vol. I. pag. 557. ſqq. — Princeps editio integri corporis oraculorum Sib. eſt, quam debemus *Xyſto Betuleio*, graece, ex cod. bibl. Auguſtanae Vindel. cum ſuis caſtigationibus, Baſil. apud Oporinum 1545. 8. et correctius 1555. 8.

Σιβυλλιακῶν χρησμῶν λόγοι ὀκτο. Sibyllinorum oraculorum libri VIII. addita *Seb. Caſtalionis* interpretatione latina, (quae prodiit Baſil. 1546. 8.) cum annotationibus *Xyſti Betuleii* in graeca Sibyllina oracula, et *Sebaſt. Caſtalionis* in translationem ſuam, Baſil. opera Io. Oporin. 1555. 8. Ex cod. MS. Marci Antimachi, et locis, quae apud pa-

tres quosdam ecclesiasticos reperta fuerunt, emendationes in textum receptae sunt, vel orae adscriptae. —

Sibyllina oracula ex vett. codd. aucta, renouata et notis illustrata a D. *Io. Opsopoeo*, cum interpretatione latina Sebast. Castalion. et indice, Paris 1589. et 1599. melior haec est editio, quam quae 1607. lucem vidit 8. Vsus est cod. regis Galliorum et alio P. Pithoei, tum addidit suis notas Castalionis, Turnebi, Ranconeti et Io. Aurati.

Plenissima est editio, licet suos habeat naeuos, quam parauit *Seruatius Gallaeus*, pastor sacri Walonici Harlemensis, qui Sibyllina carmina ex veteribus codicibus emendata ac restituta et commentariis diuersorum illustrata, gr. et latine edidit, Amstel. 1689. 4. vsus est antiquo codice. Habemus quoque germanicam Io. Chr. Nehringii interpretationem, Essen. 1702. 8. et Halae 1719. 8. in qua ii critici refelli dicuntur, qui carmina ista genuina habuissent.

5. *Elingius* in historia graecae linguae pag. 56. sq. putat, oracula Graecorum originem et incunabula sua habuisse in Gothorum terris: et pag. 68. de auctoritate illorum agit, conf. *Fabricii* biblioth. gr. Libr. I. cap. 29 — 33. pag. 288 sqq. plures excitantur, qui de Sibyllinis disputarunt. *Gallaei* exercitt. XXII. de Sibyllis earumque oraculis, Amstel. 1688. 4. *Petri Petiti* de Sibylla, libri tres, Lipsiae 1686. 8. *Brosses* de oraculo Dodonaeo. Mem. de l' acad. Paris. des Inscr. vol. 35. pag. 89 sqq.

Vnam

Vnam tantum, Erythraeam Sibyllam Graecis cognitam fuiſſe, oſtenſurus eſt, *Dauid Blondel* de Sibylles celebreés tant par l' antiquité payenne, que par les ſaincts peres, à Charenton 1649. et nouo titulo ornatus liber eſt, ib. 1652. (lib. rar.) Denique Memoires de Litterature T. XXIII.

6. Huc etiam referimus *Zoroaſtrem*, cuius hominis, (plures vero fuiſſe, iam veteres putarunt,) eiusque aetatis inquiſitio ingenium virorum doctorum valde exercuit. Secundum vero *Saxium* v. c. in Onomaſtico vixit Zoroaſter Perſomedes a. O. C. circiter 3484. Olymp. LXIV. 1. ante C. N. 519. A. vrbis c. 233. v. *Fabricii* biblioth. gr. Libr. I. c. 36. et quae ibi in noua edit. adſcripta ſunt p. 304 ſqq. *Hamberger* Zuverl. Nachrichten T. I. pag. 14 ſqq. *Brucker* in hiſtor. philoſ. Tom. I. pag. 116 ſqq. et p. 144. et in Appendice pag. 48. et pag. 59. *Henric. Vrſini* librum de Zoroaſtre, Hermete Trismegiſto et Sanchoniatone, Noribergae 1661. 8. *Anquetil.* libro Zend-Aueſta, Ouvrage de Zoroaſtre etc. (hominis multo recentioris) nuper germanice verſum. Memoramus tantum *Oracula Zoroaſtris*, ſiue potius *Zoroaſtrea*, oracula menti Zoroaſtris adcommodata, a Platonico quodam philoſopho probabiliter efficta. Duplex vero illorum collectio exſtat: minor verſibus LX. haud integris conſtans, quos cum ſcholiis graecis Gemiſti Plethonis edidit *Ludouicus Toletanus*, Paris 1538. 4. et inſcripſit Μαγικὰ λόγια τῶν ἀπὸ τȣ̃ Ζωροάϛρȣ Μάγων. v. ad Fabr. B. G. I. pag. 310. Poſtea ſtudio *Ioann. Opſopoei* cum ſcholiis Plethonis et Pſelli nunc primum editi e bibl. regia, Paris 1589. 1599. 1607. Repetita quo-

que ſunt in Opſopoei et Seruati Gallaei editt. Sibyllinorum Oraculorum, et in *Maittaire* Miſcellaneis graecorum aliquot ſcriptorum, Londini 1722. 4. Maior collectio eſt *Franciſci Patricii*, qui non ſolos ſexaginta; ſed trecentos viginti plus minus verſus Oraculorum congeſſit ex libris iuniorum Platonicorum, pro argumenti adfinitate coniunxit et in vndecim ſectiones diuiſit, graece et latine, cum disp. de Zoroaſtre in libro ſuo rariſſimo: Noua de vniuerſis philoſophia libris quinquaginta comprehenſa, Ferrarae 1591. fol. et Venet. 1593. fol. (conf. Baumgartenii Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth. tom. I. pag. 205 ſqq.) — gr. et latin. in *Stanleii* hiſtor. philos. a Godofr. Oleario latine verſa, cum Clerici notis, Lipſ. 1711. 4.

Libris in Fabr. B. G. I. pag. 315 ſq. excitatis addantur: *Herrn von Bock* über das Alterthum des von Anquetil du Perron überſetzten Zendaveſta des Zoroaſters. in Memoir. de la ſocieté des Antiquités de Caſſel. tom. I. Caſellis 1780. nr. 1. Loco fundamenti ponit temporis rationem a Bailly, qui 3507 annos ante C. N. definire voluit, adſumtam. — *Zendaveſta im Kleinen*, das iſt, *Ormuzd's Lichtgeſetz*, oder Wort des Lebens an Zoroaſter, dargeſtellt in einem weſentlichen Auszuge aus den Zendbüchern als Urkunden des alten Magiſch-Zoroaſtriſchen Religions-Syſtems, nebſt ganz neuen Abhandlungen und vollſtändigen Erläuterungen aller hier vorkommenden Sachen und Begriffen in III Theilen von *Ioh. Fried. Kleucker*. Rigae 1789. mai. 8. item *Orzmud's* lebendiges Wort an Zoroaſter, oder *Zend-Aveſta*

in

in einem Auszug, nebst einer Darstellung als Religionssystems der Parsen, von *Fried. Simon Eckard*, Pastor zu Rensefeld im Hochstift Lübeck. Greifswald. 1789. mai. 8. De vtroque libro v. censorem in Gotting. ephem. litterar. a. 1789. plag. 202. pag. 2034 - 2039. et plag. 206. pag. 2057 - 2060.

§. 3.

HERMES, TRISMEGISTVS s. THOTH.

1. Circiter A. M. 2544. ante C. N. 1459.

2. Aegyptiarum litterarum et multarum artium rerumque inuentor fuisse perhibetur. Apud Aegyptios autem duo fuisse dicuntur Hermetes. Antiquior, qui filius fuit Mizraim et litterarum parens habetur; iunior vero, regis Menis aut Osiridos amicus, doctrinarum et legum conditor ab Aegyptiis laudatus est: qui propter multas easque ciuitatibus vtiles inuentiones nomine *Trismegisti* insigniebatur. Sed quis fabulas certo explicabit? et vide sis, quae scripsi ad Fabr. B. Gr. I. pag. 46 sqq.

3. Permulta scripsisse dicitur: at non solum ea, quae hodie sub nomine illius circumferuntur, haud germana sunt; sed iam olim reliquorum sapientium et sacerdotum Aegyptiorum libri Hermeti adsignabantur. Qui hodie superesse, falso dicuntur libri, illi sunt 1) Poemander, s. de natura ortuque rerum: 2) Asclepius siue dialogus de deo, hominibus et rerum Vniuersitate. Latina tantum interpretatio, quae a nonnullis tribuitur

 Apuleio,

Apuleio, exſtat. *) 2) Iatromathematica. 4) Libri duo de reuolutionibus natiuitatum. 5) Aphorismi, ſeu centum ſententiae aſtrologicae. 6) Tractatus chemicus, ſiue capitula VII. de lapidis philoſophici ſecretis, opus Arabis cuiusdam longe recentioris.

4. Mercurii Triſmegiſti *Poemander* ſeu de poteſtate ac ſapientia diuina, quem *Marſilius Ficinus*, primum Taruiſii, 1471. 4. rec. Venet. 1481. tum Venetiis 1483. 4. dedit latine verſum, codicem ſequutus graecum; a Leonhardo Piſtorienſi Monacho ex Macedonia adlatum. Saepius deinceps prodiit. v. ad Fabr. B. Gr. I. p. 53. addatur: *Mercurii Triſmegiſti Pymander, de poteſtate et ſapientia dei. Eiusdem Aſclepius de voluntate dei. Opuſcula ſanctiſſimis myſteriis ac vere coeleſtibus oraculis illuſtriſſima. Iamblichus de miſteriis Aegyptiorum, Chaldaeorum et Aſſyriorum. Proclus in Platonicum Alcibiadem, de anima et daemone. Idem de ſacrificio et magia; quae omnia ſolerti cura repurgata, ac ſuo tandem candori reſtituta ſunt. Baſileae per Mich. Iſingrinium*, (qui praefatus eſt; cum inſigni, ſ. palma Bebelii,) *m. Aug.* 1532. 8. Haec igitur eſt prima horum libellorum collectio, quam aliae a me ad Fabricii B. Gr. I. pag. 53. et 54. memoratae, ſunt ſequutae. Graece autem vna cum Aſclepii, (quae aliás Hermeti etiam tribuuntur,) definitionibus ad Ammonem regem, primum edidit *Adr. Turnebus*, Paris 1554. 4. — graece et latine *Franciscus Fluſſates Candalla*,

*) Aſclepius Lucio Apuleio interprete, exſtat in Apuleii editione Aldina, 1521. 8. fol. 173 ſqq.

Candalla, Burdigalae 1574. 4. (ed. perquam rara;) — cum commentariis *Hannibalis Roſſelli* immanibus fere et ſaepe ineptis, (qui primum ſine textu graeco Cracouiae 1584 - 1590. fol. lucem adſpexerunt,) et textu graeco latinaque verſione ſecundum ed. Candallae, VI. Vol. Colon. Agripp. 1630. fol. — *Hermetis Triſmegiſti* libelli, et fragmenta quotcunque reperiuntur, ordine ſcientifico diſpoſita reperiuntur in *Fabricii Patricii* noua de vniuerſis philoſophia, Ferrariae 1591. fol. auct. Venet. 1593. fol. rec. Lond. 1611. fol. Multa mutauit Patricius et auxit, vt Fabricius in Bibl. graeca copioſe docuit. Inter verſiones eminet: *Hermes Triſmegiſts Poemander*, *oder von der göttlichen Macht und Weisheit*, *aus dem Griechiſchen überſetzt*, *und mit Anmerkungen begleitet von Dieterich Tiedemann.* Berlin und Stettin. 1781. 8. *Hermetis Aſclepius*, olim inſcriptus λόγος τέλειος,) (cuius pauca fragmenta graeca ſeruarunt Lactantius et Stobaeus,) latine additus eſt Ficini Poemandri, Patricii nouae philoſophiae et quibusdam Apuleii editt.

Iatromathematica primus e cod. bibliothecae Norimbergenſis edidit Ioachim Camerarius, Noribergae 1532. 4. vna cum aliis opuſculis Aſtrologicis: Tum emendatius et plenius Dauid Hoeſchelius e cod. Auguſtano cum notis et verſione alteraque ſtadii, Aug. Vindel. 1597. 8.

Libri duo *de revolutionibus natiuitatum*, ſiue de horoſcopo poſt ſingulorum annorum reuolutionem conſtituendo, ferendoque de hoc iudicio, latine pridem translati, auctore incerto, emendati editique ab *Hieron. Wolſio*, Baſil. 1559. fol.

vna cum Porphyrii Iſagoge et anonymi exegeſi in tetrabiblon Ptolomaei. (Auctor forſan Arabs quidam, ſeriori aeuo adſerendus eſt.)

Aphoriſmi ſiue centum ſententiae Aſtrologicae, (foetus forſan Arabis cuiusdam,) latine tantum extant. Editi ſunt cum Procli enarratione in Ptolemaei tetrabiblon. Venet. 1493. fol. Baſil. 1533-1551. et cum aliis aſtrologicis nugis, Vlmae 1651. 1674. 12.

Tractatus Hermetis *chemicus* ſiue capitula VII. de lapidis philoſophici ſecretis, latine, in tomo quarto theatri Chemici, Argent. 1613. 8.

De opuſculo, *Kyranides* inſcripto, eiusque codd. editionibus et argumento v. Fabr. B. Gr. cap. IX. §. 8. ſqq. pag. 69. ſqq. et de *Hermetis Chemico* ib. cap. X. pag. 57. ſqq.

5. *Aſclepius* filius Aeſculapii et Hermetis diſcipulus fuiſſe dicitur, conf. *Fabric.* bibl. gr. Libr. I. cap. 7 — 12. (vol. I. pag. 46. vbi plura adtuli,) qui cap. 8. de Aſclepio agit, et per illa capita reliquos, vel in pluteis deliteſcentes, vel alioquin Hermeti perperam tributos, codd. librosque diligenter recenſet; *Bruckeri* hiſtor. crit. philoſ. Libr. II. cap. 7. §. 2. ſqq. in Append. pag 107. ſqq. alios autem hi et *Hambergerus* ac *Saxius* laudant. Adde *Meiners* Verſuch etc. mox laudand. cap. 11.

6. Ea ſcripta, quae Iolo Melchiſedeko, Patriarchis aliisque hominibus V. T. falſo adſcribuntur, coniunctim edidit, caſtigauit atque illuſtrauit *Io. Alb. Fabricius* in Codice Pſeudepigrapho Veteris Teſtam. 2da edit. Hamburgi 1722. 8.

§. 4.

HORVS, ORVS, HORAPOLLO.

1. Quis aut cuias fuerit, aut quo vixerit tempore, incertum eſt: Aegyptius fuiſſe probabilius videtur. v. *Pauſan.* in Corinth. XXX. p. 181. Kuhn. Horus Apollo ſ. Horapollo nomen eſt ex duobus idem ſignificantibus, (Horus enim eſt Aegyptiorum Apollo,) compoſitum.

2. Scripſit *Hieroglyphica*, quae tamen ad noſtram peruenerunt aetatem, ea Philippus quidam in epitomen redacta, graece vertit: vel potius, quae hodie ſub nomine Horapollinis circumferunrur, ea ab homine, nec ſapientiae Aegyptiacae nec linguae graecae ſatis perito profecta videntur, v. *Meiners* Verſuch veber die Religionsgeſchichte der älteſten Völker, beſonders der Aegypter, Gottingae 1775. cap. 10.

3. Princeps eſt editio: Fabulae Aeſopi et Gabriae gr. atque latine, Phurnutus, Palaephatus, Heraclides Ponticus, *Orus*, prouerbiorum graecorum collectio Tarrhaei et Diolymi etc. Venet. apud Aldum 1505. fol. — gr. et cum Trebatii verſione. Paris. 1521. 8. — *Io. Mercerus* cum ſuis obſeruationibus et verſione Bernardini Trebatii bis eum edidit, Paris apud Chriſtian. Wechel. 1548. vbi textus Aldinus baſis eſt, tum e ſua recenſione 1551. 4. vbi varias lectiones ex cod quodam vetuſto vsque ad cap. 55. in lucem protraxit. Tum *Dauid Hoeſchelius* fide MSti Auguſtani emendauit, ſuppleuit, et cum Bernardi verſione, notis ſuis et Merceri edidit Aug. Vindel. 1595. et quibusdam mutatis, 1609. 4. Romae quoque pro-

dierunt, *Hori Apollinis* ſelacta hieroglyphica 1599. 12. omiſſis, quae pudicas aures offendere viderentur, et coniecturis atque emendationibus margini adſcriptis. Vnde vero editor, qui de his in praefatiuncula tacet, ſe tamen dediſſe omnia emendatiora, quam antea, gloriatur, hauſerit illas, neſcio. — Denique *Io. Corn. de Paw* cum integris Io. Merceri et Dauid Hoeſchelii et ſelectis Nicolai Cauſſini ſuisque obſeruationibus, Traiecti ad Rhenum 1727. 4.

4. Eſt ſcriptor facilis, quamquam non ſemper purus: et ad cognoſcendam veterum theologiam ſymbolicam, quam quidem neque plene, nec adcurate tradidit, haud inutilis.

5. *Fabric.* in biblioth. gr. Libr. I. cap. 13. §. 2. ſqq. Ad Fabricii l. c. pag. 103. addatur liber: *R. P. Nicolai Cauſſini, Trecenſis, S. I. Hieroglyphica, ſymbola, aenigmata, ſeu Polyhiſtor ſymbolicus et de ſymbolica Aegyptiorum ſapientia, in qua ſymbola, parabolae, hiſtoriae ſelectae, quae ad omnem emblematum, aenigmatum hieroglyphicorum cognitionem viam praeſtant. Editio vltima auctior.* (interior titulus eſt multo longior.) Colon. Agripinae. 1654. 8. *Paw* in praefat. ad edit. ſuam Horapollinis.

§. 5.

PALAEPHATVS, ATHENIENSIS, ſecundum alios Aegyptius.

1. Eum ante Homerum vixiſſe, quidam olim ſomniarunt. Enimuero et ſcribendi ratio et explicatio fabularum, (plerumque enim ab praua vocabulorum,

cabulorum, quae duplicem habuiſſent ſignificatum, graecorum interpretatione ortum ducit fabulae, et multa alia ad explicandum profert, de quibus conditores hieroglyphicae illius theologiae non cogitarunt,) multo iuniorem prodit philoſophum. Reliqua de illo ſunt ignota. Apollodorum tamen et Diodorum Siculum eum ſequutos fuiſſe, putant Scaliger et alii. Metuo autem cum Voſſio, ne duo confundantur Palaephati, quorum vnus fuit Aegyptius, grammaticus; alter Athenienſis, philoſophus; qui forſan priorem ſequutus, multa de ſuo ingenio et philoſophandi ratione mutauerit, auxerit et omnia miſcuerit: vnde tamen ſtili ſimplicitas intelligi poterit. *Saxius* in Onomaſtico tom. I. pag. 88. *Palaephati* aetatem adſignat circiter Olymp. CXIV. ante C. N. 320. v. quae ad *Fabricii* B. Gr. vol. I. pag. 182. adnotaui.

2. E quinque, quos ſcripſiſſe fertur, libris περὶ τῶν ἀπίςων, de incredibilibus, reſtat primus.

3. Princeps edit. eſt Aldina, quam in praecedenti paragrapho laudauimus. — Hanc ſequuta eſt Veneta 1505. 4. tum Oporiniana, Baſileae, ſ. a. quam non Fiſcherus vidit: nec ego dicere poſſum, num noua e codd. recenſio, quod quidem ex editione Tollii, qui Aldinam haud contulit, et tamen ab illa diſcedit, collegiſſe mihi videor, fuerit, nec ne? — *Cornelius* vero *Tollius* edidit, vertit et perite illuſtrauit Palaephatum, in conſilium adhibito cod. Londinenſi, multa tamen temere mutauit, Amſtelod. 1649. 12. Adiecit fragmenta e chronico Alexandrino, quae tamen alium Palaephatum habere auctorem videntur. — Tollianum textum reliqui vsque ad Fiſcherum maxi-

mam

mam partem retinuerunt. Nimirum *Martinus Brunerus*, qui Tollium presse sequutus, eius quoque notas, sed vberiores, suasque dedit, Vpsaliae 1663. 8. in primis e cod. Rauiano siue Constantinopolitano, meliore atque integriore, quam fuit Tollianus, varias excerpsit lectiones. — Brunerianam editionem *Paullus Pater* suis notis auctam et adpendice morali recudendam curauit, textu nonnullis locis aliter constituto, et in minores particulas dissecto, Francof. 1685. 8. — Maiorem operam praestitit *Thomas Gale* Palaephato in collectione Mythologorum, Physicorum etc. Cantabr. 1671. et dein Amstel. 1688. 8. quinque codd. vsus. — *Dresigius* postea, textu Tolliano permultis locis immutato, et paucis adiectis notulis, interpretatione latina omissa, Lipsiae 1735. et 1751. 8. — Nullius vero recentioris merita maiora in Palaephati textum eiusque grammaticam criticamque interpretationem exstant, quam cl. *I. Frid. Fischeri* Prof. Lipsiensis, qui Aldi et reliquorum editiones, (praeter Oporinianam,) diligenter consuluit. Primum is edidit Dresigianum textum paullo mutatum et obseruationibus criticis, atque indice egregio instructum Lips. 1761. 8. sine notis 1770. 8. tum curatius et maioribus critices opibus ornatum, Lipsiae 1772. 8. vnde eius in vsum scholarum textus emendatior sine notis tertium descriptus est formulis typographicis 1777. mai. 8. Eodem auctore lucem vidit *Palaephati* libellus de incredibilibus a Iodoco Volareo, *) Corn.

*) Huius interpretatio lat. lucem vidit, Antwerpiae 1528. 8. et rarissimis libris est adscribenda illa editio.

Corn. Tollio et Phil. Phaſianino e graeco in latinum conuerſus, Lipſ. 1775. 8. Scripſit idem Proluſiones, quibus libellus Palaephati de incredibilibus emendatur, explicatur, vindicatur, Lipſiae 1771. 8. Nouiſſima eius, denuo caſtigata, locupletiſſimaque eſt editio: *Palaephati de Incredibilibus lib. graece. Sextum edidit, ad fidem cod. mst. Mosquenſis aliorumque et libri Aldini denuo recenſuit, emendauit, explicauit indicemque verborum graecorum copioſiſſimum adiecit I. Fr. Fiſcherus. Acc. Proluſiones IV. in Pal. vna cum orationibus duabus. Lipſiae. 1789. mai. 8.*

4. Stilus eſt facilis, planus et ſimplex: rerum vero tanta et tam inſignis varietas, vt, quamquam in explicatione fabulae eiusque ortus a mente antiquiſſimorum theologorum ſaepe aberaſſe Palaephatum, haud negauerim: tamen, a quo tirones in arripiendis litteris graecis maiore cum fructu initium capeſſerent, non alium facile inuenerim. Is quidem contra omnem antiquitatis naturam et poeſeos ſermonisque poetici indolem ac poetarum ingenium facta ſeriorum temporum ad antiquiſſima illa tempora refert, quibus pro re atque conditione vltimae antiquitatis neque erunt, neque eſſe potuerunt: ſed quam iucunda et vtilis in addiſcendis docendisque litteris graecis eius ſit lectio primaque inſtitutio, crebro vſu doctus adfirmare poſſum. Praeterea tirones mature intelligunt, qua mente iam veteres philoſophi, licet ſerioris aeui, doctrinam de diis eorumque ortu fabuloſo conſiderauerint.

5. Conf. *Fabricii* B. Gr. Libr. I. cap. 21. *Fiſcheri* praefationes, et doctum libellum *Io. Benedicti*

dicti Carpzouii: Obſeruationum philologicarum in Palaephatum περὶ ἀπίςων periculum. Accedunt aliae animaduerſiones in nonnulla Muſaei et Achillis Tatii loca, Lipſiae 1743. 8.

§. 6.

SANCHONIATHON.

1. Quis fuerit, et quando vixerit, lis eſt. Alii Berytium fuiſſe adfirmant, alii Tyrium.

Tum ſecundum quosdam aetas illius incidit in tempora Semiramidis: ſecundum alios circa tempora Troiana, aut poſt illa vixit, v. *Euſebius* Libr. I. praeparationis euangelicae pag. 30. ſq. ed. Colon. Porphyrius in libro quarto contra Chriſtianos in fragmentis pag. 6. ſubiectis a Scaligero operi ſuo de emendatione temporum.

2. Antiquitatis et hiſtoriae Phoenicum auctor fuiſſe dicitur. Si aetas illius certa eſſet, nec opera eius ſpuria haberentur, antiquiſſimorum de cosmogenia et Theogonia opiniones ex fragmentis clarius perſpiceremus, quum praecipue veri amor et diligentiae laus ei tribuatur a veteribus quibusdam.

3. Opera eius ex Phoenicum lingua in graecam transtulit Philo quidam, non hebraeus ille, ſed Byblius; a quo tamen totum illum librum fuiſſe confictum arbitrantur Vrſinus et Dodwell. At enim tutior eſt via, quam ingreſſus cel. *Beck* in comment. de fontibus, vnde ſententiae et coniecturae de creatione et prima facie orbis terrarum ducuntur, Lipſiae 1782. 4. pag. 7. ita iudicat.

cat. „Mihi non videtur integer liber a Philone confictus esse; haec enim fraus statim omnibus innotuisset: sed superesse putem reliquias annalium Sanchuniathonis, etsi valde a Philone, forte etiam Eusebio, interpolatas. v. cel. Heynius ad: Abhandlung. der Paris. Acad. der Inschr. Griech. Alterth. part. I. pag. 240. sqq." plura vide ad *Fabric.* B. G. I. pag. 224. sq. Eusebio autem, libro laudato I. cap. 9. 10. fragmenta debemus, quae *Richard Cumberland* separatim edidit et illustrauit, Lond. 1720. 8. cuius librum *R. Cumberlands* phoenizische Historie des Sanchoniathons aus dem ersten Buch des Eusebius veberſetzt etc inscriptum germanice vertit *Io. Philipp. Cassel*, Magdeb. 1755. 8.

4. Conf. *Fabricii* bibl. gr. Libr. I. cap. 28. *Scaliger* in notis ad fragmenta memor. pag. 40. *Bochart* Libr. II. Chanaanis; *van Dalen* diss. de Sanchoniathone ad calcem libri de Aristea, Amstel. 1705. 4. *Hamberger*, Kurze Nachrichten etc. Vol. I. pag. 14. *Georg. Christ. Küster* de Sanchuniathone exercit. in Bibl. histor. philol. theol. Bremensi, tom. VI. pag. 660.

§. 7.

ORPHEVS.

1. Circiter a. M. 2748. ante Christ. nat. 1255. secundum *Simson.* in Chronico cathol. col. 244. alii aliter sentiunt.

2. Thrax, Linique, vt ferunt, discipulus, Argonautarum socius, Troianis temporibus paullo superior et propter longaeuitatem etiam excidio superstes.

ſuperſtes. Merita erga ciues ſuos, quos e feris paene homines reddidit, et in ſocietatem ire docuit vi muſices ac poeſeos, (vnde fabula de lyra illius, cuius dulcedine vel ferae brutaque capta dicuntur,) fuerunt immortalia, quamquam exitum habuit moeſtum miſerumque. Orphea vero fuiſſe vllum, a nonnullis perperam et contra antiquitatis fidem negatum fuit.

3. Argonautica, (quae Cleoni adiudicat Toup in Emendation in Suidam, part. III. pag. 373. ſqq. ed. Lipſiens.) Hymnos ſiue potius τελετὰς, (v. *Scaliger* ad Orpheum pag. 284. ed. Gesneri) et de lapidibus, (gemmas enim ſiue θυμιάματα et ἀρώματα ſacrificiis adhibita, partem fuiſſe myſteriorum, *Gesnerus* ad Arg. 310. monuit, vide eumdem pag. 290. et alia, quorum ſuperſunt fragmenta ſcripſiſſe vulgo dicitur, de quorum integritate haud pauci dubitant. v. notam ad Fabr. B. Gr. I. p. 144. ſq.

4. Princeps editio eſt, quam *Philippus Iunta*, gr. Florentiae 1500. forma quadrata typis expreſſit. Haec editio habet tantum Argonautica et Hymnos, hymnosque Procli Lycii. — Florentinae editionis lectiones preſſo fere pede ſequitur Aldina 1517. 8. praemiſſo Muſaei carmine cum verſione latina et addito *Orphei* de lapidibus poemate. — Haec plane repetita eſt, vel vitiis typographorum ſeruatis, ab heredibus Iuntae, Florentiae 1519. 8. inſertis poſt hymnos Orphei, quatuor Procli, et adiectis in fine ſententiis ex variis poetis et Homeri Batrachomyomachia: liber de lapidibus habet quaedam propria. — Ad primam Iuntinam expreſſa eſt editio Argonauticῶν cum

cum interpretatione latina, ex officina Andreae Cratandri, Basileae 1523. 1529. 4. quaedam tamen habet, e codice forsan, meliora. — Optime tamen meruit de Orpheo textusque integritate *Henricus Stephanus*, qui nostrum inter Poetas graecos principes heroici carminis 1566. fol. ita purgatum dedit, et licet codicum adiumento destitutus, ingenii sui felicitate ita emaculauit textum, vt Orphei sospitator iure baberetur. — Eum sequuti sunt *Lectius* in corpore etc. et *Eschenbachius*, Noribergensis, qui Argonautica, hymnos et de lapidibus cum suis in Argonautica, et Henrici Stephani in omnia ac Scaligeri in hymnos notis ac emendationibus edidit, Traiecti ad Rhenum 1689. 8. (ed. rara.) — Melior tamen editio, quam ad codd. MSS. et editiones veteres recensuit et cum notis suis item H. Stephani et Eschenbachii parauit *I. Matth. Gesner*, et, hoc mortuo, tandem curauit ac praefatus est *Ge. Christoph. Hamberger*, Lipsiae 1764. 8. Neque tamen cl. *Heyne* in censura huius alioquin praeclarae editionis in ephemerid. litterariis Gottingens. pauca deprehendit, in quibus a crisi Gesneri discederet, et multas, si recte memini, nouas protulit correctiones. Multo plura notarunt, locaque plura emendarunt *Ruhnken* in altera epistolae criticae editione, inprimis *Io. Schrader* in Libro emendationum, Leoward. 1776. 4. in praef. pag. IV. adde eiusdem Obseruationum librum, Franecker. 1761. pag. 15. sq. p. 75 — 78. — Argonautica germanice vertit *Küttner* Mitau. 1773. 8. emendat. Altenburg. 1784. 8. *Orpheo* quoque tribuuntur *prognostica de terrae motibus*, cuius lat. versionem

curauit *I. A. Bacfius*, Lutet. 1586. 4. apud Fed. Morellum. — gr. et lat. eodem interprete, cum notis *Mich. Maittarii*, inter eiusdem Mifcellanea graecorum aliquot fcriptorum carmina. Londini 1722. 4. — Οϱφεως πεϱὶ σεισμῶν, in *Brunckii* Analectis veterum poetarum graec. vol. III. pag. I. coll. eius nota ibidem pag. 237.

Hymni feparatim quoque editi funt, a *Petro Scriuerio* ad calcem poematum Iofephi Scaligeri, gr. ex H. Stephani ed. cum emendatione Scaligeri metaphrafi notisque Lugd. Bat. ex offic. Plantin. 1516. 12. — *Hymni* gr. Colon. Agripp. 1602. 8. — H. in folem, Mufas etc. interp. Ios. Scaligero, cum notis *Maittaire*, inter huius modo memorata Mifcellanea. — Hefiodi opera — *Orphei* et Procli philofophi Hymni. Omnia gr. lat. et cum Anton. Mar. Saluini interpretatione italica, cum annotatt. — accurante *Antonio Zanolini*, I. V. D. et in feminario Patau. L. L. OO. Prof. Patau. 1747. 8. — De Hymnis orphicis v. ad. Fabric. B. Gr. I. pag. 153. fqq.

Πεϱὶ λίθων. *De lapidibus, poema Orpheo a quibusdam adfcriptum, gr. et lat. ex editione Io. Matth. Gesneri. Recenfuit notasque adiecit Thomas Tyrwhitt. Simul prodiit Auctarium differtat. de Babrio.* Londini 1781. mai. 8. fine accentibus. conf. Fabr. l. m. pag. 156. fqq. et cap. XIX. pag. 161. fqq. de deperditis Orphei fcriptis. cap. XX. p. 173. de eius inuentis aliisque illi adfictis.

5. Auctor habetur myfteriorum, (vnde intelligimus, qui factum fit, vt ante Chriftianorum tempora Orphei eiusque fcriptorum rarior iniecta fit mentio, ne fcil. myfteria publicata profanarentur,

tur,) religionum, medicinae ſapientiae ac vanitatis, veri ac fabularum. Hinc librorum eorum inſignis eſt vtilitas. In Argonauticis ea maxime enarrauit, in quibus ipſius partes fuerunt inſigniores. (v. Gesner ad v. 856. Argon.) Antiquum quidem Orpheum, qui antiquiſſima dorica lingua vſus fuiſſe dicitur, non habemus; ſed *Onomacritus*, Athenienſis, *) Piſiſtratidarum et Xerxis, Perſarum regis, aetate, non omnia quidem, vt nonnulli opinati ſunt, confinxit, ſed conſeruatis ſententiis omnibus et bona verborum parte dialectum modo mutauit, nonnullis quoque pro ſuo arbitrio forſan additis aut demtis. Sed nolo repetere, quae ad Fabricium l. c. fuſius animaduerti.

6. Plura dabunt *Fabricius* B. G. Libr. I. cap. 18 — 20. (vbi p. 140. ſqq. multos laudaui antiquiores ac recentiores, qui de Orpheo disputarunt,) *Brucker* in hiſtoria critica philoſophiae Tom. I. pag. 373. ſqq. et in adpend. pag. 202. ſqq. *Gesner* in Prolegomenis ad ſuam editionem; *Hanou.* in Analectis de Orpheo, in diſquiſitionibus metaphyſicis p. 335. ſqq. Gedani 1750. 4. *Eſchenbachii* Epigeneſ. Noribergae 1702. 4. Adde Mem. de l'Acad. des Inſcript. Vol. V. XII. et XVI. *I. F. Facii* epiſtolam criticam in aliquot Orphei et Apollonii Rhodii Argonaut. loca, Erlangae 1772. 4. *Zierlein* diſp. de ingenio Callimachi §. 11. *Clodii* Verſuche aus der Litteratur vnd Moral, part. I. nr. I. Lipſiae 1767. 8. — cl. *Dieter. Tiedemann* Griechenlands erſte Philoſophen etc. Lipſiae 1780. pag. 2 — 100. *Burmann.* in Catalogo Argonautarum,

I 2

*) De hoc vide *Corſini* Faſtos attic. tom. III. pag. 87. ſq. et ad *Fabric.* B. Gr. I. p. 120.

gonautarum, inserto illius editioni Valerii Flacci. *Io. Gottlob Schneider* Analecta critica in scriptores veteres graecos et latinos, Traiecti ad Viadr. 1777. 8. vbi Sect. IV. dubiam esse carminum Orphicorum auctoritatem et vetustatem, euincere studet: a quo dissentit *Ruhnken* in Epist. crit. II. pag. 129. sqq. ed. secundae.

§. 8.

MVSAEVS ATHENIENSIS.

1. Circiter a. m. 2750. ante Christum N. 1253.

2. Eum alii Lini, alii Orphei filium, certe, quod probabilius est, discipulum aut imitatorem fuisse dicunt. Fuit poeta philosophus.

3. Multa, quae in Fabr. Bibl. Gr. I. p. 120. sqq. enumerata sunt, scripsisse fertur; nihil vero praeter poema de Hero et Leandro ad nostram peruenit aetatem. Neque tamen id carmen antiquum illum Musaeum habet parentem, neque, vt Iul. Caesar Scaliger peruerse, nec acute sensit, ante Homerum fuit fusum, (nam in codd. Musaeus nominatur Grammaticus;) sed auctorem ad tempora Nonni Panopolitani saec. V. demittendum esse, abunde probarunt recentiores Musaei interpretes.

4. Princeps editio habetur Aldina gr. et lat. circa annum 1494. 4. circa idem tempus lucem adspexit, probabiliter cura Lascaris, litteris quadratis *Gnomae Monostichoi ex diuersis poetis*, cum *Musaeo Musaei* — graece cum *Oppiani* Halieuticis. Florent. apud Iuntas 1515. 8. Ab Aldina prima parumper discessionem fecit altera Aldina cum Orpheo 1517. 8. et vel huius errores typographicos retinuit,

retinuit, adeo feruiliter fequuta, Iuntina, Florent. 1519. 8. Altera igitur praecipua editio eft, iam memorata quae fine anno, at mente Maittaire ante annum 1494. litteris capitalibus defcripta eft. Haec eft fuperioribus multo curatior et melior, ac bafis fere reliquarum meliorum editionum. Eam enim reddiderunt edd. Colon. gr. 1517. Bafiliens. Froben. 1508. 8. et hanc *Stephanus* inter poetas heroici carminis principes, Paris 1566. — Stephanum vt plurimum multi fequuti funt, in his, in paucis ab eo difcedens, *Io. Henr. Kronmayerus*, Philologus quondam Ienenfis pereximius, in editione vtili, quam notis C. Barthii, Io. Weitzii, P. Voetii, C. A. Heumanni, E. Schoettgenii, I. M. Gesneri, St. Bergleri, I. A. Groebelii ac fuis inftructam cum duabus *Ouidii* epiftolis eiusdem argumenti publici iuris fecit Halae Magdeb. 1721. 8. — Kronmayeri textum repetiit, paucis mutatis, *Matthias Roeuer*, cuius editio nitida et adcurata cum fcholiis graecis nunc primum e codice MSto Bibliothecae Bodleianae editis, cum var. lectt. fuisque notis et triplici virorum doctorum interpretatione lucem vidit Lugd. B. 1737. 8. — Roeuerus, tunc annos decem et octo natus, feptem codicum et feptendecim editorum varias dedit lectiones. — Eius textum reddidit Carpzouius, qui carmen graece in vfum auditorii Helmftad. 1749. 4. formulis typographicis exfcribi fecit. — Pleniffima autem et optima eft editio cum coniecturis ineditis Petr. Francii ex recenfione *Io. Schraderi*, qui variantes lectiones, notas et animaduerfionum libros adiecit, Leowardiae 1742. 8. Roeueri quidem textus eft bafis, fed

ita vt comparatione Nonni Panopolitani potissimum aliisque critices subsidiis Musaeum integritati Schraderus restitueret. Quando vero putat, Musaeum imitatorem fuisse strenuum Achillis Tatii, in eo errat, vti Schneider in Anmerk. veber den Anacreon pag. 240. bene obseruat. — Nouissimae sunt editiones *Angeli Mariae Bandinii*, Florent. 1765. 8. (misera est editio,) et *Musaei grammatici* de Herone et Leandro carmen graecum, ad optimas editiones et cum lectionibus variantibus selectisque emendationibus ac metaphrasi Dau. Whitfordi accurate recusum, Magdeb. 1775. mai. 8. (cel. *Carpzouius* nouam dare recensionem sustinuit.) — gr. et gallice Paris. 1784. mai. 12. edidit *du Theil.* — graece cum indice gr. germanico ed. *Lud. Henr. Teucher.* Lipsiae 1789. 8. Hamberger in kurzen Nachrichten etc. Vol. I. pag. 18. meminit quoque vet. edit. Musaei opusculum de Herone et Leandro, graece, edente *Demetrio Luca*, Cretensi s. l. et a. 4. 8. plag. probabiliter Compluti circa a. 1514. quae ex Lascarina fluxisse videtur.

5. Carmen epicum est venustum et floridum: at tantum abest ab aeuo et simplicitate Homeri; quantum distat a Nonni tumore.

6. v. *Fabricii* biblioth. gr. Libr. I. cap. 16. *Kronmaieri* diss. de Musaeo praemissa ipsius editioni: *Roeueri* et *Schraderi* praef. ad ipsorum editiones *Car. Frid. Hindenburgii.* Animaduersionum specimen in Musaeum, Lips. 1763. 4. cuius argumenta contra Musaeani libelli antiquitatem Schraderianis firmiora sunt. v. ad *Fabricii* B. Gr. vol. I. p. 123. sqq.

7. De

7. De *Darete Phrygio* et *Dictye Cretensi*, Troianarum rerum auctoribus, quorum quidem graeca scripta olim exstiterunt; sed iam pridem intercidisse videntur, (qui enim libri sub eorum nomine hodie leguntur latine, illos esse suppositios, constat,) non est, quod pluribus agam post *Fabricium* in biblioth. gr. Libr. I. Cap. V. adde cl. *Meusel* in bibl. historica, vol. II. part. I. p. 74-81. et quae a me tum ad Fabric. B. Gr. p. 21. sqq. tum in Introductione in historiam litterat. rom. I. pag. 389. sqq. adnotata sunt. denique *Villoison* in Prolegg. ad Homer. pag. 32. not.

§. 9.

HANNO.

1. Secundum *Isaacum Vossium* in praef. ad Scylacem Herodoto fuit antiquior, probante *Bocharto* Libr. I. Chanaan cap. 37. Idem vero *Vossius* in var. Obseru. Cap. II. Hannonis expeditionem integro saeculo bellum Iliacum praecessisse contendit. Adde eumdem ad Melae III. cap. 9. Alii vero, in primis *Dodwel* maiore forsan probabilitatis specie illius aetatem in tempus intra 92. et 129. Olympiad. incidere docent. Atque cum Himilcone ad explorandas oras maritimas mittebatur, quod ante CXVIII. Olymp. factum fuisse, ostendit *Fabricius*. Hunc vero Fabricius et Vossius Libr. IIII. de histor. graecis peripli auctorem esse statuunt. *Hamberger* aetatem eius adserit annis circiter 570. ante C. N. 3414. a. M. et 338. post conditam vrbem Carthag. *Bougainville* in

priore commentatione, quae germanice verſa adhaeret germanicae Arriani interpretationi Schmidianae pag. 162. ſqq.) refutata Dodwelli Voſſiique opinione, de Hannone noſtro agit, et in poſteriore recitatione oſtendit, auctorem peripli illum eſſe Hannonem, ad quem a philoſopho Anacharſide, auctore *Cicerone* Tuſcul. quaeſt. lib. V. cap. 32. epiſtola exarata eſt, (de quo quidem dubitat Hagerus,) adeoque illum vixiſſe Olymp. 46. a. m. 3355. ſecundum *Saxii* rationes in Onomaſt. tom. I. floruit ille circiter a. m. 3411. ante C. N. 592. V. C. 160. Hagerus mox laudandus Hannonem, Hamilcaris filium, Magonis nepotem, peripli auctorem Olymp. 92. 96. et 97. in viuis fuiſſe, e Plinio maiore potiſſimum docere ſtudet. *Campomanes* in libro infra memorando argumentis non admodum validis vindicaturus eſt aetatem Hannonis eiusque itineris maritimi Olymp. 93. 2. h. e. anno v. c. 347 et ante C. N. 404. quum Dionyſius in Sicilia fuiſſet tyrannus. Plura in hanc ſententiam disputaui, variorumque varia diuerſaque iudicia adtuli ad *Fabricii* B. Gr. vol. I. pag. 36. ſqq.

2. Dux fuit Carthaginienſium.

3. Scripſit Periplum, Punice; cuius vberior expoſitio in tabellarium publicum condita eſt, ex qua, vt voluntati populi nouique cupiditati ſatisfieret, confecta et iuſſa ſenatus publicata in temploque Saturni adſeruata eſt ſumma, quae oras maritimas, lacus, inſulas, fluminaque hucusque incognita ſtrictim recenſeret. Hanc breuiorem recenſionem, omnium oculis vſuique ſubiectam, alius, graecae et punicae linguae peritus, forſan Siculus,

Siculus, multo poſt in linguam graecam transtuliſſe videtur.

4. Primum prodiit in lucem opera *Sigismundi Gelenii* cum periplis Arriani, Plutarcho de fluuiis et montibus et epitome Strabonis, graece, Baſil. 1533. 4. — Tum cum verſione lat. et notis *Io. Iac. Mülleri*, inter diſſ. acad. Tom. II. Io. Henr. Boecleri Argent. 1710. 4. pag. 1220 ſqq. —— graece et latine adiectis Bocharti e Geographia ſacra depromptis animaduerſionibus ſtudio *Abrah. Berkelii*, poſt *Genuina Steph. Byzantini de vrbibus et populis* fragm. ab eod. *Berkelio* gr. et lat. editum, Lugd. Bat. 1674. 12. — cum verſione latina Conradi Gesneri eiusque et aliorum notis et H. Dodwelli de aetate Hannonis diſſertatione in *I. Hudſoni* Geographiae veteris ſcriptoribus graecis minoribus Vol. I. Oxon. 1698. 8. P. I. — gr. et cum verſione hispanica multisque varii generis animaduerſionibus a *Campomanes* in libro: *Anti-Güedad maritima de la republica de Cartago. Con el Periplo de ſa General Hañon, tracudido de Griego è illuſtrado por D. Pedro Rodiguez Campomanes.* En Madrid. 1756. 8. Is copioſus eſt de noſtro Hannone eiusque aetate, et rebus Carthaginienſium. —— graece et germanice cum animadu. *Conrad. Arnoldi Schmid*, ad eius verſ. Arrians indiſchen Merkwürdigkeiten, Brunſu. 1764. 8.

5. Hanc Hannonis expeditionem, neque a ſeriore quodam fictam, neque in epitomen redactam eſſe, aperte docuit *Fabricius* in bibl. gr. Libr. I. cap. 6. vbi a Sect. VIII—XIII. de Hannone vberius agitur. Inprimis laudari debent *Bougainville* in Memoire ſur les decouvertes et

les etabliſſemens faits le long des côtes d' Afrique par Hannon. in comment. acad. Paris. Inſcript. tom. 26 et 28. et *Hager* in Bibliotheca geographica part. 6. pag. 408. qui part. 8. Hannonis periplum theotiſce vertit et notis illuſtrauit.

SECTIO II

DE SCRIPTORIBVS AB HOMERO VSQVE AD ALEXANDRVM M

---

§. 1.

Haec aetas, quae iuuenilis et virilis graecae linguae, ſapientiae atque eloquentiae habere poteſt, ſplendidiſſimorum ingeniorum ferax, ſummos tulit poetas, oratores, hiſtoricos atque philoſophos. Quantum vero libertas praemiaque publica ad alenda et firmanda ingenia faciant, in his videmus. Summa enim rerumpublicarum libertate vſi, libere cogitabant, ſentiebant, et ſcribebant. Ad hoc adcedit, quod vel in aulis principum verſantes, vel ipſi ſummis reipublicae muneribus functi, rebus grauiſſimis aut praefuerunt, aut interfuerunt, nec dum anguſtis praeceptorum, theoriarum, et ſyſtematum limitibus circumſcripti, multo minus horum laqueis irretiti, nec in vlla magiſtri cuiusdam aut compendioli verba iurantes, ſui animi ſenſa

ſenſa multo liberius, multoque venuſtius et liberalius expoſuerunt, quam plurimi recentiorum ſcriptorum pro vitae munerisque et temporum ratione facere poſſunt. Incipiamus igitur ab *Homero*, omnis graecae ſapientiae et, paene vt dicam, religionis fonte, ex quo reliqui fere omnes hauſerunt. Certe, illo haud lecto, infinita et graecorum et latinorum auctorum, in primis poetarum loca non intelliges, multo minus rite interpretaberis.

§. 2.

HOMERVS

1. De aetate Homeri omni tempore magna lis fuit. Secundum *marmora Oxonienſia* (Londini 1732. ed. 2. vbi conferas notas Marshami, et hunc in canone chronico ſaec. XV. pag. 437 ſqq. Franeck. 1696.) Homerus vixit ſub rege Attico vel Archonte perpetuo Diogneto ante Diognetum Archontem annuum, anno 643. Period. Iul. 3807. Epoch. Attic. 675. poſt Troiam captam 302. At *Henr. Dodwell* in libro tum eruditionis mirae, non magis quam obſcurae pleniſſimo, tum raro: De veteribus Graecorum Romanorumque cyclis, Oxoniae 1701. 4. p. 695. auctori Chronici illius Oxonienſis marmoris, licet vetuſtiſſimo, non tantam tribuit fidem atque auctoritatem, quantam eruditiſſimi illius editores tribuerunt. Is contra in Diſſ. III. §§. 6—19. in aetatem Homeri et Heſiodi diligenter inquirit, et pag. 128 ſqq. docet, Homerum poſt Olymp. 23. floruiſſe; idque in primis probaturus eſt teſtimonio Theopompi apud

apud *Clement. Alex.* Strom. I. pag. 327. qui Philippicarum XXXXIII. Homerum retulit, 500. annis fuiſſe poſt eos, qui ad Ilium militarent: item ex aetate Arctini, Midae, Ariſteae, qui praeceptor Homeri fuiſſe dicitur, Lycurgi, qui iunior Olympiadibus fuiſſe probatur, Epimenidis et aliorum, tum ex certamine Homeri et Heſiodi poetico, (cui fidem dat Dodwellus,) quod vero cadit in annos poſt Olymp. 29. 1. Copioſe, docte atque omnibus ingenii viribus atque eruditionis praeſidiis ſuam corroborare ſententiam ſtudet *Dodwellus*, memor. ſect. et in Addendis, et multa praeclara de Homero, Lycurgo, Heſiodo, Pythagora ibi diſputat. At doctiſſimum Dodwellum humanitus aliquid interdum paſſum fuiſſe, oſtendit *Corſini* in diſſertationibus agoniſticis. *Petauius* in rationario temporis I. part. I. pag. 12. fin. natales Homeri in per. Iulian. 3701. incidere putat. Nec, ab aetate Lycurgi, Spartanorum legislatoris, (vti Dodwell. quoque, qui in aetatem Lycurgi ſolerter inquirit, paene iudicauit) *Saxio* multum ſemouendus eſſe, arg. Cic. in Bruto 10. et V. Tuſc. quaeſt. 3. et vixiſſe videtur Homerus ab orbe condito circiter 3030. ante Chriſtum natum 973. Alii aliter rationes ſubduxerunt. Veterum teſtimonia de aetate poetae noſtri diuerſa collegit *Iackſon* in Chronological Antiquities Vol. II. pag. 224 ſq. adde *Voſſium* de poetis graecis cap. 2. In nota ad Fabricii B. G. vol. I. pag. 332 ſq. quorumdam adhuc adtuli opiniones de aetate Homeri, et meam ſententiam, illum forſan intra a. 160—180. poſt exciſam Troiam, aut paullo ſerius ceciniſſe, vberius expoſui, *Barthelemy* in Itinere

Itinere Anacharſidos per Graeciam, ex verſione germanica, tom. I. pag. 65. putat, Homerum ann. circ. 400. poſt Troiam deletam et an. ante C. N. circ. 900. vixiſſe atque aetate illius poeſin inter Graecos iam floruiſſe. Argumenta illius excutere, hic non vacat: ſed de vtroque carmine eiusque argumento eleganter diſſerit.

2. Maiores vero tenebrae ſunt in inueſtigatione parentum locique natalis. Secundum quosdam patre Maeone, (vnde noſter *Maeonides* cognominatus eſſet,) matre vero Crytheïde, matrimonio haud legitimo iunctis, prope flumen Meles natus, indeque cognomen *Meleſigenes* accepiſſe fertur: flumen quidem illud in nummis in honorem Homeri cuſis apud Spanhemium, Patinum et Cuperum conſpicitur: immo fuerunt, qui crederent, genitum eſſe patre Melete. Septem vero vrbes (Suidas XIX. memorat) inter ſe contenderunt, quae Homerum ſibi vindicarent ciuem. Noti ſunt verſiculi illi:

Ἕπτα ἐριδμαίνουσι πόλεις διὰ ῥίζαν Ὁμήρου,
Κύμη, Σμύρνα, Χίος, Κολόφων, Πύλος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

v. *Leonem Allatium* de patria Homeri, Lugd. 1640. 8. qui Homerum Chium atque adeo popularem ſuum fuiſſe demonſtratum iuit. Chium ἀοιδὸν, cantorem ſiue vatem, nominat eum Theocr. VII. 47. Adde *Io. Lami* in: Le Delizie dei Dotti e degli Eruditi. tom. I. 4. (qui p. 53 — 209. copioſus eſt de Homero,) p. 58 ſq. et p. 67. putat, Homeri patrem fuiſſe Cumanum, Homerum vero natum Smyrnae, et ſenem mortuum in inſulâ Iö.

Homerus

Homerus vero fuit ἀοιδὸς et in aulis principum carmina ſua cantaſſe dicitur. Quando vero nonnulli putarunt, Homerum fuiſſe coecum, in eo egregie errarunt, ambigua et duplici nominis poteſtate decepti. Quomodo enim Homerus, qui tot vrbes, regiones, pugna aliaque viuidis coloribus depinxiſſet, vt eius picturam, non poeſin videremus, coecus eſſe potuit, vt iam Cicero, Velleius, *Brodaeus* Libr. V. Miſcell. cap. 9. et *Andreas Wilkius* in ſingulari libello, *curatio coeci Homeri*, Lipſiae 1605. 8. aliique adfatim commonſtrarunt. Grandaeuus, et viſu forſan orbatus animam efflauit. Sotades apud Stobaeum ſerm. 96. pag. 528. diuinum Homerum fame abſumtum eſſe canit:

Τὸν θεῖον ὅμηρον λιμὸς κατεδαπάνησεν.

3. Multa, quorum catalogum dedit Fabricius B. G. II. cap. 2. ſect. 24. ſcripſiſſe Homerum, veteres quidem adfirmarunt; at pauca eſſe genuina, conſtat: ad noſtram quidem aetatem peruenerunt 1) *Batrachomyomachia*, ſiue pugna ranarum et murium, carmen heroicum ludicrum, *) quamquam Plutarchus et Suidas Pigreti, Artemiſiae fratri, id tribuunt: maiore tamen iure ad aetatem ſeriorem eſt referendum: 2) *Hymni* **) XXXII.

*) Conf. *Georg. Frid. Dan. Goes* diſſ. me praeſide ventilata, de Batrachom. Homero vulgo adſcripta. Erlangae 1789. 8.

**) Confer *Frid. Snedorf* de hymnis veterum Graecorum, Hafniae et Lipſiae 1786. 8. qui tamen hymnos homericos prorſus intactos reliquit: in primis cl. *Gottfr. Erneſt. Groddeck* comment. de hymnorum

XXXII. f. rectius XXXIV. quorum vero paucissimi ab ipso Homero profecti esse videntur: *Clarkius* ad Homer. Iliad. β. 43. ab inconstantia prosodiae argumentum sumit, Hymnum in Venerem et epigrammata quaedam, Homero vulgo adscripta, non vtique Homeri esse, sed recentioris cuiusdam poetae. 3) *Epigrammata* et *poematia* varia, quae quidem nullo idoneo auctore tribuuntur poetae nostro: 4) *Ilias*, carmen illud immortale, de ira Achillis, atque adeo de bello Graecorum ad Troiam: qui thema, vt ita dicam, homileticum, concordia res Graecorum crescere, aut aliud eiusmodi generis siue furfuris, ab Homero esse pertractatum, arbitrentur, illi vel notionem carminis epici non intelligunt, et diuino poetae ingenio summam faciunt iniuriam, vt mitius sentiam. 5) *Odyssea*, siue de erroribus et peregrinatione Vlyssis, ex bello Troiano patriam Ithacam repetentis. Qui huius carminis scopum putent fuisse, vt doceretur, quomodo ciuitas bene et sapienter possit administrari, illi egregie falluntur. Neque iis adsentior, qui sibi persuadeant, Iliada, propter sublimitatem, audaciam, maiorem ornatus ac viuidioris coloris copiam a poeta in vigore aetatis esse

rum homericorum reliquiis, Gottingae 1786. 8. *Homeri hymnus in Cererem, nunc primum editus a Dauide Ruhnkenio. Accedunt duae epistolae criticae, ex editione altera, multis partibus locupletiores,* Lugduni Bat. 1782. 8. In priore epistola pertractat hymnos homericos. *Homeri H. in Cererem, ad cod. Moscou. denuo coll. recensuit et animaduersionibus illustrauit Chr. Guil. Mitscherlich*, Prof. Gotting. Lips. 1787. 8.

esse confectam: Odysseam vero, illis virtutibus inferiorem, poetam prodere senescentem. At primum veteres grammatici, num Ilias prior scripta esset, an Odyssea, iam quaesiuerunt. Dein diuersitas argumenti omnino exegit stili et dictionis diuersitatem. Ilias, in qua summi heroes dimicant caduntque, Achillis ira et furor omnia miscet, dii deaeque pugnis intersunt, vulnerant aut vulnerantur, audacius surgere et cothurnis saepius incedere debuit. E contrario Odyssea, in qua res domesticae, amores, errores, et alia multa comice enarrantur, eum spiritum sumere minime potuit, sed debuit saepius soceum induere. Quare admiror prudentiam et non minus quam vbertatem, felicitatem ac facilitatem ingenii Homerici in ordinandis et exsequendis rebus diuersis. De reliquis, quae olim Homero tributa sunt, scriptis deperditis in Fabric. B. G. I. pag. 374 sqq. adde *Procli* Chrestomathiam p. 6. ibique notas *Schotti* pag. 20 sqq. adiect. *Schotti* Obseruatt. humanarum libr. Hannou. 1615. 4.

3. Editionem omnino criticam, h. e. ad quam perficiendam omnes, qui adire possunt, fontes, sunt inuestigati et legitime consulti ad textus emendationem, nondum habemus. Namque ad veram lectionem, eiusque sedem inuestigandam atque expiscandam, non tam codices, qui omnes sunt iuniores, sunt comparandi, quam potius scholiastae ad varios scriptores graecos, grammatici veteres, Glossaria, ipsique auctores prisci, qui ex Homero versus excitarunt. At tunc quoque cauendum est, ne vmbram pro Iunone amplectamur. Neque propter tot veterum recensiones aliasque mutationis

nis

nis atque interpolationis cauſſas Homerus ſibi poteſt quaſi reſtitui, ita vt integer eſſe videatur, nec frequenter iuſtae dubitationi locus relinquatur. Quae ingenii et litterarum praeſidia requirantur ad perfectam Homeri editionem, quae ſint praeſtanda et obſeruanda, non minus quam fugienda, ſcite intelligenterque docet cel. *Heyne* in praef. ad Tychſenii comm. de Quinti Smyrnaei Paralipomenis Homeri. Gottingae 1783. m. 8. Duplices vero ſunt Homeri editiones: aliae ſunt ſcholiaſtis graecis inſtructae; aliae illis deſtitutae. Nos vero potiores recenſebimus editiones ſecundum temporis ordinem.

Multo plures editiones recenſui et indicaui in Fabricii B. Gr. tom. I. pag. 414. ſqq. Princeps editio eſt, in qua ſunt lectiones bonae, quae temere poſtea neglectae ſunt, et quae etiam poſt curam Erneſti digna eſt, quae diligentius conferatur, *Homeri Ilias et Odyſſea vna cum Batrachomyomachia et Hymnis*, graece, recenſente — ad MSS. codices et Euſtathii ineditos tunc commentarios, Demetrio Chalcondyla, Athenienſi, et Demetrio Cretenſi; cum praefatione latina Bernardi Nerlii Typogr. — et graeca Chalcondylae: praemiſſis Herodoto ac Plutarcho de vita Homeri et Dionis Chryſoſtomi diſſertatione, Florentiae 1488. fol. II. Vol. De hac principe editione, et in genere de conditione primarum editt. diligenter egit Erneſti in praefatione ad Vol. I. Homeri. — Illam edition. expreſſit *Aldina* prima 1504. 8. tom. II. — longius vero diſceſſit *Aldina* ſecunda 1517. 8. cum epiſtola Aldi latina ad Hieronym. Alexandrum interdum quidem bene; ſed ſaepius male,

et noui exempli textus esse videtur. — Hanc autem repetiit *tertia* *) *Aldina* 1524. 8. in paucis locis vel vitio typographorum vel correctoris manu et arbitrio dissentit. Vtraque penes me est; editioni vero III. deest epistola Aldi latina; sed Herodoti et Plutarchi vitae Homeri praemissae sunt. — Aldinam secundam mere repetiit *Iuntina* 1519. 8. —

Demum curabantur *editiones* cum *scholiis minoribus*. *Scholia* enim duplicis potissimum sunt generis, quoad cum contextu vulgantur: altera, quae vulgo quidem, at falso tribuuntur *Didymo* cuidam; altera *Eustathii*, de cuius copiosis commentariis mox plura dicemus. Priora autem scholia non esse *Didymi*, siue grammatici illius Alexandrini, qui sub Augusto imperatore floruit, siue iunioris cuiusdam, itidem Alexandrini; neque ex solis Didymi commentariis; sed ex Didymo multisque aliis παλαιοῖς καὶ νεωτέροις, Aristarcho, Zenodoto, Cratete aliisque haud paucis, qui recensuerant Homeri carmina, aut obseruationibus grammaticis criticisue illustrarunt, de quibus ad Fabricium copiose disputatum est, multis forte post Didymum saeculis collecta, hodie satis demonstratum est, vide post *Fabricium* lib. II. cap. 3. pag. 386. sqq. *Augusti Guil. Ferberi* diss. philol. scholia graeca in Homerum, quae Didymo vulgo tribuuntur, generatim lustrans. Helmstadii 1770. 4. Illa

*) Tertia potius est Aldina schol. *Didymi*, opera Franc. Asulani. Venet. 1521. — 1528. 8. II. vol. v. ad Fabric. pag. 389. not. e. et pag. 415. et quae ipse paullo post adtuli.

4. Illa tamen ſcholia non ſunt cuncta eiusdem pretii atque auctoritatis. Primum, ea, in quibus ſingula verba grammatice exponuntur, ſunt leuia et gloſſae, quae auctorem quemdam ſeriorem habuiſſe videntur; ea, vero, quae res et ſententias poetae explicant, ſunt meliora ad interpretationem atque intelligentiam locorum, atque ex collectione variorum ſcholiorum excerpta. Deinde epitimator ab initio frequentius atque diligentius excerpſerat: circa medium carmen defecit eius ſtudium in compilandis exegeticis interpretationibus: ſub finem, omiſſis melioribus ſcholiis tardus iſte homo gloſſas tantum adleuit codici ſuo.

Homeri igitur *opera* cum interpretatione *Didymi*, (ſi fides habenda eſt catalogo cuidam Osborn.) primum prodiit Baſil. 1531. fol. — Certior et notior eſt editio: *Hom. Ilias et Odyſſea*, graece, cum vett. graecis ſcholiis, *Ioach. Camerarii*, Baſileae apud Io. Heruagium. 1535. min. fol. Calci adhaeret *Adnotatio locorum*, *quibus Aldino*, *quod fere ſequuti ſumus, cum Florentino non conuenit.* — *Hom. Ilias.* Louanii a Bartholomaeo Grauio. in calce: Louanii ex officina Rutgeri Reſcii *quarto idus Oct. 1535, ſumtibus eiusdem ac Barthol. Grauii.* — *Hom. Vlyſſea, Batrachom. Hymni XXII.* — ibid. *prid. Id. Auguſti.* M. D. XXX. gr. in 8. conf. Literariſches Wochenblatt. Norib. 1770. tom. II. pag. 33. ſq.

Claſſica, caſtigata, et cum codd. Venetis collata eſt editio: *Hom. Opera*, ab *Anton. Francino*, Venetiis apud Luc. Anton. Iuntam. II. tom. gr. 1537. 8. — *Homerus* cum ſcholiis minoribus gr. diligenti opera *Iac. Micylli* et *Ioachimi Camerarii*,

recognitus cum *Porphyrii* Opuſculis: (n. quaeſtionibus homericis et de antro Nympharum,) Baſil. apud Io. Heruagium 1541. fol. min. ſiue 4. magn. (Textus eſt repetitus ex edit. 1535.) — rec. Baſil. 1543. et adiecta Batrachomyomachia, 1551. fol. II. voll. 1557. fol. — *Hom. Opera* cum commentario ſpiſſo *Spondani*, Romae 1542. fol. (ſecundum catal. Osborn. a. 1753.) — De romana ed. cum commentariis *Euſtathii* poſtea ſermo erit. — *Hom. Opera, quae exſtant, omnia*, graece, adiecta verſione latina ad verbum ex diuerſis doctiſſimorum virorum translationibus concinnata. Baſileae, per Nic. Brylingerum et Barthol. Calybaeum. 1551. fol. — repet. (niſi primi folii tantum facta ſit renouatio,) ibid. 1553. fol. — Ex *Io. Criſpini* typographia a. 1560. et deinceps crebrius modo graece, modo adiecta latina verſione prodierunt *Homeri opera*. — Primam Crispini editionem in Iliade ſequutus eſt; in Odyſſea autem graeca ſaepe deprauata, potiſſimum latina in vtroque carmine, correxit, aliaque addidit *Sebaſt. Caſtalio*, Baſil. per Nic. Brylingerum, 1561. fol. — item ibid. 1567. fol. apud heredes *Brylingeri*.

Nouam curam in emendando *Iliados* textu adhibuit *Adr. Turnebus*, Paris. 1554. 8. graece: quae editio baſis facta eſt aliarum. Num, quod *Maittaire* in Annal. typogr. tom. III. part. II. pag. 647. ſuſpicatus eſt, *Odyſſea* fuerit adiecta, equidem ignoro.

Nouam editionum claſſem duxit *Henr. Stephanus*, qui multa correxit ex vetere quodam codice atque Euſtathii commentario, (vt ipſe quidem in praefatione iactitauit,) varias lectiones adſperſit margini,

margini, plures vero vna cum coniecturis atque expositionibus in subnexis notis protulit *Henr. Stephanus*, in praeclaro raroque opere: *Poetae graeci principes heroici carminis etc.* tom. I. graece, 1566. fol. — Stephanianam in graecis, et Crispini edd. in latinis est sequutus, additis breuibus paucisque scholiis, cum criticis tum maxime grammaticis, *Ob. Giphanius* Argentorati apud Rihelium. Binae autem exstant edd. cum eadem epistola dedicatoria: prior est elegantior venustiorque, et dedicatio scripta est A. D. XIIII. Kal. April. nulla anni mentione facta: in altera minus venusta editione fini dedicationis additur: Argentorati XIIII. Kal. Aprilis A. D. cIↃIcLXXII. 8. (v. *Literarisch. Wochenblatt*, tom. II. pag. 34.)

Hom. quae exstant omnia, graece, cum versione latina et perpetuis *Io. Spondani* commentariis. Accesſ. *Pindari* Epitome Iliados, latinis versibus et *Daretis* Phrygii de bello Troiano libri. Basil. apud Euseb. Episcop. 1583 fol. — repet. ibid. apud Henr. Petr. 1606. fol. — gr. et lat. Aureliae Allobrog. in *Iac. Lectii* corpore poetar. graecor. 1606. fol. pag. 1 — 444. Missis aliis haud paucis, sequitur venusto illa quidem habitu externo induta, at propter interna vitia et maculas aliorumque reprehensionem satis famosa:

Homeri Ilias et Odyssea, et in easdem scholia siue interpretatio Didymi cum latina versione accuratissima, indiceque graeco locupletissimo rerum ac variantium lection. Accurante Cornel. Schreuelio. Amstelod. ex offic. Elzeuiriana 1656. 4.

Haec enim splendide mendax editio scholia habet contra priorum editionum fidem, detorta,

 mutilata

mutilata et permultis additamentis deprauata, vt vehementer conquesti sunt *Mericus Casaubonus* in diatriba de nupera Homeri editione ad I. G. Graeuium, Londini 1659. 8. et Cantabrigienses in praefatione ad suam praestantem et ad Stephanianum aliaque optima exempla castigatam multoque meliorem *Iliados editionem*, Cantabr. 1689. 4. gr. et lat. cum scholiis gr. ad veterum editionum fidem recensitis, variis lectionibus, coniecturis et castigationes in scholia, denique cum indice suppositorum scholiorum a Schreuelio insertorum: iidem editorem in calce adiunxerunt alia quaedam scholia graeca, eaque vetusta, a. 1518. excerpta ex optimo codice ab Aloysio Alemanno, quae margini Florentinae Homeri editioni a. 1488. fol. adscripta fuerunt.

Ὁμήρου Ἰλιὰς καὶ εἰς αὐτὴν σχόλια ψευδεπίγραφα Διδύμου. gr. Oxoniae e theatro Sheldon. 1695. 8.

Nitida correctaque est editio: *Hom. Opera graeca* ad principem H. Stephani, vt et ad Demetrii Chalcondylae edit. atque ad cod. MS. excussa, curante *Io. Henr. Lederlino* et, post huius mortem, absoluente et praefante *Steph. Berglero.* Amstel. 1707. 12. II. voll. conf. *Burmanni* II, praefat. ad Berglerianam Aristophanis editionem pag. 6. sqq.

Nouam quodammodo instituit recensionem, atque editionem e MSS. et edd. emendatiorem, satisque bonam et splendidam editionem, in qua tamen Berglerus in censura in Actis Erudit.. Lips. a. 1712. pag. 3. sqq. 54. sqq. 308. sqq. et alii critici multa culparunt, curauit *Barnesius*:

Ὁμήρου —

Ομήρȣ — *Homeri Ilias et Odyſſea, et in easdem ſcholia, ſiue interpretatio veterum. Item notae perpetuae in textum et ſcholia, variae lectiones etc. cum verſione latina emendatiſſima. Accedunt Batrachomyomachia, hymni et epigrammata, vna cum fragmentis et gemini indices. Totum opus cum plurimis MSS. vetuſtiſſimis et optimis editionibus collatum, auctum, emendatum et priſcae integritati reſtitutum. Opera, ſtudio et impenſis Ios. Barnes. S. T. B. in academia Cantabrigia regii graecae linguae profeſſoris.* Cantabrigiae. 1711. 4. II. voll.

Splendida editio, ad deguſtanda aliquantum ſcholia, quae hinc inde excerpta ſunt, ad comparationem Homeri cum Virgilio, nec non ad intelligentiam poetae multo melior, quam Barneſiana, (quae tamen baſis eſt,) hinc inde, at rarius diſceſſione ab illa facta, Clarkiana eſt. Primum comparauit *Homeri Ilias gr. et lat. Annotationes — ſcripſit atque edidit Samuel Clarke.* S. T. P. Londini, vol. I. 1729. vol. II. poſt mortem patris filii cura 1732. 4. v. Acta erudit. Lipſ. 1732. pag. 97. — edit. II. minus nitida minusque correcta, quam prior, ibid. 1754. 4. — *Hom. Odyſſea, gr. et lat. Item Batrachomyom. hymni et epigrammata, Homero vulgo adſcripta. Edidit annotationesque, ex notis nonnullis msstis a Sam. Clarkio, S. T. P. defuncto relictis, partim collectas adiecit Sam. Clarke. S. R. S.* vol. I. II. Londini 1740. 4. repet. ibid. 1754. IV. tom. II. voll. 4. — 1760. 4. IV. voll. et 1779. — Multa tamen in hac editione, cui pater Clarkius, 1729. defunctus, vltimam limam adhibere non potuit, deſiderant viri eruditi. — Textus vero, a Clarkio formatus, aliquoties

ties repetitus eſt. Parabilis eſſet editio, ſi minus ſcateret vitiis typographicis, Hageriana: *Hom. Opp.* gr. et lat. opera *I. G. Hageri*, *Ilias*, Chemnitii, vol. I. 1745. repet. 1767. vol. II. 1753. et duo voll. 1778. 8. — *Odyſſea etc.* ibid. 1776. 1777. 8. II. voll. 1785. 8. — Multo autem correctior (ſingulas enim plagulas docti correctores ſexies, antequam reliquerant praelum, ab operarum peccatis mendisque purgarunt,) atque ſplendido habitu externo ornata eſt editio ex Clarkiana a. 1729. expreſſa: Της τȣ ὁμηρȣ ἰλιαδος, ὁ τομος πρoτερος. — ὁ τομος δευτερος, Glasguae, in aedibus academicis, excudebant Robertus et Andreas Foulis; academiae typographi, 1756. fol. —— Της τȣ ὁμηρȣ ὀδυσσειας ὁ τομος πρoτερος. —— et ὁ τομος δευτερος, cui reliqua, quae vulgo tribuuntur Homero, ſunt ſubiecta, ibid. 1758. fol. IV. voll. —— Clarkiana tamen editio in Germania non aeque quidem venuſte, at multis egregiisque dotibus atque ornamentis aucta, eſt recuſa:

ὁμήρȣ ἅπαντα, h. e. *Homeri opera omnia, ex recenſione et cum notis Samuel. Clarkii S. T. P. Acceſſit varietas lectionum MS. Lipſ. et edd. veterum, cura I. Aug. Erneſti, qui et ſuas notas adſperſit.* Lipſiae 1759 — 1764. mai. 8. V. voll.

Lectiones varias, nec tamen omnes, adpoſuit et in notis quaedam, ad meliorem poetae intelligentiam vtilia, adtulit Erneſti: ſed ipſe vidit vir quondam eruditiſſimus acutiſſimusque, multo plura ad abſolutam editionem curandam praeſtari debere: atque ingenue faſſus eſt, ſe futuro editori materiam tantum colligere. Batrachomyomachiae ſuam ſolam ſubiecit adnotationem. Volumen

quintum

quintum continet hymnos, epigrammata et fragmenta, quae Ernesti ipse recensuit, iisque varr. lectiones suasque notas, exclusis alienis, adiecit: praeter ea addidit Plutarchi vitam Homeri et de Homeri poesi, incerti auctoris, tum triplicem indicem. De Clarkio — Ernestina editione aperte periteque iudicat cel. *Heyne* in praef. supra memorata ad *Tychsenii* comment. de Quinti Smyrnaei Paralip. Homeri, Gottingae 1783. mai. 8. — *Hom. Opp.* gr. et lat. ad optimas edd. expressa, Basil. 1779. 8. II. tom. edit. nitida est.

Correcta est editio et noua quodammodo recensio, quam curauit cel. *Frid. Augustus Wolfius*, Professor eloquentiae in vniuersitate litterarum Halensi: *Hom. Odyssea, cum Batrachom. hymnis et ceteris poematiis, Homero vulgo tributis, etiam nuper reperto H. in Cererem, ad exemplar Glasquense in vsum scholarum diligentissime expressa.* Halae sax. Part. I. II. graece 8. 1784. — — *Ilias* — gr. part. I. II. ib. 1785. 8. sine notis, praefixa *Ludolphi Küsteri* Historia critica Homeri.

Cum Ilias, tum Odyssea, separatim, eaeque modo graece, modo gr. et lat. modo cum notis aut scholiis veteribus; nec non quaedam tantummodo ex vtroque carmine particulae, sunt saepius formulis typographicis descriptae, quas in *Fabricii* B. Gr. vol. I. pag. 421. sqq. et pag. 432. enumeraui. Inter has eminet opus praestantissimum et a multis quondam desideratum: ὁμηρȣ ἰλιας συν τοις σχολιοις. *Homeri Ilias, ad veteris codicis Veneti fidem recensita. Scholia in eam antiquissima ex eodem codice aliisque nunc primum edidit*

cum asteriscis, obeliscis aliisque signis criticis, *Io. Baptista Caspar d'Ansse de Villoison.* 1788. Venetiis, typis et sumt. fratrum Coleti. fol. Scholia hic primum vulgata multum faciunt ad historiam veterum criticorum atque interpretum, variarum recensionum antiquissimarum atque ipsius poetae carminumque criticam rectius cognoscendam, atque cel. *Villoisson* in doctissimis prolegomenis de signis notisque veterum criticis, de codicibus, ex quibus illa scholia descripta sunt, Venetis et antiquis ibi memoratis criticis atque interpretibus aliisque multis rebus antiquariis ac litterariis copiose agit.

Didymi siue minora scholia etiam separatim publicata sunt: primum Σχόλια παλαιὰ τῶν πάνυ δοκίμων εἰς τὴν ὁμήρȣ ἰλιάδα, Romae 1717. fol. Didymi nomen non indicatum est. Tum cum *Porphyrii* opusculis, Venetiis in aedibus Aldi et Andreae Asulani soceri, in Iliada 1521. 8. in Odysseam ib. 1528. (vna eademque est editio, nec duae sunt in vtraque carmina scholiorum editiones: id quod *Goensius* in praefatione ad Porphyrium de antro Nympharum pag. XVI. sqq. praeclare ostendit.) Habeo quoque Διδύμȣ τȣ̃ παλαιοτάτȣ εἰς τὴν ὀδησσείαν ἐξήγησιν, Paris 1530. 8. Num etiam scholia in Iliada ibidem typis expressa sint, definire nequeo. Denique ὁμήρȣ ἐξηγήτης, Homeri interpres, graece subiunctis Porphyrii libellis, cum indice locupletissimo, Argentorati per Wendelinum Rihelium, 1539. 8. Alia quoque Porphyrii, Andronici, Tzetzae, et incertorum supersunt scholia, paraphrases, et metaphrases etc. in Iliadem non minus quam Odysseam partim

tim adhuc inedita, quae copiose sunt recensita in *Fabricii* B. G. II. 3. §. 12. sqq. Memoramus tantum *Emmanuelis Moschopuli*, Byzantini, qui tempore captae a Turcis Constantinopoleos, Graecia relicta, in Italiam profugit, scholia paraphrastica in libr. I. et II. Iliados, quae *Io. Scherpezelius* 1702. 8. publici iuris fecit, (et cum nouo titulo Traiecti ad Rhen. 1719. 8.) cum textu, animadversionibus et Camerarii commentario; tum *Ludou. Caspar. Valkenarii* libellum egregium inscriptum: Hectoris interitus carmen Homeri, siue Iliadis liber XXII. cum scholiis vetustis Porphyrii at aliorum, quae hucusque inedita, nunc primum e codice Leidensis Bibliothecae euulgauit L. C. Valck. Accessit eiusdem diss. de praestantissimo codice Leidensi et de scholiis in Homerum ineditis, in calce Virgilii collatione scriptorum graecorum illustrati opera Fuluii Vrsini, a Valkenario iterum editi, Leowardiae 1747. 8. qui etiam scholia ad Homerum inedita ex cod. Vossiano fini edit. suae Ammonii adiecit. Anonymi, ipso Eustathio antiquioris, scholia, quae ex bibliotheca D. Marci Veneta cum latina versione edidit *Anton. Bongiovanni*, Venet. 1740. 4. — Ex cod. Leidensi desumta est: *Homeri Iliadis lib. I. et II. cum paraphrasi graeca hucusque inedita, et Graecorum veterum commentariis magnam partem nunc primum in lucem prodeuntibus. Edidit, notas in Paraphrasin, scholiorum emendatorum specimen et alia quaedam adiecit Ev. Wassenbergh.* Franeckerae 1783. 8. — Τȣ Τζετζȣ τα προ ὁμηρȣ, τα ὁμηρȣ και τα μεθ ὁμηρον ἐν συντομῳ ἐκδοθεντα. *Ioannis Tzetzae Carmina Iliaca nunc primum e cod. Augustana*

ſtano edidit Gottlob Benedict. Schirach. Halae 1770. 8. adde cl. *Tychſen* in Bibliothek der alten Litteratur vnd Kunſt, part. IV. inedit. I. — Memorabo adhuc *Initia homerica* ſiue Excerpta ex Iliade Homeri, cum locorum omnium graeca metaphraſi ex codd. Bodleianis et noui collegii M. S. S. maiorem in partem nunc primum edita. Edidit *Th. Burgeſſ. A. M.* Londini 1789. 8.

Euſtathius, Archiepiſcopus denique Theſſalonicenſis, valde copioſos, atque eruditos, licet nugis grammaticis atque etymologicis mire repletos commentarios in Iliada atque Odyſſeam conſcripſit, qui primum Romae III. Vol. machinis typographicis exſcripti ſunt, cum textu Homeri: Ἐυςαθίου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονικῆς παρεκβολαὶ εἰς τὴν Ὁμήρου Ιλιάδα, Romae 1542. fol. — εἰς τὴν Ὀδυσσείαν, ib. 1549. index Matth. Deuarii, ib. 1550. — Baſil. apud Hieronym. Frob. 1560. fol. II. Vol. Nouam Euſtathii editionem molitus eſt *Alexander Politus*, cum verſione latina notisque perpetuis et ſuis et Antonii M. Saluini; ſed tres tantum tomi Florent. 1730 —— 35. qui quinque priores Iliacos continent libros, lucem viderunt. Primo quoque tomo praemiſſum eſt *Aſcanii Perſii* indicis in Homeri poemata ſpecimen, Bonon. 1597. editum. — Ex Euſtathii commentariis longiora excerpta cum contextu Homeri gr. at ordine librorum non ſeruato, edere coepit cl. *Mueller*, Rector ſcholae prouincialis Miſen. in Saxonia: *Homeri Iliados, rhapſodia A. ſiue liber primus*, cum excerptis ex Euſtathii commentariis et ſcholiis minoribus in vſum ſcholarum ſeparatim edidit *Io. Auguſt Mueller.* Miſenae 1788. mai. 8. — *Rhapſodia*

pſodia φ. ſiue liber XXI. ibid. eod. anno. — *Rhapſodia χ.* ſiue lib. XXII. ibid. 1789. — *Rhapſ.* B. ſiue liber II. ibid. 1790.

Batrachomyomachia cebro ſeparatim aut aliis iüncta, edita fuit. (v. Fabr. B. Gr. vol. I. pag. 338. ſq.) Princeps eſt, quae gr. ac lat. prodiit ſaec. XV. in 4. ſine vlla nota. graece (impreſſa lineis rubris et nigris alternis) Venetiis per *Laonicum Cretenſem* a. 1486. ſecundum Fabricium in 4to ſecundum Maittarium in 8. (quoniam forma in 4. min. cum forma in mai. 8.. ſaepe confunditur.) Hic vero de illa editione non ſolum adcuratam dedit notitiam, ſed eam quoque eadem forma iisdemque lineis repetiit, atque inſcripſit:

Batrachomyomachia, Graece, ad veterum exemplarium fidem recuſa; gloſſa graeca; variantibus lectionibus; verſionibus latinis; commentariis et indicibus illuſtrata, Londini 1721. 8.

Inſunt in hoc libello: notitia MStorum et editionum; variae de B. auctore ſententiae; Batr. gr. cum gloſſ. ad ed. Venet. 1486. Eadem gr. ad edit. Florent. 1488. gloſſemata alia gr. numquam edita; variantes lectiones; B. verſibus latinis Car. Aretini et Franc. Villerii. Comment. ex variis editionibus. Amplior editionum gr. et lat. quas haec exhibet, notitia. Annotationes editoris. — Recentiores ſunt edd.

Batrach. gr. cum indice gr. lat. edidit *Chriſt. Tobias Damm.* Berol. 1736. Idem Damm edidit Batrachom. gr. cum notis german. 1735. 8. Batr. oder Homers Krieg der Frösche und der Mäuſe, gr. et germanice, Petroburgi 1771. (interprete Willamouen). — *Hom. Batrach.* e recenſione et

cum

cum notis I. A. Ernesti — recudi curauit, suisque notis auxit *Io. Adam Schier.* Lipsiae 1765. 8. — *Die Batrachomyomachie und Galeomyomachie, griechisch, mit einer Einleitung, Anmerkungen, und einem Wortregister für junge Leute, von August Christian Borbeck,* (in praesenti Professor Duisburgensis,) Lemgou. 1789. 8.

In linguas varias saepius translata sunt Homeri carmina; at impari successu, nec quisquam omnes elegantias, et veneres poeticas vimque graecam adsequi aut reddere potuit. Ipsa Popii, qui omnium optime vertit, interpretatio anglica graeco sermone multo inferior est. Nostri enim mores, linguae, ciuitatum, vitaeque et cogitandi ratio ab vltima illa infantia vitae humanae et linguae atque heroica illa aetate longissime differunt. Galli quidam Homerum vel nostra aetate suae linguae et elegantiae adcommodaturi, lepidum sane et paene ridiculum poetam saepe effinxerunt. Neque Germani, quorum tamen linguae ratio propius, quam Gallorum, ad graecae linguae indolem adcedit, interpretationem, quae omne tulisset punctum, huc vsque fecerunt. Atque parum abest, quin *Nathan. Gottfr. Leskii* sententiae subscribam, qui in commentatione quadam singulari, Lipsiae 1772. 4. *Homeri versionem germanicam non esse probandam*, ostendere studuit. Interim *Burgerus, Vossius* et *Comes de Stollberg* specimina versionis Homeri germanicae probabilia dederunt. Iuuat tamen quorumdam interpretationes hic indicare: plures variarum nationum ac linguarum indicaui ad Fabr. B. Gr. I. pag. 433 sqq.

Odyssea,

Odyssea, das seind die allerzierlichsten und lustigsten 21. B. des eltisten Kunstreichsten Vatters aller Poeten Homeri von der zeheniärigen Irrfart des Weltweisen Kriechischen Fursten Vlyssis beschrieben vnd erst durch Maister Simon Schaidenreisser, genant Mineruium, diese Zeit der Statt Munchen Stattscreiber, mit Fleiss zu Teutsch transferieret, mit Argumenten vnd kurzen scholiis erklaert, auch mit Beschreibung des Lebens Homeri gemeret, nit vnlustig zv lesen. Augspurg 1537. fol. cum tabulis ligno incisis. — Der Froesch- vnd Mäuse-Krieg, ein Heldengedicht. Aus dem Griechiscen mit Anmerkungen von *Theoph. Coelestin. Piper*, Stralsund vnd Eisen. 1776. 8.

Homers Iliade, a Küttnero, Lipsiae 1771. 1773. 1781. 8. a *Comite Frid. Leopold de Stollberg*, ed. II. Flensburg 1781. mai. 8. II. voll. — *Odyssee von I. H. Voss.* Hamburg. 1781. mai. 8.

L'Iliade d'Homeri, traduite en François, avec des remarques. Par Madame *Dacier*. Nouv. ed. Tom. I — III. Amstel. 1712. 12. — l'Odyssée, Tom. I — III. ibid. 1717. 12. Amstelod. 1731. 1737. VII. 12. Iustam quidem meret laudem haec interpretatio, attamen nimis loquax est et quasi diluta. In animaduersionibus docta femina est copiosa, allegorias tamen plus iusto amat. Recentiores versiones gallicae cum obss. sunt *Rochefortii*, Paris 1772 — 1777. mai. 8. IV. voll. — *Gin*, ibid. 1789. III. voll. 8. — *Bitaubé*, tertium correctius edita Paris, Iliados, 1780. III. tom. mai. 8. Odysseae ibid. 1785. III. tom. etc.

The

The Iliad of Homer. translated by Mr. *Pope*, Vol. I — VI. Lond. 1751. fol. min. The Odyſſée. Vol. I — V. ib. 1725. 4. mai. ibid. 1768. V. voll. 8. et ſaepius. Fuerunt, qui hanc interpretationem vel graeco ſermoni, at immerito, praeferrent: quamquam a nemine et elegantia et vi verborum ac ſententiarum ſuperatum fuiſſe, omnes contra multum viciſſe Popium, haud diffiteamur. In commentationibus additis Pope egregie explicat Homerum.

The Iliad of Homer. Translated by *James Macpherſon*, II. Vol. 4. mai. Lond. 1773. Multos habere dicitur naeuos, multas quoque virtutes. *Italice* verſa carmina ab *Ang. Mar. Riccio*, Flor. 1723. 8. Patau. 1742. 1760. 8.

Della Iliade d' Omero transportata in Ottaua Rima da *Giov. del Turco*, Tom. I. II. 4. Florent. 1767. In parte I. tom. I. primum Homeri carmina examinantur: tum de Graecia, de vita et ſcriptis Homeri, et de iis, quae ad intelligentiam poetae meliorem faciant, quaedam non vbiuis ſubtiliter atque adcurate disputantur. Pars II. continet primum Iliados librum in 129. ſtrophas conuerſum, additis notis grammaticis aliisque parum eruditis. Num plures tomi ſecundum exceperint, non comperi. — *Ilias* cum Batrachom. per Ab. Chriſtoph. Ridolfum. Venet. 1776. II. tom. 8. — Odyſſea per Ios. Bozoli, Mantuae 1778. IV. tom. 8. — *Ilias* verſibus, qui dicuntur *ſciolti*, per *Ab. Melchior Ceſarotti* cum obſervatt. Venet. et Paduae, tom. I — III. 1786 — 1788. Omnes vero verſiones recenſere ab meo alienum eſt inſtituto.

Homeri

Homeri Ilias, latinis verſibus expreſſa, a *Raimundo Cunichio*, Raguſino, Prof. eloq. et gr. linguae in Colleg. Romano. — Romae 1776. fol. laudatur verſio.

4. Si de quo ſcriptore in vtramque partem disputatum fuit, id ſane Homero euenit: cui neque intemperantes laudatores, neque immodici vituperatores ab omni tempore defuerunt. De Zoilo et aliis veteribus Homeri reprehenſoribus, (de quibus v. *Fabricium* B. Gr. II 7. 8. 10 ſqq.) et de recentioribus illorum adſeclis, Perralto, Mottée, Vagerio, Terraſſonio, Tremblaeo aliisque optimi poetae obtrectatoribus, quoniam nimis longum foret, omnia enarrare, *) hic nihil amplius commemorabo. Omnis vero antiquitatis fidem frangit et deſtruit Abbas *Franciscus Hedelin à Aubignac*, (cui ſuffragatur Perraltus, cenſor Homeri vitio creatus,) in Conjectures academique ou diſſertation ſur l' Iliade (Paris 1715. 12) dum contendit, nullum vmquam extitiſſe Homerum, qui poeta et carminum illorum celebrium auctor fuiſſet. Poemata contra, quae Ilias et Odyſſea vocantur, collectionem eſſe putat diuerſorum Carminum aut Tragoediarum, quae in Graecia antiquitus decantata fuiſſent, nec carmina ea, quam conſequuta eſſent, laude digna ſibi videri. At

*) v. Merkwürdigkeiten zur Geſchichte der Gelehrten, und beſonders der Streitigkeiten derſelben vom Homer bis auf unſre Zeiten, aus dem Franzöſiſch. Part. II. pag. 142 ſqq.

At haec ſomnia relinquamus Heroſtrato iſti critico.*) Veteres enim graeci et latini iam ſummis laudibus proſequuti ſunt Homerum, et maxime idoneum, cenſuerunt Romani, a quo inſtitutionem ac diſciplinam inciperent. (v. *Quinctil.* Inſtitut. X. 1. ſ. 46) Summi viri, poetae, oratores, hiſtorici, ex eius carminibus, tamquam ex fonte hauſerunt, atque Phidias et Euphranor formam et maieſtatem Iouis ab illius ſublimi Iouis pictura poetica in ſua monimenta transtulerunt. v. loca apud Barthelemy l. c. pag. 71 ſqq. vbi de vi, elegantia reliquisque eius virtutibus poeticis iucunde venuſteque diſſerit. *Ariſtoteles* praecepta poeſeos potiſſimum ab eo ſumſit, et tamquam ex fonte vnico et limpidiſſimo hauſit: vt veterum non minus quam recentiorum quorumdam vel ſuperſtitioſum Homeri amorem et, paene vt dicam, cultum religioſum praetermittam. Verſus Homericos tamquam ſortes diuinas et oracula conſuluerunt: vide *C. G. Schwarz* diſſ. de ſortibus poeticis; quae eſt prima earum, quas Erlangae 1778. 4. coniunctim edidi. At

Iliacos extra muros peccatur et intra.

Diuinum fuit Homeri ingenium, omnibus naturae et artis ad ſummum poetam praeſidiis inſtructum, ſumma rerum copia, et imaginum, ſimilitudinum, ac verborum vbertas, cuius ope ſermonem indoli cuiusque, quem inducit agentem loquentemque

*) conf. Nouvelles litteraires 1715. Goujet biblioth. franc. Tom. IV. p. 104—107. Niceron Nachrichten von den Begebenheiten und Schriften berühmter Gelehrten, Vol. 4. p. 312.

quentemque, apte et morate adcommodat. „Hic enim, (vt *Quinctil.* Instit. Or X. 1. 46. recte ait) quemadmodum ex oceano dicit ipse omnium vim fontium cursum initium capere, omnibus eloquentiae partibus exemplum et ortum dedit. Hunc nemo in magnis sublimitate, in paruis proprietate superauerit. Idem laetus ac pressus, iucundus ac grauis, tum copia, tum breuitate mirabilis, *nec poetica modo, sed oratoria virtute eminentissimus* etc." In Aegypto procul dubio aliquantum commoratus, ibique siue arcana doctrina imbutus siue theologiam alicunde arripiens, quum in patriam rediisset, suaque carmina pandere coepisset, multa ex Orphei et populari philosophia ac theologia retinuit, multa ex orientali doctrina populari theologiae admiscuit, nec pauca ad carmina illuminanda confinxit. Quo factum est, vt nouum quasi condere videretur systema theologiae: in cuius quidem rei, et inuentione et amplificatione poetae ingenium quam maxime splenduit. Neque vero probabile est, vt nonnulli viri docti putarunt, Homerum ex scriptura sacra vel multa vel omnia hausisse. Nam stili conuenientia ex ingenio atque indole illius temporis communi, cômmoratione Homeri in Aegypto et ingenii vbertate ac fecunditate considerari atque intelligi potest Poeta vero quum summam auctoritatem mox consequutus esset, et posteri ea, quae ille ornatus caussa fingeret, vel parum intellexissent vel lucri aut consuetudinis caussa haud ex mente poetae interpretati essent, (neque enim allegorias illas infinitas, quas Plato, Porphyrius et innumeri paene alii nostro poetae adfinxerunt, in illo videre mihi videor;

quamquam ſacerdotes Aegyptiaci et myſteriorum conditores ſub allegoriis res diuinas et abſtruſas docuiſſe ſenſuique humano adcommodaſſe atque ſubieciſſe haud diffiteor,) factum eſt, vt illius theologia ab omni paene Graecia reciperetur, atque ſecundum vulgarem, licet peruerſam, Homeri interpretationem verum eſſet, illum coelum diis compleuiſſe. Poetae enim quid fingere non audent, immo vero debent? Sed hic locus non eſt, pluribus de hoc argumento diſſerendi, et mentem meam latius expoſui in commentatione de theologia Homeri, (in Opuſculis meis pag. 387—448.) in qua tam contra Zimmermannum in Muſaeo Heluetico Tom. VII. part. 26. disp. de Religione Homeri, et Riccium in diſſ. Homericis oſtendere ſtudui, Fatum Homero fuiſſe ſummum numen, et Iouem illo inferiorem, quam de ortu et auctoritate theologiae ac philoſophiae Homericae ſatis copioſe disputaui. Ad Fabricium pag. 529 ſqq. iterum et vberius de ea re et controuerſia egi. — Porro Homerus, quod non vbiuis veram reliquiſſet hiſtoriam, nec adcuſationem meruit, nec, quoniam res ab heroibus geſtas poſt aliquot ſaeculorum interuallum ſcripſiſſet, (v. Obſeru. miſcell. crit. Vol. X. tom. 3 pag. 337.) eguit excuſatione: quippe qui poeta eſſet, non Annalium conditor: quamquam verum eſt, poetas antiquiſſimos itentidem fuiſſe hiſtoriae ac philoſophiae patres, ſcriptores atque conſeruatores. Item verecundia poetae ex ingenio et e moribus aetatis heroicae diiudicari debet. Qui vero Homerum plenius et curatius intelligere, eiusque diuitias veneresque cum voluptate quadam animi

cogno-

cognoſcere cupit, is omnes cogitationes omnemque mentem et ad antiquiſſima illa tempora referat et quaſi in Ioniae, vbi ſcripſit, oris figat et locet neceſſe eſt. Denique ob carminis ipſius epici naturam et lucidum ordinem non minus quam molem libri ſatius mihi eſſe videtur adfirmare, Homerum ipſum litteras conſignaſſe carmina, et manu ſua exarata tradidiſſe ſiue Lycurgo, vt *Dodwell* putauit pag. 153. auctoritate Timaei, Apollodori, Strabonis atque Clementis Alexandri fultus, ſiue aliis; ſiue, vniuerſe vt potius dicam, poſteris reliquiſſe, quam vt cum Woodio (v. Prolegg. §. 5.) aliisque contendam, Homerum ſcribendi modum ignoraſſe, eiusque carmina ad id temporis, quo, quum antea diſperſa et quaſi membratim disiecta iacuiſſent, primum collecta in ordinemque redacta fuiſſent, per traditionem fuiſſe conſeruata. Homeri quidem Rhapſodi (de quibus *Küſterus* in hiſtoria critica Homeri pag. 86 ſqq. *Fabricius* B. G. II. cap. 2. ſect. 22. et *Dreſigius* in ſingulari commentatione Lipſiae 1733. diligenter egerunt, adde Bachium ad Xenoph. Sympoſ. pag. 130.) dum particulas abſciſas decantarunt, in cauſſa fuerunt, cur et corpus in diſcerpta quaſi membra ſubinde diſſectum fuiſſet, et multi panni, venuſto habitu toto quam maxime indigni, ſint adſuti: quos quidem viri docti ac principes ciuitatum, Lycurgus, Solon, (vid. *Diog. Laërt.* Solon. Libr. I, n. 57.) aliique et ſagaces critici abiicere et totum Homerum priſtinae venuſtati ſuaque integritati reſtituere, diligenter ſtuduerunt. Varii enim principes et critici *συναγωγὴν* Homericorum ſcriptorum, atque *ἐκδώσεις*

 curarunt

curarunt aut inſtituerunt. Memorantur vero a veteribus (confer Dodwell libr. memor. pag. 153 ſqq.) Lycurgus, Spartanorum legislator, Piſiſtratus, (de quo vide Cicer. III. de Oratore 34.) eiusque filius Hipparchus, Athenienſium tyranni, Ariſtoteles (ſiue ſecundum Strabonem XIII. p. 594. Calliſthenes et Anaxarchus) cuius editio *ἐκ τῆς νάρθηκος* adpellabatur, quod Alexander M. eam in narthecio, inter ſpolia Perſica accepto, reconditam ſecum circumduxiſſe dicitur, Zenodotus, Ariſtarchus, ſeuerus ille criticus, qui plures verſus obelo notauit, et tamquam ſpurios reiecit, aliique, de quibus v. *Fabric.* B. G. II. 2. ſect. 11 — 21. quorum recenſiones operamque ex ſcholiis Venet. a Villoiſonio editis melius cognouimus. Inde vero perſpici poteſt inſignis multarum lectionum varietatis cauſſa atque origo. Homerus vero, etſi ſumma laude digniſſimus eſt et cuilibet antiquitatis ſtudioſo non ſatis commendari poteſt, tamen ab infirmitate humana non alienus interdum dormitauit. Non placent omnes Heroibus adficti ſermones, interdum iuſto longiores, nec omnes deorum dearumque actiones, quamquam hac in re excuſari poterit, nec exitus Iliados. Morte enim Hectoris placata fuit Achillis ira; nec quisquam poeſeos epicae intelligens certamina illa funebria ab Achille in honorem Patrocli ſui inſtituta et late deſcripta exſpectaret. Sed ſatis de Homero, qui ab omni aetate ſumma ingenia in ſui admirationem atque imitationem rapuit, et, quoniam pater poeſeos ac fons veterum ſapientiae, immo vero, quod quidam perperam rati ſunt, omnium doctrinarum et diſciplinarum habetur,

ac

ac paene omnes graeci, multique romani ſcriptores, illo haud cognito nec lecto, minus plene et adcurate intelligi poſſunt, copioſius, quam de reliquis, disputare, a re et inſtituto haud alienum fore arbitratus ſum. De dialecto Homeri iam ſupra Prolegg. §. 9. me agere memini, item ad Fabr. B. G. I. pag. 563 ſqq. et confer *Clarkium* ad Hom. Iliad. β. v. 43. atque Barthelemy in Itinere Anacharſid. tom. I. pag. 295 ſqq.

5. Infinitum foret, omnes enarrare, qui de Homero eiusque vitiis et virtutibus ſcripſerunt, aut ſingularia de eo explicuerunt, aut in eum commentati ſunt. Atque in *Fabricii* B. Gr. Libr. I. cap. 1 — 7. vbi de Homero plene diſputatur, iam permulti laudati ſunt. Quare, praetermiſſis iis, quorum ſupra feci mentionem, paucos tantum indicabo. Herodoto *) atque Plutarcho vitae Homeri perantiquae vulgo, licet perperam, tribuuntur. *Io. Rudolph. Wetſtenii* diſſertat. de fato ſcriptorum Homeri per omnia ſaecula, eſt in calce orationum apologeticarum pro graeca et genuina linguae graecae pronuntiatione, Baſil. 1686. 8. Edita eſt a *Ludol. Küſtero* Hiſtoria critica Homeri, qua de ſcriptis eius tam deperditis, quam exſtantibus, ſpuriis et genuinis; de fatis, iudiciis, ſtudiisque hominum, quae idem poëta per omnia ſaecula expertus eſt, nec non de Rhapſodis, Criticis, omnibusque iis, qui aliquam in illuſtrando Homero, tam priſcis quam noſtris ſaeculis operam

*) Herodoto vitam Homeri etiam tribuere videtur. *Euſtathius* fol. 876. ἱστορεῖ, inquit, ἐν τοῖς περὶ Ὁμήρου Ἡρόδοτος.

ram posuerunt, agitur, Francof. ad Viadr. 1696. 8. qui libellus recusus est in editione Homeri wolfiana: *Thomas BlackWell*, Professor quondam graecae linguae Aberdonii in Scotia (*Aberdeen*) librum edidit ad intelligentiam Homeri perutilem, An Enquiry in to the Life and Writings of Homer. ed. 2. Lond. 1736. 8. ab Agricola in linguam germanicam in Hamburgischen Magazin Vol. 12. 13. et 14. melius vero a Vossio Lipsiae 1776. 8. translatum Adde Biographiam classicam a Mursinna ex anglico in germanicum versam, Vol. I. *Robert Wood* Essay on the original Genius of Homer, Londin. 1770. (germanice versus est liber eruditus, Francof. ad Moenum 1773. 8. confer censuram in biblioth. philolog. Gotting. Vol. II.) edit. altera, auctior et splendida, Londin. 1775. 4. mai. *Drelincurti* Achilles Homericus, Lugd. B. 1696. *Renati Rapini* Comparatio Homeri et Virgilii e gallico in latinum translata, in *Iani Berkelii* dissertt. selectis criticis de poetis graecis et latinis, Lugd. Bat. 1707. 8. p. 129. sqq. Disputationum Homericarum synopsis auct. *Hauptmanno*, Gerae 1740. et 1741. *Riccii* dissertationes Homericae, Florent. 1740. tres tom. (liber utilis cura Bornii Lips. 1784. mai. 8. est recusus.) *Schaftesbury* Characteristics Vol. III. 5. ch. 1. coll. Briefe die neuste Litteratur betreffend, Vol. VII. p. 115. *Clodii* disputat. de sublimitate Homeri, Lips. 1764. repet. in eius dissertt. et carminib. Lips 1787. 8. pag. 95. sqq. *G. Gostard* Astronomical and philological Coniectures on a Passage in Homer, Lond. 1768. A crisi Longini Homerum vindicat *Lowthius* de poesi sacra Hebraeorum Part. I. lect. XVI. Apotheosis

theoſis vel Conſecratio Homeri, ſiue lapis antiquiſſimus, in quo poetarum principis Homeri Conſecratio ſculpta eſt, commentario (valde docto, vbi de vita, auctoritate fatisque Homeri multis verbis agitur,) illuſtratus a *Giſberto Cupero*, Amſtel. 1683. 4. repet. in Poleni ſupplement. vtriusque theſauri antiqq. rom. et graec. vol. II. vbi etiam reperitur verſio lat. Schotti explanationis homericae apotheoſeos in antiquo lapide deſignatae *Chriſtian. Adolph. Klotzii* Epiſtolae Homericae, Altenb. 1764. 8. De interpretatione Homeri in aliquot commentationibus Erlangae 1770. ſqq. egi. *Everhard Feithii* Antiquitatum Homericarum libri IIII. ed. noua, prioribus emendatior notisque (Stoeberi Prof. Argentor.) et indicibus aucta, Argentor. 1743. 8. Homeri Gnomologia per *Iacob. Duportum*, Profeſſor. graecae linguae Cantabrigienſem, (ad calcem libri eſt ſylloge teſtimoniorum de Homero, ex variis auctoribus.) Cantabr. 1660. 4. Homerus ἑβϱαΐζων ſiue Homeri Comparatio cum ſcriptoribus ſacris quoad normam loquendi. Subnectitur Heſiodus ὁμηϱίζων, auctore *Zachar. Bogan*, Oxoniae 1658. 8. Ὅμηϱος Ἑβϱαῖος ſiue hiſtoria Hebraeorum ab Homero hebraicis nominibus ac ſententiis conſcripta in Odyſſea et Iliade — a *Gerardo Croeſio* Tom. I. (Tom. II. lucem non vidit.) Dordraci 1704. 8. Caput lepidum fuiſſe videtur bonus Croeſius, arbitrans, Homerum ex S. S. omnia hauſiſſe et in Odyſſea hiſtoriam Patriarcharum poetice enarraſſe. Vnicum ad irridendum hominem ſufficiat exemplum Libr. III. 323. ab Homero, putat, immolationem Iſaaci eſſe traditam, coll. Gen. 22. Ita *Tollius* in Fortuitis,

 Amſtel.

Amſtel. 1687. 8. p. 204. 257. chemiam quoque inueniſſe ſibi viſus eſt in Homero. Multos tamen fuiſſe, iam ſupra memoraui, qui arbitrarentur, ab Homero lectum fuiſſe codicem ſacrum: quamquam equidem adduci nequeo, id vt credam. Erneſti in Opuſcul. philol. et criticis pag. 178. „Ne„que repugnauerim valde, inquit, ſi quis et Ho„merum, doctiſſimum hominem, et alios de more „illorum temporum, peregrinatos per Aſiam, „incidiſſe in libros Hebraicos, atque inde hauſiſſe „putet etc.“ Et *Giou. Batt. Paſſeri* in comm. de Homeri religione, in Nuoua Raccolta d' Opuſcoli ſcientifici e filologici, Vol. 26. Venet. 1774. probabile eſſe putauit, poetam per Palaeſtinam profectum, Dauidis et Salomonis, quorum aequalis fuiſſet, carmina legiſſe, deosque voluiſſe irridere. Hoc credat Iudaeus apella! quum iam ante Homeri tempora et circa illa ſapientes, poetas et legislatores habuiſſent Graeci, quorum veſtigia premere nouamque viam beneficio ſplendidiſſimi ingenii munire ſibi potuit poeta, qui praeter ea cum ſummo capitis periculo, quia ſuperſtitio iam altas egerat radices, publicam religionem riſui expoſuiſſet. — Multa praeclare diſſeruit de Homero, inprimis de allegorica illius interpretatione, *R. M. van Goens* in diſſ. Homerica, praemiſſa illius editioni Porphyrii de antro Nympharum, Traiecti ad Rhenum 1765. 4. —— Mire probabilis eſt ſententia *Brodaei* in Miſcell. Libr. V. c. 9. et *Heumanni* in Actis philoſ. P. 4. p. 671. ſq. Homerum prae ſenio aut morbo oculis vti deſiiſſe. Super Odyſſea Homerica ſcripſit *Dau. Chriſt. Seybold*, Halae ad Salam 1769. 8. Idem concinnauit

uit comm. de Eloquentia Homeri, Ienae 1771. 4. et (nouam Homeri editionem paraturus) Schreiben über den Homer an die Freunde der griechischen Litteratur. Isenaci 1772. 8. Infelici atque irrito labore nescio quis? Peralti et reliquorum Homeri obtrectatorum vestigia legere conatus est, in Anmerkungen über die 12. ersten Bücher der Iliade des Homers nach der teutschen Veberſetzung des ersten Bandes, Noribergae 1771. 8. At Ouid. rem. amor. vers. 365. iam. cecinit:

Ingenium magni detrectat liuor Homeri,

Quisquis es, ex illo, Zoile, nomen habes.

Multo sagacius elegantius meliusque explicare coepit Homerum *Io. Henr. Iust. Koeppen* in *Erklarende Anmerkungen zum Homer*, I. Band, Hannou. 1787. 8. II. Band, ib. 1789. III. Band, ib. 1790, in quibus tribus tomis duodecim demum rhapsodias interpretatus est. Idem vir doctus scripsit *Veber Homers Leben und Gesänge*, ibid. 1788. 8. — Vtilis liber est (*M. Schott*) Veber das Studium des Homers in niedern und hoehern Schulen, Lipsiae 1783. 8. *Hagerus* in praefationibus ab Homerum ab ipso editum copiose de poeta et editionibus disputat. *Bernard. Martinus* in Variis Lectionibus L (..) et. Paris 1605. et *Dauid. Ruhnken* in Epist. critica I. in Homeridarum Hymnos et Hesiodum, multa hymnorum loca luxata et corrupta acute restituerunt atque emendarunt. *De tautologia Homeri* scripserunt *Aug. Pet. Bornemann* praes. I. H. Schulzio, Halae Sax. 1736. 4. et *Io. Guil. Oeder* in program. Thorn. 1746. fol. — Geographiam Homeri illustrarunt *Iac. Frid. Reimmannus*,

nus, in libro: Ilias poſt Homerum, h. e. incunabula omnium ſcientiarum ex Homero eruta, et ſyſtematice deſcripta, Lemgou. 1728. 8. pag 244. ſqq. clariſſimi *Car. Traugott Gottl. Schoenemann*, Gotting. 1787. 4. *Herm. Schligthorſt* ibid. eod. anno, et *Aug. Guil. Schlegel*, Hannouer 1788. 8. in ſingularibus libellis. Plures vide laudatos ad Fabric. B. Gr. II. cap. 6. de Homeri doctrina et eruditione varia: quibus adde cl. *M. Io. Melchior. Fabri*, Prof. Onold. progr. de nonnullis, quae in Homero legendo controuerſa ſunt, Onoldi 1784. 4. (*Schütz*) Progr. ſuper Homeri Odyſſ. XIII. v. 187. ſqq. coniectura. Ienae 1787. fol. — M. *Frid. Ferd. Drück*, diſſ. de virtutibus vitiisque Homeri et Virgilii ex ſaeculi ipſorum indole aeſtimandis. Stuttgard. 1780. 4. Denique, ne nimis copioſus et paene loquax videar, lexica, indices et claues Homericas et quaedam alia paucis indicabo. *Apollonii Sophiſtae* lexicon graecum Iliados et Odyſſeae e MS. edidit, latine vertit, emendauit et notis illuſtrauit *I. Baptiſta Caſpar d' Anſſe de Villoiſon*, Paris 1773. 4. Tom. II. repet. omiſſis prolegom. et verſione lat. Villoiſ. additis vero aliis doctis obſſ. ab *Hermanno Tollio*. Lugd. B. 1788. 8. — Indicem omnium in Homero verborum concinnauit *Wolfg. Seberus* apud Commelin. 1604. 4. et Amſtelod. 1651. 4. Lexicon Homericum ſcripſerunt *Ludou. Coulon*. Paris 1653. 8. et *Chriſtian Tobias Damm*, cuius libri inſcriptio eſt: Nouum lexicon graecum etymologicum et reale, cui pro baſi ſubſtratae ſunt concordantiae et elucidationes Homericae et Pindaricae, Berolini 1765. 4. — Clauem vero Homericam dederunt *Antonius Robertus*

bertus Duaci 1636. *Georgius Perkinſus*, Londini 1647. et 1671. Anonymus Roterod. 1655. 1673. etc. 8. et nouam clauem *I. Schaufelberg*, Tiguri VIII. Voll. 8. 1761 — 1768.

Huc quoque pertinent: Tableaux tirées de l'Iliade et de l'Odyſſée d'Homere par le Comte de *Caylus*, Paris 1757. 8. Abhandlung von der Beſchaffenheit und dem Gebrauch der Cavallerie in den älteſten Zeiten nach den Erzählungen des Homers, Berol. 1774. mai. 8. — Ingenio nimis indulget et ab communi, ſaltem probabiliore Homeri explicatione ipſoque forſan ſenſu multum diſcedit *Macciucca*, Martorelli, qui quidem ipſe auctor eſſe dicitur, diſcipulus, in libro: Dell' antiche Colonie venute in Napoli, Opera del duca Michele Vargas Macciucca, Neapoli 1769. cuius primi tomi titulus eſt, I. Fenici, primi abitatori della Citta di Napoli 1764. mai. 4. ſec. tom. della ſeconda Colonia venuta in Napoli da Cuma dell' Eubea. (conf. ephem. litter. Gotting. 1770. in ſecundo ſupplemento) — De Moly Homerico et fabula Circaea exſtat *Trilleri* Exercitatio botanico-philologica, in illius Opuſculis medicis et medico-philologicis, Vol. II. 1766. nr. 2. — In commentariis et diſſertationibus academiae Pariſ. variae ſunt Maſſieu, Boivin, Fraguier, le Beau, le Cadet, Chabanon etc. commentationes ad Homerum ſpectantes. Coronidem imponat libellus a Camerario, Haganoae a. 1535. 8. editus, et inſcriptus: In libello hoc inſunt πρεσβευτικὸς Ἀριστείδου ἀντιῤῥητικὸς Λιβανίου, h. e. Quid dici amplius ab Vlyſſe legato ad Achillem et reſponderi ab hoc potuerit. Vtraque oratio conuerſa in la-

tinum

tinum a Ioach. Camerar. Eiusdem et paraphrasis graeca Homerici vtriusque loci addita est.

§. 3.

HESIODVS.

1. De aetate Hesiodi omnis paene aetas diuersimode iudicauit. Namque praeter marmor Arundelianum, quod triginta minimum annis Hesiodum Homero facit antiquiorem, Ephorus apud *A. Gellium* III. cap. 11. et e recentioribus Scaliger ac Lipsius aliique Hesiodum ante Homerum vixisse; alii contra illos fuisse aequales, alii Homerum antiquiorem esse, sed ita, vt *Hesiodus* non ita multo post annis floruisset, putant: (v. *Fabric.* Bibl. gr. Libr. I. cap. 13. init. et lib. II. cap. 8. ad quod vtrumque caput plura in hanc sententiam disputaui et aliorum discidia memoraui: quae repetere nolo). *Varro* apud A. Gell. III. N. A. 3. Homerum et Hesiodum aliquo tempore eodem vixisse non dubitat. Id si certum est, Homerum aetate grandem Hesiodus iunior viderit, et in certamine illo poetico, quo hic illum senem superasse dicitur, et quod *Dodwell* differt. III. sect. 16. aliique verum esse putant, aliis negantibus, forsan vixerit. Atque *Saxius* aetatem illius adserit an. O. Conditi circ. 3090. et ante C. N. 909. Ante Homerum saltem Hesiodus cecinisse videtur *Barthelemy* in Itiner. Anacharsid. iun. tom. I. p. 66. vers. germ. Atque simplicitas stili aetatem prodit, quae non ita multum absit ab Homeri aetate: at enim, quod Homerus mul-

to

to frequentius Hesiodo vsurpat vocabula simplicia, et, vti vocantur, primitiua, quae deinceps antiquata in compositis remanserunt, hoc quoque argumento iure quodam efficitur, Hesiodum vel aliquantum videri patre poetarum iuniorem. Cultura vero linguae graecae a tempore Homeri et paullo ante illum, vt in omnibus linguis, ingeniis aliquot splendidissimis simul fere ortis, et lumine veluti suo quamdam regionem collustrantibus, fieri solet, celerrima et amplissima cepit incrementa. Atqui *Clarkio* ad Hom. Iliad. β. 43. quod Hesiodus priorem syllabam in voc. Καλὸς modo corripit, modo producit, Homerus vero semper producit, et in aliis vocc. a consuetudine Homeri discessionem facit, nouo inde argumento confirmari videtur, Hesiodum non aequalem fuisse Homeri, (nisi forte per longa regionum interualla linguis loquebantur plane diuersis,) sed multo recentiorem: quod quidem argumentum leue refutat *Robinson* disp. de Hesiodo p. 92. edit. Loesneri.

2. Cuma in Aeolia ortus fuit, sed ab educatione Ascrae, qui fuit Boeotiae vicus, Ascraeus cognominatus est. Iuuenis cum sene Homero certamen iniisse dicitur ad exsequias Amphidamantis, in Chalcide, coram Paride rege, defuncti fratre, tripode victoriae praemio proposita, atque rex primas fertur tribuisse Hesiodo. Dodwell illud certamen, cuius multi tamen veteres, quam recentiores apud *Fabric.* B. G. II. cap. 8. §. 2. faciunt mentionem, refert ad annum primum Olympiados vndetricesimae. At enim tam epigramma in tripode, qui ab Hesiodo, de victoria gloriante, in monte Helicone, positus traditur libr. III. An-

thol.

thol. p. 389. quam ſcriptum libellum, *ἀγὼν Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου* ab H. Stephano 1573. 8. primum editum; dein ab Heinſio in editione ſua Heſiodi aliisque repetitum, eſſe ab Heſiodi admiratoribus confictum, iam alii commonſtrarunt. Heſiodus quidem in Ἔργοις v. 655. victoriae et tripodis Muſis dedicati meminit; at Homerum a ſe victum eſſe, non memorat. Senex in Oeneonem Locridos commigrans, incautus ab Amphiphane et Ganetore, quod ab eo vitiatam ſororem Ctemenem crederent, interemtus eiusque cadauer in mare proiectum eſt: quo a delphinis ad littus delato, incolae, vbi ſcelus intellexerunt, interfectores aquis ſuffocarunt, eorumque domos diruerunt. Poſthaec Heſiodi corpus Nemeae Locridis ſepultum clam ſeruatum fuit. Denique oſſa, oraculo monente, ab Orchomeniis ad peſtilentiam depellendàm exportata et in medio foro tumulata fuerunt. Quaedam vero alii aliter tradiderunt, v. *Gyrald.* de poetarum hiſtoria dial. II.

3. Multa ſcripſiſſe perhibetur: hodie vero ſuperſunt: 1) Ἔργα καὶ ἡμέραι, *Opera et dies*, eſt poema didacticum, in quo cum agri colendi rationem tradit, tum in primis fratrem Perſen ab ignauia et voluptate ad virtutem et diligentiam reuocare ſtuduit. 2) Ἀσπὶς Ἡρακλέους, ſiue *ſcutum Herculis:* quod vero poema iam multi veteres critici haud germanum eſſe iudicarunt. 3) Θεογονία, *Deorum generatio:* vel potius eſt Cosmogonia et Geogonia: quae multum diſcedit ab Homeri theologia. At Boeotii, quod Homeri doctrinam forſan ſectabantur, Heſiodo illum abiudicarunt. v. ad Fabricii B. G. vol. I. pag. 583.

De

De illis carminibus, eorumque antiquioribus ſcholiaſtis; et aliis poematibus, quae olim ſub nomine Heſiodi circumferebantur, nec non de cosmogenia et theogonia Heſiodi iam vberius egi meamque dixi ſententiam ad *Fabricii* B. G. lib. II. c p 8. pag. 573 ſqq. 585 ſqq. Ad opera vero, quibus Heſiodi nomen olim praefixum dicitur, aut quae ſub nomine illius frequenter laudantur pertinet collectio, cuius pars fuit *ſcutum Herculis*, et quam diuerſo modo adpellabant antiquiores grammatici atque hiſtorici, μεγάλας ἠοίας, ſiue γενεαλογίας ἡρωϊκὰς, ſiue ἡρωγονίαν, ſiue Καταλόγους ſiue denique Καταλόγȣς γυναικῶν, qua de re multus fui l. c. pag. 578 ſqq.

4. Editiones duplicis ſunt generis: aliis ſcholia graeca addita ſunt, aliae vero illis deſtitutae. Equidem potiores rarioresque editiones ſecundum temporis ordinem recenſebo: plura adnotaui de iis ac reliquis ad *Fabricii* B. Gr. vol. I. pag. 596 ſqq.

Princeps eſt editio *Mediolanenſis* a. 1493. Continet illa *orationes Iſocratis*, XVIII. *Eidyllia Theocriti*, et *Heſiodi Opera et Dies*. fol. ſunt tamen exempla, in quibus *Iſocrates* ſolus compareat.

Theocriti Eclogae triginta. Genus Theocriti et de inuentione Bucolicorum. Catonis Romani ſententiae paraeneticae diſtichi. Sententiae ſeptem ſapientum. De inuidia. Theognidis Megarenſis Siculi ſententiae elegiacae. ſententiae Monoſtichi per capita ex variis poetis. Aurea carmina Pythagorae. Phocylidae poema admonitorium. Carmina Sibyllae Erythreae de Chriſto Ieſu, Domino noſtro. — Heſiodi *Theogonia. Eiusdem ſcutum Herculis. Eiusdem*

dem Georgicon libri II. In calce: *Impressum Venetiis characteribus ac studio Aldi Manutii* Romani MCCCCXCV. (1495.) mense Februario. Fol. sunt exemplia, in quibus quaedam folia sunt immutata et correcta, quorum lectiones discrepant, ab aliis exemplis eodem tempore excusis, ita vt duae diuersae eiusdem anni editiones factae fuisse viderentur, quum tamen vna eademque esset editio. conf. Serie dell' edizioni aldine — ed. II. cura cel. Morelli, Patau. 1790. 8. pag. 3.

Hesiodi Ἐ. καὶ Ἡ. curante *Francisco Tissardo*, per Aegidium Gormontium. Paris 1507. 4. — *Hes.* cum *Theognide*, gr. cum praef. Euphrosini Bonini Florent. in aed. Phil. Iuntae 1515. 8. — *Opera et dies*, *cum Catonis* moralibus institutis. et *Cebetis* Tabula. *Pythagorae* A. C. et *Phocylidis* carmin. — *Ottomarus Aidos*, (h. e. *Nachtgall*,) Argentinus. Io. Knoblauch formulis exc. *Argentoraci.* 4. sine a. nota. — *Gnomici scriptores aliquot; Aesopi et Gabriae fabulae; Agapetus;* — *Hesiodi Opera et dies*, *Theognidis*, *Pythagorae*, *Phocylidis et aliorum sententiae.* gr. Basileae apud Froben. 1521. 8. — Cum praefat. et enarrationibus *Philippi Melanchthonis Hes. Opera*, Paris 1533. 8. et saepius Parisiis, Tiguri, et in nonnullis Germaniae vrbibus. — Noua lux adfulsit Hesiodi carminibus opera et editione *Trincauelli*, in qua non solum contextus e codicibus, vt videtur, est emendatus, saltem partibus multis melior atque emendatior, quam in posterioribus; sed etiam primum scholia graeca *Procli Diadochi*, *Io. Tzetzae*, *Emanuelis Moschopuli et Ioannis Protospatharii* in lucem prodierunt:

Ἡσιόδου

Ἡσιόδου τοῦ Ἀσκραίου — *Hesiodi Ascraei Opera et dies, Theogonia, scutum Herculis. Omnia vero cum multis optimisque expositionibus.* — In calce: *Venetiis in aedibus Bartholomaei Zanetti Casterzagensis: aere vero et diligentia Ioannis Francisci Trincauelli.* Anno MDXXXVII. (1537.) 4. conf. *Clement* Bibliotheque curieuse histor. et critique, tom. IX. pag. 456 sqq. vbi praeter ea quaedam antiquae raraeque editt. enumerantur.

Hesiodi O. et D. et Theogonia et clypeus cum *Theognide*, *Sibyllae* carm. de Christo, *Musaeo*, *Orpheo* et *Phocylide*. Florent per Bened. Iuntam. 1540. 8. Haec editio differt a priore Iuntina, et minus diligenter est repetita in officina *Farrea*, Venet. 1573. 8.

Hesiodi Opera omnia, graece et lat. item eadem latine versa, interpretibus Nic. Valla et Boninio Mombritio et deorum genealogiae latinis versibus elegiacis a Burcardo Pylade Brixiano conscriptae lib. V. et graeca in omnia Hesiodi opera Ioann. Grammatici Tzetzis scholia. Basil. (1542.) 8.

Scholia graeca sunt quidem pleniora, quam in priore editione; at crebro quoque mutilata et turbata, interpolata, hinc inde vitiata et corrupta. Eiusdem *Tzetzae* scholia graeca sunt ibidem eodem tempore separatim formulis typographicis descripta, aut peculiarem acceperunt inscriptionem. — *Vallae* versio latina primum cum Calpurnio et Silio Italico prodiit *Romae* typis Conr. Schweynheim et Arn. Pannarz. 1471. fol. Cracou. 1505. et 1521. 4. vide ad *Fabr.* B. Gr. vol. I. pag. 610 sqq. vbi quoque de Mombritii et Pyla-

dis verſionibus atque editionibus agitur, et *Clement.* l. c. pag. 460 ſqq.

Heſiodi Aſcraei opuſcula, inſcripta ἔργα καὶ Ἡμέραι, *ſic recens nunc latine reddita vt verſus verſui reſpondeat, vna cum ſcholiis — Vlpio Franekerenſi Friſio autore. Addita eſt antiqua Nic. Vallae translatio.* — Baſil. apud Mich. Iſengr. 1545. 8. — Haec editio multas habet bonas lectiones. — rec. Paris 1543. 8. — Rara et bona eſt editio *Hes. O. et D.* gr. cum interpretatione latina et ſcholiis auctore *Matthia Garbitio*, Baſil. 1559. 8. — Raris libris adnumeratur *Heſiodus gr. et lat. cum ſcholiis Iac. Ceporini et Io. Friſii verſione cum epigrammatibus ſelectioribus gr. lat.* Centuriae II. Tiguri 1548. 1562. — Ceporini tamen negligentiam errataque ſaepe culpat *Henr. Stephanus*, qui *Heſiodi Opp.* inter *Poetas graec. principes heroici carminis* 1566. fol. recepit. Is Steph. noua recenſione facta, multisque ſiue ex coniectura ſiue e ſcholiaſte aliundeque correctis, nouam editionum claſſem duxit; in margine multa notauit, exempla contulit Aldinum et Florentinum, eorumque errores patefecit in notis, praemiſſis pag. XXVII — XXXIII. — Stephani editionem plane reddidit *Iac. Lectius* in Poetis graec. veteribus carminis heroici, gr. et lat. Genevae 1606. fol.

τὰ σωζόμενα τῶν παλαιοτάτων ποιητῶν — Vetuſtiſſimorum auctorum Georgica, Bucolica, et Gnomica poemata quae ſuperſunt (inſunt vero parte I. *Heſiodi* O. et D. eiusdem ſcutum Herculis et Theogonia praemiſſis breuibus adnotatt. in Hes. opera; parte II. *Theognidis, Phocylidis, Pythagorae,*

gorae, *Solonis* aliorumque veterum poemata gnomica; part. III. *Theocritus*, *Simmias*, *Moschus*, *Bion*, *Musaeus*, cum notis paucis in Simmiae ouum, et Auberii in Theocritum,) graece et lat. ex editione Io. Crispini, (qui in Hesiodo Stephanum potissimum sequutus est,) Geneuae, apud Eustachium Vignonem, 1569. 12. — 1574. — Eadem. Accessit *Is. Hortiboni*, (h. e. Casauboni,) Theocriticarum lectionum libellus, (illius praefatio scripta est VI Idus Aug. 1584. et calci libelli totius subiecit ille supplementa et nouas criticas in Theocritum notas, collatis msstis schedis quinque priorum idylliorum, quas a Gelasio acceperat,) ibid. 1584. 12. et saepius — repet. Paris 1628. 8. apud Io. Libert. quae collectio, si exemplum est integrum, rarioribus adcensetur libris et magni aestimatur. – Geneuae sumtibus Ioannis de Tournes. 1639. 12. *Hesiodus*, graeco-latinus, *auctore G. Henischio*. Basil. ex offic. Oporin. 1580. 8.

Hesiodi Opera, *gr. et lat. cum variantibus lectionibus e MSS. palatinis et notis doctorum virorum*. apud Hieron. Commelinum, 1591. 8. quae editio laude digna est. In primis commendanda est critica et nobilis, nec non rara editio *Heinsii*, exempla Basileensia in primis sequuti, qui tamen interdum discedit a superioribus editoribus aut in notis meliora suadet:

Ἡσιόδȣ — *Hesiodi Ascraei quae exstant*, *cum graecis scholiis Procli*, *Moschopuli*, *Tzetzae in* Ἔργα καὶ Ἡμέρας, *Io. Diaconi et incerti in reliqua. Accessit liber singularis*, *in quo doctrina* ἔργων καὶ ἡμερῶν *eiusque institutum contra opinionem*, *quae*

 obtinuit,

obtinuit, ostenditur, item: Notae, emendationes, obseruationes et index copiosissimus in Hesiodum eiusque interpretes. Opera et studio Dan. Heinsii. Ex officina Plantiniana Raphelingii. M. D. C. III. 4.

Hesiodi Ascraei quae exstant. Dan. Heinsius interpretationem emendauit, introductionem in O. et D. notas item addidit. Lugd. Bat. 1613. 8. — editio recognita. ibid. 1622. 8.

Poetae minores graeci. Hesiodus, Theocritus, Moschus, Bion, Simmias, Musaeus, Theognis, Phocylides, Pythagoras, Solon, Tyrtaeus, Simonides, Rhianus et multorum aliorum poetarum gnomae atque fragmenta Accedunt Obseruationes Radulphi Winterton in Hesiodum. gr. et lat. Cantabrigiae. 1635. 8. et saepius, Londini 1712. 1739. 8.

Vsus Trincauelli et paucorum aliorum editt. a Stephano, quem vt plurimum sequutus est, interdum discessit Winterton.

Misera est editio *Corn. Schreuelii*, Lugd. Bat. per Fr. Hackium 1650. 8. quae tamen propter indicem, credo, Pasoris, in Batauia et Germania, saepius etiam, splendido externo habitu, cum *Orphei* et *Procli philos. hymnis*, et versione *Ant. Mar. Saluini* italica, accurante *Antonio Zanolini*, J. V. D. ad vsum seminarii, Patauii 1747. 8. est typis repetita. Inter illas eminet quoque. ed. correcta Amstel. apud L. et D. Elzeuirios, 1657. 8. ob litterarum nitorem, et quod quibusdam exemplaribus additur *Lamberti Barlaei*, graecae linguae in academia Lugduno-Bataua Professoris, *in Hesiodi Theogoniam commentarius luculentus*, quod opusculum postumum ex scholis Barlaei ortum, haud prorsus inutile quidem, nec tamen eruditum,

immo

immo vero multis ieiunis ſterilibusque obſeruationibus repletum, Elzeuirii, curante Schreuelio, auctorii loco ſeparatim 1658 praelis ſuis exire iuſſerunt. — Multo praeclarior eſt editio *ex recenſione Io. Georgii Graeuii*, (qui ex libris ſcriptis et quibusdam editis ſcholiaſtisque atque ingenii ſagacitate multa bene emendauit,) cum *eiusdem animaduerſionibus*, (ſiue lectionibus heſiodeis eximiis,) et *notis* (primum euulgatis) *Ios. Scaligeri* et *Franc. Guieti*, Amſtel. apud D. Elzeu. 1667. 8. — Poſt ea exemplum Trincauelli Venetum et alium in ἔργοις codicem nactus, multa in lectionibus Heſiodeis emendauit et locupletauit; multa tamen futuris interpretibus curanda reliquit *Graeuius:* vnde altera editio, quae quidem in graecis et verſione latina priorem reddidit, enata eſt cura *Clerici*, qui in ſuis notis nimius allegoriarum, praeſertim in Theogonia, eſt amator, verae mythorum originis atque rationis paene ignarus, et plurima ex Phoenicum lingua nimis ſubtiliter expoſiturus. Huius editionis, ab aliis ſpretae, ab aliis laudatae, haec eſt inſcriptio:

Heſiodi Aſcraei quaecumque exſtant. Graece et latine, ex recenſione Io. Clerici, cum eiusdem animaduerſionibus. Acceſſere notae Ios. Scaligeri, Danielis Heinſii, Franciſci Guieti et Stephani Clerici: nec non in altero volumine I. G. Graeuii lectiones heſiodeae, nunc auctiores, et Dan. Heinſii introductio in doctrinam operum et dierum, cum indice Georgii Paſoris. Amſtelodami, apud G. Gallet, praefectum typographiae Huguetanorum, 1701. mai. 8.

Ἡσιόδου Ἀσκραίου τὰ εὑρισκόμενα. *Hesiodi Ascraei quae supersunt, cum notis variorum. Edidit Thomas Robinson. S. T. P.* Oxonii, et theatro Sheldon. 1737. mai. 4. rec. variis lectionibus adiectis, Londini 1756.

Splendidae huius editionis basis est editio a Graeuio et Clerico curata: sed hinc inde e codd. emendata a *Robinsono*, qui notas Scaligeri atque Heinsii integras, Guieti autem et Clerici selectas, suasque partim criticas partim grammaticas, in quibus tamen poetam, neque ex instituto, neque satis diligenter tractauit, tum lectiones Graeuii hesiodeas, et certamen Homeri atque Hesiodi cum sua versione latina atque adnotationibus Ios. Barnesii adiecit, fragmentorum numerum auxit, doctamque de vita, scriptis et aetate Hesiodi praemisit: omisit vero introductionem Heinsianam et Pasoris indicem. — Profecit ex hac editione, et, quae bona essent in illa, in rem suam conuertit, praeter ea verborum sensum explanauit et coniecturarum atque emendationum, a viro quodam docto in Obseruatt. miscell. Batau. tom. I. voll. II. propositarum, examen instituit *Krebsius* in probabili editione:

Hesiodi Ascraei, quae exstant, opera, cum notis ex quibusdam auctoribus selectis: accedit Pasoris index opera et studio Corn. Schreuelii, nunc denuo ad editionem Robinsonii recensuit, interpretationem lat. emendauit, notasque suas adiecit Io. Tob. Krebsius. Lipsiae 1746. et 1778. 8.

Graece edita sunt *Hesiodi* opera, Lips. 1776. 8. et antea a *Kretschmaro* cum *Plutarcho* de puerorum

rorum educatione, *Isocratis* III. Oratt. et *Theognidis* sententiis, Dresdae et Lipsiae 1750. 8.

Robinsianam editionem in Germania formulis typographicis descripturus, bibliopola Lipsiensis, Georgius, curam illius negotii exsequendi demandauit cl. *Loesnero*, qui, quantum in sua situm erat potestate, nouae editioni noua parauit ornamenta, quibus illa praestaret Londinensi. Ex duobus enim codd. Lipsiensibus et Augustano cum scholiis interlinearibus in O. et D. edd. Aldina aliisque dedit lectionis varietatem et scholia illa hucusque inedita cum integra Robinsiana collectione, item selectas Krebsii aliorumque notas: omnia melius digessit atque ordinauit, quam in Robinsoniana factum erat editione. Curauit quoque, vt omnia emendatissima prodirent, sublatis naeuis, quibus Clerici editio prorsus obsita est, et ipsa anglicana deformatur. Inscripta est editio:

Hesiodi Ascraei quae exstant, ex rec. Th. Robinsoni, cum eiusdem, Ios. Scaligeri Dan. Heinsii, Francisci Guieti et Io. Clerici notis, I. G. Graeuii lectionibus hesiodeis et Dan. Heinsii introductione in doctrinam O. et D. Accesserunt varietates lectionis MSS. et edd. vett. scholiaque inedita. Itemque Dau. Ruhnkenii animaduersiones cum aliorum selectis curante Chr. Frid. Loesnero. Lipsiae sumtu Gotth. Theoph. Georgii 1778. 8.

Nouam plane recensionem carm. *Opp. et Dies* ex cod. Paris instituit, multos, quos spurios habuit, versus expunxit, et multa ex sua aliorumque coniectura mutauit cel. *Brunk* in lib. Ἠθικὴ ποίησις *siue Gnomici poetae graeci ad optimorum exempla-*

 rium

rium fidem emendauit Rich. Franc. Phil. Brunck. Argentorati 1784. 8. et 4.

Correcta et critica, atque cum ab subtilitate critica, tum ab sollerti eruditaque mythorum locorumque difficiliorum interpretatione commendanda est editio, quam praeter ea ornant cel. *Heynii* epistola ad editorem illiusque obseruationes, ex commentatione de Theogonia ab Hesiodo condita, excerptae:

Theogonia Hesiodea. Textu subinde refecto in vsum praelectionum seorsum edita a Frid. Aug. Wolf. Prof. Halensi, graece, (cum obseruationibus,) Halae Sax. 1783. 8.

Splendida correctaque est editio, cuius fundus est exemplar Clerici. Ἡσιόδου — *Hesiodi opera omnia latinis versibus expressa atque* (non semper legitime intelligenterque) *illustrata a Bernardo Zamagna, Ragusino.* Parmae 1785.

Theogonia Hes. gr. cum versione *Comitis Carli* italica et epistola ad Grauisium super Theogonia, Venet. 1744. 8. rec. in eius Operibus vol. XVI. Milani 1787. med. 8. In epistola Carli refutat Pluche, nouumque suum de ortu notitiae hominum, de Theogonia et Cosmogonia fert iudicium. —— *Hesiodi Tagewerk zum Gebrauch der Schuljugend mit einem — Wörterverzeichniss edirt von I. Gottfr. Haas*, Conr. scholae Schneeberg. Lips. 1789. 8. — *Germanica Hes.* versio prosaica, cum comment. de scholiis graecis est in libello: *Minerua*, part. I. et II. Halae 1778 sq. — *Scutum Herculis* germanice vertit *Vossius* in Musenalmanach, Hamburgi 1790. — *Italice* praeter memoratos vertit *Opera et Dies* Petrus Brazulus,

Patau.

Patau. 1765. 4. — *Gallice Gin*, cum notis. Paris 1785. 12.

3. Raro adſurgit Heſiodus, magnaque pars eius in nominibus eſt occupata, tamen vtilis circa praecepta ſententiae lenitasque (al. leuitasque) verborum et compoſitiones probabilis: daturque ei palma in illo medio genere dicendi: ita iudicat *Quinctil.* I. O. X. I. 52. Theogonia eius ad intelligendam veterum phyſicam eſt admodum vtilis et hoc in genere liber claſſicus; ſed rite intelligendus atque interpretandus: qua de re ad Fabricium abunde dixiſſe mihi videor.

4. *Cooke*, qui Heſiodum anglice vertit, Lond. 1728. 4. praemiſit verſioni duas commentat. de vita, aetate et ſcriptis Heſiodi. Librum ipſum nondum vidi. *Zimmermann.* de religione Heſiodi, in Muſeo Heluetico Tom. VII. part. 27. *Brucker* hiſt. crit. phil. Tom. I. Part. II. libr. I. cap. I. §. 25. ſqq. et in Append. p. 209. ſq. über den Schild des Hercules nach der Beſchreibung des Heſiodus. Ein antiquariſcher Verſuch von *Frid. Schlichtegroll.* Gothae 1788. 8. In Miſcell. obſeru. Belg. variorum doctorum hominum ſunt Obſeruatt. in Vol. II. Tom. III. p. 314. ſqq. DD. (h. e. *Ioſ. Waſſii*) immixtis Doruillii caſtigationibus; item Vol. III. Tom. I. incerti cuiusdam Animadu. denique cuiusdam Obſeruationes in Newtoni ita dicta aſtronomica argumenta de Argonautarum expeditionis finiendo tempore et aetate, qua floruit Heſiodus Vol. III. Tom. III. *Io. Bernh. Koehler* proluſ. de noua editione Heſiodi adornanda conſilium, Kilonii 1766. 4. *Bergier* de origine deorum gentilium, vna cum perpetua inter-

pret.

pret. carminum Hesiodi, gallice Paris. 1767. 12. II. voll. germanice vers. Bamberg. et Würzburg. 1788. 8. Multa quoque de aetate Hesiodi, de certamine cum Homero, de epigrammate, victoriae indice et teste, ac de poemate, Opera et dies, *Dodwell* de veteribus Graecorum Romanorumque Cyclis, diss. III. et in addendis disputat. adde *Saxii* onomast. liter. tom. I. p. 531. *Blankenburg* ad Sulzeri Theorie der schönen Künste. art. *Lehrgedicht*. tom. III. p. 158. sq. alios laudaui ad Fabr. B. G. 1. p. 613. sq.

§. 4.

ARCHILOCHVS.

Vixit ad Olympiad. XXIII. *Corsin.* in Fastis attic. tom. III. p. 31. aetatem eius collocat intra Olymp. XV — XXIII.

2. Parius fuit, et coloniae a Pariis deductae, vel praefuit vel certe interfuit. Carminis iambici inuentor fuisse dicitur. Atque quamquam ab aliis *Iambe* *) quaedam illius generis fuisse traditur inuentrix, is tamen in eo praecipue excelluisse, idque perfecisse et ad mordaces satiras primum adhibuisse videtur. Quinctil. I. O. libr. X. 1. 59. *Ex tribus receptis Aristarchi iudicio scriptoribus iamborum ad ἕξιν maxime pertinebit vnus Archilochus.*

3. Frag-

*) De hac *Iambe*, Thressa, v. *Olearii* diss. de poetriis graecis, §. 39. pag. 163. ad Wolfii edit. Sapphus. De potestate voc. *Iambus* lege Cren. et Rambach. ad Casaub. de satyrica poesi etc. lib. I. cap. 1. pag. 14. not. 7. —

3. Fragmenta ſuperſunt, et digna, quae colligantur, adhibita vero cautione *Ruhnkenii* ad Vell. Paterc. I. 5. pag. 20. Scripta eius quaedam recenſet Meurſius in bibl. Graeca p. 1242.

4. Illa vero reperiuntur in *Pindari* et ceterorum octo Lyricorum carminibus apud *Paul. Steph.* 1612. 12. in corpore poet. Graecor. Geneu. 1614. Tom. II. et in Brunckii Analectis veter. graec. Tom. I. pag. 40. II. p. 236. tom. III. p. 6. et 236. Lection.

5. Quinctil. loc. mem. ita de hoc virulento poeta iudicat: „Summa in hoc vis eloquutionis, „cum validae, tum breues vibrantesque ſenten- „tiae, plurimum ſanguinis atque neruorum, adeo „vt videatur quibusdam, quod quoquam minor „eſt, materiae eſſe, non ingenii vitium.“

6. *Cicer.* Tuſcul. Quaeſt. I. 1. *Saxii* On. litt. 1. p. 14. *Lud. Dan. Huch* Verſuch uber die Verdienſte des Archilochus vm die Satyre. Zerveſt. 1767. 8. *Bayle* Diction. hiſtor. et critique h. v. *Fabricius* B. G. II. Cap. XV. ſect. 16. et quae ibi adnotaui *Burette* in commentar. acad. Paris. Inſcript. tom. X. p. 239. ſqq. *Sevin* ib. tom. X. 1736. p. 36. ſqq. Diſcernendus eſt *Pſeud-Archilochus*, qui hiſtoricus graecus fuiſſe fingitur ab Annio Viterbienſi in Antiquitatibus variis 1512. fol.

§. 5.

TYRTAEVS.

1. Floruit circiter A. O. C. 3321. Olymp. XXIIII. 1. ſqq. ante C. N. 682. A. V. C. 70 *).

2. Fuit

*) v. *Saxii* Onom. lit. I. p. 15. *Corſini* faſt. attic. tom. III. pag. 32 ſq.

2. Fuit Athenienſis, et in bello ſecundo Meſſenio ab Athenienſibus aduerſus Meſſenios Lacedaemoniis oraculi iuſſu belli dux miſſus, v. *Iuſtin.* III. 5. *Strabon.* VIII. p. 556. ed. Almel. *Pauſan.* Meſſen. ſ. lib. IV. cap. 15. p. 315. ſqq. Atque, licet pede claudus eſſet, et dux minus aptus videretur Lacedaemoniis: tamen carminibus elegiacis, quorum egregius fuit opifex, et quae exercitui pro concione recitauit, tantum ardorem militibus iniecit, vt non de ſalute, ſed de ſepultura ſolliciti, fortiſſime dimicarent et diſcederent ſuperiores. Milites vero elegiis ſuis, quae ardentiſſimum, fortem et intrepidum ſpirant animum, ad virtutem, patriae et gloriae amorem mortisque contemtum accendit. Qua quidem re praeclare geſta nominis immortalitatem, et a Spartanis ius ciuitatis, tamquam praemium, reportauit.

3. Ex iis elegiis, quibus Tyrtaeus famae immortalitatem comparauit ſibi, quinque tantum aut, ex ſententia aliorum, quatuor at noſtram preuenerunt aetatem. Reliquarum pauca reſtant fragmenta. v. plura ad *Fabricii* B. Gr. vol. 1. p. 739. ſqq.

4. Primam editionem eſſe putat *Klotzius* poſt Callimachi Hymnos apud Frobenium a Matth. Aurogallo curatos 1532. 4. Poſtea Tubingae 1542. 4. et ſaepius, praecipue inter poetas gnomicos, Baſil. 1550. 8. apud Oporinum et alibi, (vide *Glandorf* Prolegg. pag. 42 ſqq. ad Pythagoram,) et in poetarum collectionibus, Hertelii, Stephani, Lectii, Crispini et Wintertoni, in Collectione carminum IX. illuſtrium feminarum Antwerp. cum Fuluii Vrſini ſcholiis, 1568. — in *Gnomologia* etc. Vpſaliae per Io. Pauli (1656.) 8. v. *Fan-*

v. *Fantii* hiſtoriam litterat. graeciae in Suecia, Vpſal. 1779. 4. p. 87. — in ſelectis carminibus et graecis poetis, in vſum regiae ſcholae Etonenſis. Etonae 1755. et 1762. — Graece et cum Anglica verſione et notis, Londini 1761. — graece et in verſus theotiſcos translatae ſunt elegiae a *Weiſſio*, et inſertae illius Kleinen Lyriſchen Gedichten, Lipſiae 1772. 8. Vol. II. Optime tamen meruit de Tyrtaeo *Chriſtian Adolph Klotz*, qui primum Bremae 1764. 8. deinde multo auctius, elegantius venuſtiusque ſeorſum edidit *Tyrtaei Reliquias*, quotquot reperire potuit, et commentario, iuſto interdum pleniore, inſtruxit Altenb. 1767. 8. Duae vero diſſertationes additae inſignia ſunt huius editionis ornamenta, prior de Tyrtaeo, in qua de eius vita, virtute, carminibus, horumque, quae ſuperſunt, editionibus aliisque rebus diligentiſſime agit; in poſteriore de carminibus bellicis quorumdam populorum docte diſputat. Weiſſii denique Kriegslieder des Tyrtaeus aus dem Griechiſchen ſubiunxit. — In Anthologia graeca poetica duas Tyrtaei elegias dedi atque illuſtraui. — *Brunk* in Analectis vett. poet. graecor. vol. I. pag. 48. vndecim reddidit carmina et fragmenta, atque vol. III. pag. 7. paucis notis criticis explicuit. Idem in *Gnomicis poetis* gr. pag. 59. tres elegias correctius recudi fecit cum H. Grotii interpretatione metrica. — *Elegies of Tyrtaeus*, translated into Engliſh verſe; with notes and the original text. London, printed for Tho. Payne. 1761. — Omnes elegias graece, cum animaduerſionibus et Cludii verſione recepit *Koeppen* in ſuam Anthologiam, (Blumenleſe etc.) part. II.

Τυρταιος

Τυρταιȣ και Καλλινȣ Λειψανα. *Des Tyrtaeus und Kallinus Kriegslieder griechisch mit erklearenden Anmerkungen, von I. G. Brieger.* Zittau. et Lipſ. 1790. 8.

Callini elegia ſ. fragmentum alias inter Tyrtaei reliquias recipi ſolet: ſed *Brieger*, duce Io. Stobaeo, ſerm. XX. XXIX, ſub *Callini* nomine eam edidit. Pag. 19 ſqq. *Cludii* verſionem metricam recudi fecit. Editio autem, operarum tarditate, vitioſe typis expreſſa, grauem nacta eſt cenſorem in Allgem. Litt. Zeitung. Nr. 327. mens. Nou. 1790. —— *Tyrtaei* quae ſuperſunt, gr. et lat. cum not. philolog. part. I. edita a M. *Chriſt. Dohl*, eloq. et poeſeos docente, in forma disputationis, Vpſal. 1790. 4.

Anglice, eaeque metrice, verſae ſunt *Tyrtaei* elegiae, cum Theocriti, Bionis et Moſchi idylliis, additis diſſertatt. ac notis a *Richard Polwhels*, cuius opera laudatur in *Critical Review*, menſe Maio, nr. 8. a. 1787. — a *Iac Ward* in Miſcellaneous Poems — publiſhd by Mr. *Concanen*, Londini 1724. pag. 352. — *Gallice* a *Sivry* in eius Theatre et oeuvres diverſes, Londini (Pariſiis) 1764. p. 327 ſq. — *Germanice* a *Weiſſio*, et *Cludio* iam laudatis, tum a *Contio*, cum Tibullo. Tiguri 1783. 8. a *Chriſtiano Comite de Stolberg* in: Gedichte aus dem Griechiſchen überſetzt. Hamburg 1782. mai. 8. lib. III.

5. Mira in eo eſt ſuauitas et grauitas tam verborum quam ſententiarum. Quot verba, tot fere pondera et ad virtutis, honeſtatis patriaeque amorem incitamenta, quae Spartanos bellicoſos laudisque bellicae adpetentes ad ardorem et veluti

furorem

furorem facile potuerunt rapere. Atque, quia ſuperiora ſaecula elegiarum illarum editarum noſtro fertiliora erant, maiores noſtri vim et ſuauitatem paene melius, quam noſtri ſaeculi homines, delicatuli ac venuſtuli ſenſiſſe videntur. Et tamen, quae in ſcholis explicentur, omnino adhuc merentur.

6. *Klotzius* in diſſertat. de Tyrtaeo omnes, qui de hoc ſcripſerunt, et verſiones non ſolum recenſet, ſed quoque diligentia ſuperat. Elegiam a Lycurgo ſeruatam, *Eu. Waſſenberg.* in diſſ. philol. de transpoſitione, Franeq. 1786. p. 5 - 17. verſibus transpoſitis et correctis reſtituit.

§. 6.

ALCMAN ſiue ALCMAEON, quamquam ſecundum alios hi diuerſi fuerint homines, et a librariis tantum ſubinde confundantur: reuera tamen non differunt, niſi forma ſiue dialecti ratione.

1. Vixit circ. A. O. C. 3333. Olymp. XXVII, 1. ante Chriſt. nat. 670. V. C. 82. v. *Saxii* Onom. lit. I. pag. 15.

2. Sardiano-Lydus, ciuitate Meſſaotes, ſiue Laco. Poeta lyricus, homo in eſu et amore immoderatus, qui phtiriaſi denique periit.

3. Ex *μελῶν* libris VI. perpauca fragmenta reperiuntur in *Stephani* Lyricis et Lectii poet. vett. gr. Tom. II. pag. 130. et *Commeliana* collect. carminum poetarum nouem Lyricorum p. 125. 144. 150.

4. *Fabric.* B. G. II. cap. 15. ſect. 10. et quae adieci, vol. II. p. 88 ſqq. *Periz.* ad Ael. V. H. XII. libr. 50. ſect. 8. *Bayle* Diction. v. *Alcman,* tom. I. p. 145. *Corſini* faſt. attic. tom. III. p. 50 ſqq.

§. 7.

ALCAEVS.

1. Vixit A. M. 3401. Olymp. XXXXIV. 1. Ante C. N. 602. V. C. 150. v. *Saxii* Onom. lit. I. p. 17. *Corſini* faſt. atticos tom. III. p. 67. qui oſtendit, eum Ol. 47. adhuc ſuperſtitem fuiſſe.

2. Mytilenaeo-Lesbius, et armis et poeſi lyrica inprimis clarus: ab Horatio illius imitatore ſaepius celebratus. Armis, (quae tamen in proelio quodam, quo Mytilenaei cum Athenienſibus dimicarunt, abiecerat fugam capeſſens,) et verſibus infeſtauit tyrannos; ſed ab his quoque patria pulſus eſt.

3. Aeolica dialecto ſcripſit carmina, et ᾠδὰς et ſcolia, quorum pauca fragmenta reperiuntur in Stephani, Vrſini, Lectii, Commelianique collectionibus. nec non in *Mich. Neandri* Gnomologia ſ. Ariſtologia Pindarica, Baſil. 1556. 8. p. 424. — in editione Anacreontis, Sapphus et Alcaei, Glasguae 1751. 32. Praecipue fragmenta *Alcaei,* quae Athenaeus ab interitu ſeruauit, diligenter collegit, et critice atque grammatice illuſtrauit M. *Chriſtian. Dauid Iani,* rector quondam Gymnaſii Isleb. in tribus proluſionibus ſcholaſticis, *de Alcaeo, poeta lyrico eiusque fragmentis,* Halae Saxon.

Saxon. 1780—1782. 4.— Alcaeus, qui a veteribus magni aestimatus est, scripserat quoque *Hymnos*, *παρθενεῖα*, *et nauigationem suam*. — Noster discernendus est ab aliis *Alcaeis*, quos recenset Fabricius.

4. Alcaeus in parte operis aureo plectro merito donatur, qua tyrannus insectatur: multum etiam moribus confert: in eloquendo quoque breuis et magnificus, et diligens plerumque Homero similis, sed in lusus et amores descendit, maioribus tamen aptior. Ita iudicat *Quinctil.* I. O. X. 1. 63.

5. *Fabric.* B. G. II. cap. 15. §. 9. et quae adnotaui, vol. II. pag. 84 sqq. *Bayle* Diction. crit. et histor. h. v. *Burette* in commentariis soc. reg. Paris. Inscr. tom. XIII. pag. 210 sqq.

Alcaei carminibus inseruerunt H. Stephanus, Aem. Portus, et editor Glasguensis *scolion in laudem Harmodii et Aristogitonis*, τυραννοκτόνων, quod seruauit *Athenaeus* lib. XV. 15. pag. 695. B. initium exstat apud schol. ad *Aristophanis* Acharn. 977. 1092. et ex eo apud *Phauorin.* p. 282. 46. Memoratur quoque a Suida in ἀγοράσω, vbi v. Küster, tum in μύρτου κλάδῳ et φορήσω. Exhibuit id sigillatim *Io. Meursius* in *Pisistrato* suo, cap. 14. pag. 1452. tom. V. thesauri antiqq. graec. Nec pauci Alcaeo id tribuerunt: Stephanus vero in sua Lyricorum editione dubitauit de carminis auctore: neque immerito. Nam Alcaei aetas incidit in Olymp. 44 Hipparchi caedes ope Harmodii et Aristogitonis accidit Olymp 66. Hinc alii abnegarunt illud Alcaeo: atque *Hesychius* in Ἁρμοδίου μέλος, (vbi vide Heinsium atque Alberti,)

 diserte

diserte id adsignat *Callistrato* cuidam: quo auctore, et quo iure, equidem nescio: atque lubentius cum Stephano dubitarem de vero scolii auctore. Hesychii tamen auctoritate freti vindicant id *Callistrato Fabricius* in B. Gr. lib. IV. cap. 24. §. 14. vol. IV. p. 58. *Lowth* de sacra poesi hebraeorum, ex versione lat. I. D. Michaelis, Gottingae 1768. 8. prael. I. tom. I. pag. 17 sq. *R. M. van Goens* in disp. sub praesidio Petri Wesselingii ventilata, Obseruationes miscellaneae philologici potissimum argumenti, Traiecti ad Rh. 1764. pag. 36 sqq. *Cludius* de scoliis Graecorum, in Biblioth. der alten Litteratur und Kunst, part. I. p. 57 sq. et *Degen* loco mox citando. Explicuerunt illud critice atque grammatice et secundum praecepta pulcritudinis poeticae *Lowth*, in primis *Goens* l. c. pag. 42 — 50. graece, ex emendatione et recensione Lowth, edidit doctus Britannus, in selectis ex poetis graecis, Etonae 1762. 8. part. I. pag. 184. part. II. pag. 146. germanicae versiones sunt in *Hagendornii* oper. poet. part. III. *Volksliedern* part. I. pag. 266. *Cludii* l. c. pag. 61 sq. — graece cum versione germanica venustisque adnotationibus *Degenii*, mihi amicissimi, in eius edit. *Anacreontis* ed. Altenburg. 1787. pag. 190 sqq. et pag. 279 — 288.

§. 8.

SAPPHO.

1. De aetate *Sapphus* tam veteres scriptores dissentiunt, quam recentiores. Fuit Alcaei aequalis, et floruit intra XLII. et XLVI. Olymp. Wolfio proba-

probabile videtur, eam natam fuiſſe Olympiade XXXVI. vel XXXVII. conf. *Saxii* Onom. I. p. 18. *Corſini* Faſtos attic. tom. III. p. 67.

2. Patria illius fuit Mitylene, ſeu Mytilene, hodie *Metelin*, vrbs clariſſimae inſulae, Lesbi, ab Aeolibus habitatae, et inſulis Aſiae ad occidentalem oram adnumeratae. Patrem habuit Scamandronymum, (v. *Aelian.* V. H. XII. cap. 19. ibique Perizon.) matrem vero Clidem ſeu Cloidem. Neque inter formoſas, neque inter deformes numerabatur, v. *Ouid.* Heroid. XV. 31 ſqq. Ingenii, quod erat ſplendidum et amoenum, atque poeſeos, quae venuſta eſt et ſuauiter fluit, laudem variis flagitiis vitaeque et carminum obſcenitate mire ac turpiter commaculauit. Atque eo proceſſit libidinis, vt Phaonem quemdam Lesbium, cuius inſano amore capta fuit, in Siciliam, eius amplexus atque illecebras fugientem, ſequeretur, et, quum illuſam ſe atque deſtitutam videret, furibunda et amore illius ardens, de Leucate promontorio in mare ſe praecipitem daret. Quamquam fuerunt, qui vel mitigarent ea, quae ab aliis de vita et exitu Sapphus narrantur, vel excuſarent, vel illam plane abſoluerent. Sapphici verſuum generis inuentrix eſſe perhibetur.

3. Ex multis, quae ſcripſiſſe dicitur, e naufragio tamquam tabulae fractae, ereptae ſunt, et ad noſtram peruenerunt aetatem *duae Odae* cum quibusdam fragmentis, et tribus epigrammatibus. Priorem ſeruauit *Dionyſ. Halicarn.* de compoſitione verborum pag. 173 ſqq. in Operum. Dion. Hal. Vol. V. ed. Reiskii: Poſteriorem vero *Longin.* de

ſublimitate ſect. X. et ad vtrumque locum confer interpretes.

4. Multis Anacreontis editionibus et verſionibus adiectae ſunt duae illae odae illarumque interpretationes. Eaedem odae reperiuntur cum fragmentis in Collectionibus Fuluii Vrſini, P. Stephani et Commelini, in Catullo Voſſii pag. 115. Textus vero valde corruptus ad nos peruenit, atque Iſaacus Voſſius, Hudſon, Tollius Pearce, Tanaquil Faber, Baxter, Brunk, in Analect. I. pag. 54. aliique in emendando illo multum operae poſuerunt, interdum vero ingenio plus iuſto indulſiſſe videntur. Optima et locupletiſſima editio cum notis omnium priorum interpretum eſt: —— Fragmenta et elogia quotquot in auctoribus antiquis graecis et latinis reperiuntur, cum virorum doctorum notis integris cura et ſtudio *Io. Chriſtiani Wolfii*, Prof. Hamb. qui vitam Sapphonis et indices adiecit, Hamburg. 1733. 4. in praefat. pag. 31 ſq. plures laudat, qui de poetria illa ſcripſerunt. Duas quoque odas dedi atque explicui in Anthol. graeca poetica.

5. Tanti aeſtimata eſt Sappho ab veteribus, vt decima Muſa diceretur: atque quanta vis, quanta naturalis pulcritudo, quanta venuſtas et gratia, quae ex contextu vinculisque orationis et compoſitionis facilitate ac ſuauitate potiſſimum proficiſcitur, illius ineſſet carminibus, quae amorem molleque ingenium ſpirant, Dionyſ. Halicarn. et Longinus iam acute perſpexerunt et laudarunt.

6. *Fabricius* B. Gr. II. cap. 15. ſect. 54. vol. II. p. 137. vbi plura addidi, *Io. Chriſtoph. Cramer* in diatrib. Chronologico-critica de patria Sapphus, Ienae,

Ienae, ſine anni nota, 4. et de συγχρονισμῳ Sapphus et Anacreontis, Ienae 1755. 4. *Bayle* in Diction. vol. IV. h. v. pag. 139 ſqq. Adde *I. H. Schurzfleiſch* in Longino ad fidem codicum a Tollio omiſſorum recenſito, Witteb. 1711. 4. *Wahlii* vitam Sapphus, in illius verſione germanica carminum Anacreontis Sapphusque.

§. 9.

SOLON.

1. Vixit circ. A. O. C. 3411. Olymp. XLVI. 3. ante Chriſt. nat. 592. (ſecund. Hamberg. 569.) V. C. 160. v. *Saxii* Onom. lit. tom. I. p. 20. plura in hanc rem diſſerui ad *Fabricii* B. Gr. vol. I. pag. 735 ſq. de Solone, qua poeta potiſſimum.

2. Salaminius, filius Execeſtidae. Adoleſcens mercaturae operam dedit, et cum ob rei anguſtiam, tum in primis rerum cognoſcendarum cauſſa multas ſuſcepit peregrinationes. Redux, Athenis habitauit, et animum ad poeſin ac philoſophiam, praeſertim eas philoſophiae partes, quae ad doctrinam morum rerumque publicarum ſtatum ſpectant, diligenter adpulit. Elegia quadam, quam, inſaniam ſimulans, locumque praeconis adſcendens, memoriter recitauit, Athenienſes ad Salamina Megarenſibus eripiendam, de qua antea adeo diuturnum bellum iniquo Marte geſſerunt, vt ei, qui de recuperanda Salamine verba faceret vel ſcriberet, poenam capitalem minitarentur, tam grauiter incitauit, vt curam belli atque imperium a ciuibus traditum acciperet, inſulamque in Athe-

nienſium redigeret poteſtatem. Quo facto ſummam auctoritatem, et munera, quae ampliſſima habebantur, conſequutus eſt, atque Olymp. XLVI. 3. ante Chr. N. 594. (ſecundum vero Iackſonum in Chronological Antiquities Vol. II. p. 240. apud Hambergerum, ante Chriſtum natum 569.) Tarquinio priſco Romae regnante, Archon delectus eſt, et arbiter diſſenſionis ac turbarum inter ciues exortarum legislatorque conſtitutus. Draconis igitur leges, nimis duras et ſanguinolentas, excepta ea, quae de caedibus erat, abrogauit, aut, demta acerbitate, mitigauit; cenſum ciuium primo inſtituit, et hos in quatuor claſſes diuiſit, formamque reipublicae in quibusdam ſalubriter mutauit: in centum vero annos conſenſu populi ſenatusque vniuerſi certam ſanxerat auctoritatem.*) Munus vero ſuum adeo ſapienter adminiſtrauit, vt omnium ciuium amorem conciliaret ſibi, ſuum cuique ex aequo tribueret, omnesque turbas ſedaret. Quo vero ciues facilius adſueſcerent legibus, impetrato ab Athenienſibus decennio peregrinandi cauſſa, primum in Aegyptum, deinde in Lydiam, vbi ſardibus cum rege Croeſo celebre illud

*) De legislatione Solonis et Lycurgi eſt egregia commentatio in *Schilleri* Thalia, faſc. XI. nr. 2. Lipſ. 1790. mai. 8. adde *Sam. Waltheri*, Gymn. Magdeb. Rectoris progr. de Solone et Lycurgo, legumlatoribus. Magdeburgi 1718. 4. — *I. Franc. Buddei* diſſ. Leges Solonis cum Moſaicis. Halae Sax. 1699. 4. *Aug. Milagii* orat. de lege Solonis, quae ignominia notat cos, qui in ſeditione alterius vtrius partis non fuiſſent, cum *Schraderi* progr. eiusdem argumenti. Helmſtad. 1655. 4.

illud de vera vitae felicitate habuit colloquium, *) profectus est. At turbae, quae illo absente ortae sunt, et factiones, in quas vrbs diuisa fuit, coegerunt eum, vt, consilio mutato, Athenas reuertens, dissidia componeret. At Pisistratus fraude insidiisque decepit Athenienses et tyrannidem inuasit. Qui quamquam Solonem magno honore haberet, huiusque legibus quam plurimis, auctoritate sua confirmatis, prudenter vteretur, Solon tamen prae dolore Cyprum profectus est, vbi octogenarius animam Ol. LV. 2. efflauit, corpus vero in patriam vrbem, Salamina delatum est, ibique sepultum. conf. *Bubcrium* diss. Herodot. cap. 16. *Corsini* F. A. tom. III. pag. 94 sqq.

3. Scripsit leges, epistolas et varia poemata non genere solum elegiaco, sed iambis quoque et trimetris vsus, quorum fragmenta quaedam supersunt. conf. *Taylor* ad Demosth. orat. de falsa legat. in *Reiskii* adparatu critico ad Demosthen. vol. I. p. 453 sqq. aut p. 356 sqq. ed. Cantabr. Leges vero, quae et reipublicae formam et ciuium mores mederarentur, βȣϛροφηδὸν a sinistra ad dextram, et rursus a dextra ad sinistram exaratae ligneis axibus, qui quadrangulis ligneis inserti conuertebantur; leges Solonis, quae res priuatas spectarent, inscriptae in ἄξονας, ligneos roboreos quadratos, indeque ἄξονες dictae sunt: sicuti eae, quae ad ius sacrum pertinerent et res publicas,

*) v. *Herodot.* I. 11. pag. 13. vbi Wesseling in nota fidem Herodoti, impugnatam a Frereto et Bruckero, qui colloquium illud fabulis adnumerant, bene defendit.

Κύρβεις nominatae ſunt. Epiſtolae reperiuntur apud Diogenem Laertium in vita Solonis.

4. Leges Solonis collectae ſunt atque illuſtratae a *Meurſio* in Solone cap. 2. ſqq. a *Pardulpho* Prateo, in Iurisprudentia vetere, Draconis et Solonis legibus gr. et lat. Lugd. 1559. 8. aliisque, in primis vero a *Samuel. Petito* in egregio quidem, at tamen a multis naeuis et erroribus haud immuni, libro: *Leges Atticae*. Samuel Petitus collegit, digeſſit et libro commentario illuſtrauit IIX libris diſtinctum, in quo varii ſcriptores veterum Graecorum et Latinorum loci explicantur et emendantur, Paris 1635. fol. et cum animaduerſionibus atque correctionibus Iac. Palmerii, Saluinii, et C. A. Dukere ſuisque perquam doctis iterum edidit Petrus Weſſelingius, Lugd. Batau. 1742. fol. Heineccius quoque reddidit Petiti opus in Iurisprudentia Romana et Attica, Tom. III. — Carminum fragmenta ex Stobaeo aliisque primum comparuerunt poſt Callimachi hymnos cura *Sigism. Gelenii* et *Matth. Aurogalli*, Baſil. 1532. 4. (duo tantum ex Stobaeo typis exſcripta ſunt fragmenta) Auxit 6 fragmentis *Ioach. Camerarius* in *libro ſcholaſtico* — quo continentur Theognidis praecepta Pythagorae verſus aurei, Phocylidae praecepta, Solonis, Tyrtaei, Simonidis et Callimachi quaedam carmina collecta et explicita, Baſil. 1550. rec. 1555. 8. — *Neander* in Antholog. gr. latino Baſil. per Oporin. 1556. 8. p. 422 ſqq. plurima dedit Solonis fragmenta. — Tum *Hertel* in collectione gnomicorum, Theognidis etc. Baſil. 1561. Lipſ. 1591. et ſaepius, ſeptem adiecit ſuperioribus. — Herteliana repetita ſunt ab *Henr. Stephano*

Stephano in Poetis graecis principibus heroici carminis etc. et in Theocriti aliorumque poetarum Idylliis, 1579. 12. part. fec. pag. 29 fqq. — a *Commelino* in γνωμογράφοις Heidelb. 1597. 8 — et *Lectio* in poet. graecis vett. etc. — Duo poftea fragmenta illis adiecit *Radulph. Winterton.* in poetis gr. minoribus Cantabr. 1635. 1661. 1684. etc. 8. — nouiffime in Analectis *Brunk.* Vol. I. pag. 64. et Vol. III. p. 236. idem inter Gnomicos poetas gr. recepit XXXI. fragm. et correxit. — Separatim vero Solonis fragmenta poetica denuo collegit, nouis fragmentis, (dedit vero ipfa XXXII.) ex Plutarcho, Ariftide et Athenaeo auxit, lectionis varietate notisque, et vita Solonis inftruxit *Francifc. Arn. Fortlage*, Gymnaf. Osnabr. Coll. Lipfiae 1776. 8. wie Zeus die Welt richtet, ein Fragm. Solons, griechifch und deutfch mit Anmerkungen von D. *Leppentin.* Hamburg. 1789. m. 8.

5. Cognitio legum et quorumdam fragmentorum poeticorum ad pernofcendas antiquitates Atticas et intelligentiam multorum Atticorum fcriptorum eft omnino neceffaria. In aliis fragmentis praecepta morum vtilia traduntur. Poeta vero et philofophus haud vulgaris fuit Solon.

6. *Gottfridi Schmidii* de Solone legislatore diatribe, Lipf. 1688. 4. *Fabricius* B. Gr. Libr. II. cap. 14 fect. 16. vol. II. p. 23 fqq. vbi Richter, de Solone legislatore plura disputauit, multosque laudauit viros doctos. *Brucker.* hift. crit. philof. Tom. I. Part. II. Libr. I. cap. 11. pag. 442 fqq. et in Adpendice p. 212.

7. *Fabri-*

7. *Fabricius* loc. mem. vol. II. pag. 1 ſqq. vbi Richter in notis multa docta et meliora adtulit,) de aliis veter. legumlatoribus, *Zaleuco*, *Charonda*, *Lycurgo*, *) *Dracone* etc. agit. Capita vero legum Zaleuci et Charondae etc. in quindecim proluss. academ. illuſtrauit *Heyne* V. C. Gotting. 1767—1786. rec. et nouis acceſſionibus locupletatis in opuſculorum academicor. vol. II. Gotting. 1787. 8.

§. 10.

MIMNERMVS.

1. Solonis aequalis fuit.

2. Colophone, Ioniae oppido, ortus: de illo parum conſtat: inuentor tamen pentametri eſſe dicitur. v. quae ſcripſi in *Fabr.* B. Gr. vol. I. p. 733 ſq.

3. Poeta fuit gnomicus et vtilis, qui nec aquilae inſtar ſurgeret, nec humi ſerperet. Fragmenta enim, quae ab iniuria temporis ſeruata ſunt, poetam produnt praeclarum, ſuauem et Gratiarum alumnum.

4. Ordine interdum mutato, illius fragmenta reperiuntur in *Stephani* poetis gr. heroic. et in eiusdem min. edit. Theocriti aliorumque poet. *Vrſini* atque *Wintertoni* collection. et emendatius in

*) De hoc legislatore compara libellum: Politiſche und moraliſche Betrachtungen über die Spartaniſche Geſetz-Gebung des Lykurgus. Lindau. 1763. 8. — *I. Sim. Lindinger* Progr. Die Spartaner, Halae Sax. 1758. 4. — De Dracone legislatore Athen. egit *M. Dan. Frid. Ianus* in diſſ. Lipſ. ſ. a. 4.

in *Brunk* Analectis veter. poetarum graecor. Tom. I. pag. 60. II. 722. atque in Gnomicis gr. poetis p. 68. coll. p. 306. Quaedam dedi in Anthol. gr. poet. pag. 51 ſqq. adde *Koeppen* Griechiſche Blumenleſe, part. II. pag. 38 ſqq. duo fragmenta germanice eaque verſibus trochaicis vertit *G. W. C. Starke*, Rector ſcholae Bernburgenſis in: Einige Gedanken über die Ueberſetzung griechiſch. u. römiſcher Dichter etc. Halae Saxon. 1790. min. 8. pag. 32 — 34.

5. v. Les Vies de poëtes grecs en Abregé par Mſr. *le Févre* pag. 41. ed. Relandi.

§. 11.

ANACHARSIS.

1. Solonis aequalis fuit, ad quem etiam profectus eſt ad cognoſcendum graecorum cultum tam ciuilem quam religioſum.

2. Scytha fuit, eiusque frater Scytharum rex. Redux e Graecia, graecas caerimonias in patria clam ſtuduit et incepit recipere: ſed a fratre deprehenſus, ſagitta interemtus eſt.

3. Varia eius dicta Diogenes Laërtius, Lucianus et Plutarchus ſeruarunt. Epiſtolae quoque nouem ſub nomine eius circumferuntur.

4. Hae editae ſunt graece, inter epiſtolas graecas diuerſorum, Venet. 1499. 4. graece et latine inter varias epiſtolas per *Eilhard. Lubin.* apud Commel. 1601. 8. et inter epiſt. graecanicas mutuas, Aurel. Allobrog. 1606. fol.

5. *Fabric.* B. G. II. cap. 10. ſect. 22. et cap. 23. ſect. 6. vbi quoque de *Barthelemy* libro: Voyages du

du jeune Anacharſis en Grece etc. Paris 1788. voll. VII. 8. et I. vol. mapparum geographicarum etc. eiusque repetitione Bipontina et verſione germanica egi.

§. 12.

AESOPVS.

1. Floruit circ. A. O. C. 3433. Olymp. LII. 1. ante C. N. 570. V. C. 182. necatus eſt Olymp. LIV.

2. Cotiea Phryx fuit, et ſeruus, ab vltimo tamen domino ſuo Iadmone, philoſopho, manumiſſus. Libertatem nactus, multis itineribus factis, ab rege Croeſo Sardes in regiam accitus et tandem Delphos miſſus eſt, vbi ſacrilegii fraudulenter incuſatus, et a principibus de rupe Phraedriade praecipitatus, morte ignobili atque indigna periit. Apollo vero iratus peſtilentiam atque ſterilitatem miſiſſe dicitur, qua calamitates non niſi poſt expiatum ſcelus ſedatae fuiſſent. Sed multa ſunt incerta, v. *Cuperi* Obſeruatt. Libr. IV. cap. 4.

3. Fuit philoſophus, et apologis ſiue fabulis homines ad bene beateque viuendum hortabatur. Nomen eius apud veteres valde celebre fuit. Quae vero hodie ſub eius nomine circumferuntur fabulae, illae Aeſopum ipſum, qui quidem non videtur fabulas ſcripto mandaſſe, ſed fictas recitaſſe, haud agnoſcunt auctorem, ſed more Aeſopi concinnatae ſunt: nec pauci fuerunt viri docti et ſagaces, qui putarent, a Planude Monacho Conſtantinopolitano, qui circa A. C. 1350. floruit, illas eſſe compoſitas; quod eſt falſum, ſaltem non ſatis circumſpecte recteque dictum. Omnino plures fuerunt antiquiores, et Planudes reliquias fabularum,

bularum, quae Aeſopo, licet immerito, adtributae eſſent, aliasque tantum interpolauit, ordinauit, amplificauit et auxit. Hinc diuerſitas in codd. obuia intelligi poterit. Nam Heuſinger in praefatione ad ſuam editionem et ad Iuliani Caeſares ſcribit, in bibliotheca Auguſtana eſſe fabularum Aeſopicarum codicem, quem ipſe oculis manibusque vſurpaſſet, Planudis aetatem longe ſuperantem. Atque forma orationis et ſimplicitas non vbique Planudis aetatem, ſed multo antiquiorem, mihi quidem redolere videtur. Adde, quod Iſaac Voſſius codicem MS. 500 annorum habuiſſe dicitur: quamquam de aetate illius Voſſiani cod. nonnulli dubitarunt: ſed v. *Valcken.* in Miſcell. obſſ. critic. Belgicis, vol. X. tom. I. p. 108 ſqq. Heuſingerus quoque in diſſ. de graecis Aeſopi fabulis plura de hoc argumento diſſeruit. Res ita ſe habere videtur, quod quidem ad Fabricii B. G. I. pag. 625 ſqq. vberius expoſui idemque varia diuerſaque variorum V. D. iudicia atque opiniones collegi: hic vero paucis comprehendere tentabo. Genuinas Aeſopi fabulas ſiue ore traditas, ſiue iam collectas ſciuiſſe aut habuiſſe videntur Ariſtophanes, Plato, Ariſtoteles et forſan alii antiquiores; quas vero genuinas integrasque vetuſtas partim aboleuit, partim imitatio, transformatio atque interpolatio aliorum mire immutauit, nec raro corrupit. *Babrius;* de quo eiusque fabulis et editionibus infra agetur, qui alias, at male ſcribitur, *Babrias* et *Gabrias* et ante Auguſti tempora vixiſſe videtur, ſcripſit Aeſopios μύθȣς ſiue μυθικὰ, h. e. fabulas, quae ſub Aeſopi nomine ferebantur, ex aliorum inuentis non parum auctas, et quidem verſu choliambo,

tiambo ſiue ſcazonte, quae collectio Babriana forſan ſaeculo XII. fuit adhuc integra. Ab opere autem Babriano opinatur *Tyrwhitt* in diſſ. de Babrio, Londini 1776. mai. 8. et cura mea iterum edita Erlangae 1785. 8. omnes, quas hodie tenemus, fabularum Aeſopearum collectiones origenem ſuam duxiſſe. Babrii enim opera ſic placuit hominibus, vt ab eo tempore negligi coepiſſet proſaica Aeſopearum collectio: ſequioribus autem ſaeculis, vti ſuſpicatur idem Tyrwhitt, homines male feriati diuerſis ingeniis, locis et temporibus Babrii partes varias pro lubitu quisque in proſam reduxerunt. De Aphthonii, Ignatii, Syntipae etc. fabulis, de Romulo, et de Rimicio, ſiue Rinucio, ſ. Aretino, ſ. Thettalo, (vnus vero idemque homo eſt, eiusque verum nomen *Ranutio d' Arezzo*,) a Fabricio et in meis ad illum animaduerſionibus copioſe actum eſt. Tenendum eſt praeter ea, Aphthonium, Antiochenſem, Babrio iuniorem, nonnullas Aeſopi fabulas ſelegiſſe, et proſa graeca expreſſiſſe, adiunctis Epimythiis. Quadraginta fabulae Aphthonii cum verſione Iacobi Kimedontii filii primum editae ſunt apud Commelinum 1597. 8. ad calcem progymnaſmatum; recuſae Lugd. B. 1623. 8. apud Abraham. Commelinum. Cum eadem verſione Neueletus illas in fabularum collectione 1610. repet. 1660. vulgauit, additis caſtigationibus. Graece et latine vna cum progymnasmatis, auctae et recognitae a patribus ſocietatis Ieſu, Paris 1648. 12.

4. Omnes fabulae, ſub nomine Aeſopi vulgatae, ex tribus potiſſimum exemplaribus msstis ſunt deſumtae: vnde triplex enata eſt collectio, n.

Accur-

Accurſiana, (ex qua prodiit Aldina cum ampla familia,) *Stephaniana* et *Neueletana*, e quibus tribus editionibus reliquae, modo auctiores, modo paullo emendatiores fluxerunt. Quod *Babrius*, duobus voluminibus, vt ait Auianus fabulator, *μύθυς* Aeſopios complexus eſt: ea, ſuſpicatur Tyrwhitt, caſu quodam olim diſtracta, alterum Neueletanae, alterum Accurſianae collectione origenem dediſſe; omnes autem fabulas, quas hodie tenemus, Aeſopeas, at varie mutilatas, corruptas in proſamque reſolutas orationem, ex opere Babriano ortas eſſe. Planudes igitur vulgatas fabulas non ſcripſit. Vt mittam antiquiores anonymi et Romuli cuiusdam, Vallae, Omniboni aliorumque verſiones, ante factas, quam graece excuſae fuiſſent fabulae, et deinde editas, *Rimicius* ſ. *Rinucius* fabulas, quae ex altero Babrii volumine, iudice Tyrwhitto, proſaice erant factae, in linguam latinam ante annum 1459 transtulit. Has poſtea *Bonus Accurſius* Mediolani typis exſcripſit, et deinceps fabulas, graece ſcriptas, adiecit, *primam* Aeſop. fabularum collectionem auſpicatus. Sed princeps editio latina incognita fuit ſummis litteratoribus; etiam *Ioſ. Anton. Saxio* in hiſtoria literario-typographica Mediolanenſi, tom. I. *Phil. Argelati* bibliothecae ſcriptorum Mediolanenſium, 1745. fol. vbi mediolanenſes Aeſopi editiones recenſentur. Necdum mihi, in Fabricii B. Gr. vol. I. pag. 637 ſqq. editiones atque interpretationes Aeſopi fabularum recenſenti, cognita fuit. Ego vero illius, quae eſt in bibliotheca Altdorfina Trewiana, notitiam debeo diligentiae atque humanitati cel. *Panzeri*, cuius adcurata pleniorque deſignatio, quam mihi ſignificarat, lectoribus haud ingrata erit:

O Initium

Initium eſt: *Vita Eſopi fabulatoris clariſſimi e greco latina per Rimicium facta ad Reuerendiſſimum patrem dominum Antonium tituli ſancti Chryſogoni presbiterum Cardinalem.* Tum ſequitur *Prohemium* et *argumentum.* Id excipit *vita Eſopi*, quae in prima pagina folii XXVII finitur. Sequenti folio *fabulae*, quae ipſae ſunt centum, et complent folia XXIII, incipiunt, praemiſſo *argumento fabularum Eſopi e greco in latinum.* Prima fabula eſt de aquila et vulpe, vltima, de viro et vxoribus, cum clauſula, *totius operis anacephaleoſis:* quam ſequuntur tria diſticha: *verba libri ad emptorem.* Denique notatur: *Impſſit Mdi'* (h. e. impreſſit Mediolani) *Antonius Zarotus pmenſis*, (h. e. Parmenſis) MCCCCLXXIIII. (1474.) 4.

Poſthaec *Bonus Accurſius* probabiliter ante a. 1479, aliorum vero iudicio 1480. *Mediolani* fabulas priores 144. (vt in exemplo Oxonienſi ordinantur,) e MS. *graece* Mediolani edidit cum verſione latina Rinutii, ſine l. et a. nota, in 4. Haec fuit princeps editio graeca. Idem *Accurſius* paullo poſt edidit ibidem *ſelectas Aes. fabulas* graece, cum verſione latina et regione poſita, 4. ſine l. et a. — Ex *Accurſiana* collectione manarunt *Aeſopi fabulae electiores graecae et latinae per Dionyſium Bertochum*, Regii 1497. 4. — *Aeſopi vita et fabulae*, graece, 4. ſine l. et a. nota; (probabiliter 1498. Venetiis et continentur 148 fabulae.) de quibus editionibus copioſior fui ad Fabr. B. Gr. I. p. 637 ſqq. in nota. — Ex Accurſiana collectione fluxit, vti iam memoraui, *Aldina*, *Vita et fabellae Aeſopi* cum interpretatione latina. — Accedunt Gabriae fabellae XLIII. cum latina inter-

interpretatione, Phurnutus ſeu Curnutus de natura deorum, Palaephatus de non credendis hiſtoriis, Heraclides Ponticus de allegoriis apud Homerum, Ori Apollinis Niliaci hieroglyphica, collectio prouerbiorum Tarrhaei et Didymi, item eorum, quae apud Suidam aliosque habentur, cum aliis quibusdam ex Aphthonio, Philoſtrato, Hermogene et apologo Aeſopi de Caſſita apud Gellium, Venetiis 1505. fol. gr. et lat. Ex *Aldina* collectione deriuatae ſunt multae Aeſop. fabularum editiones, quae in primis praela Baſilienſia exercuerunt, et interdum editorum aut eorum, qui operis praefuerunt, mutationes acceperunt.

Altera collectio eſt *Stephaniana* quae nouam editionum claſſem duxit ab elegantiſſima edit. huius ſententiae: *Aeſopi vita et fabulae plures et emendatiores; graece, ex vetuſtiſſimo codice bibliothecae regiae, ex officina Roberti Stephani.* Paris. 1546. 4. Cum fabularum ordo a prioribus editionibus omnino discrepat; tum etiam nouae fabulae, circiter viginti, non omnes ſimul adiectae; ſed ſparſim diuerſis locis inſertae ſunt. Quaedam inſunt Babriana, quae vel elegantiora iudicantur, atque auctorem Babrium magis referunt, quam in Neueletana, vel in hac plane deſiderantur. Poſthaec modo ex Stephaniano, modo, idque frequentius, ex Aldino aut huius ſequaci, Frobeniano, exemplo fabulae Aeſopi, plerumque cum aliis opuſculis iunctae, frequenter typis varia fortuna ſunt repetitae. Memoratis in Bibl. Fabr. add. *Fabulae Aeſ. a G. Berſmann*, ſ. l. 1590. 12.

Tertia fabularum collectio et *tertia* editionum aetas est *Neueletana.* Neueletus in sua edit. fabularum variorum auctorum fabulas priores 144. vt ex editione Accursiana propagatae fuerant, reddidit: ex codd. autem msstis Palatinis addidit circiter 136. vel potius 148 a pag. 212 — 321. sub titulo *Fabularum numquam hactenus editarum*, quas latine reddidit notisque illustrauit. — In illis vero Monachorum etiam aliorumque hominum, qui diu post Aesopum vixerunt, fit mentio. Inscripta autem est editio: *Mythologia Aesopica*, in qua Aesopi fabulae graeco-latinae 297. quarum 136. primum prodeunt. Accedunt Gabriae fabulae etiam auctiores: Anonymi veteris fabulae, latino carmine, redditae LX ex exsoletis editionibus et codice MS. luci redditae. Haec omnia ex bibliotheca Palatina. Adiiciuntur insuper Phaedri (XL), Auieni (XLII), Abstemii (CXCIX) fabulae, cura et studio *Isaaci Nicolai Neueleti* cum notis eiusdem in eadem, Francof. 1610. 8. et 1660. 8. Quas e quinque MSS. eiusdem vero familiae, edidit fabellas, earum nulla in vulgatis edd. fuit. — Ab eo tempore fabulae Aes. frequenter eaeque modo omnes, modo selectae aut cum aliis iunctae opusculis praelo exierunt. Alibi memoratis addatur ed. *Aesopi fabulae selectiores*, gall. gr. et lat. Paris 1650. 4. — E recentioribus quasdam nominabo: *Fabularum Aesopicarum delectus.* Oxoniae e theatro Sheldoniano. 1698. 8. Editor *A. Alsop*, in graecis praecipue Neueletum sequutus, vulgauit CLVIII. fabb. rescisis ἐπιμυθίοις: addidit metricas et suas et alienas versiones, tum X. fabulas hebraicas, cuius interpres dicitur

Iesopito,

lesopito, et totidem arabicas, *) duce Erpenio, et alia. — Fabulas, quas ab Isaaco Neueleto accepimus, graecas paullo emendatius et cum noua accessione, et latina versione vel correcta, vel noua, formulis typographicis describi fecit *Hudson:* Μύθων Αἰσωπείων συναγωγή, accedit interpretatio latina, Oxon. e theatro Sheldon. 1718. 8. *Io.* enim *Hudson*, qui vero se *Marianum* vocat, est editor: meliorem quidem exhibere textum studuit, sed nitidam editionem vitia deformant typographica. — Hudsonianum exemplar minus emendate, recudi fecit, vitam Aesopi latinitate donatam adiecit ac praefatus est *Io. Gottfr. Hauptmann*, Lips. 1741. mai. 8. subiunxit addenda quaedam, adnotationes et varias lectiones. Sunt vero in hac collectione 361 et aliae in addendis, fabulae. — Optimae tamen editiones sunt: 1) *Fabulae Aesopicae graecae*, quae Maximo Planudi tribuuntur, ad veterum librorum fidem emendatas, cum Ioachimi Camerarii interpretatione latina, Ioannis Hudsoni suisque adnotationibus, et indice omnium verborum edidit *Io. Michael Heusinger*, Isenaci et Lipsiae 1741. et mutata tituli pagina, 1756. 8. et cum praefatione *Klotzii*, omissa Camerarii interpretatione, 1770. et 1775. 8. Basis quidem est editio Hudsoniana, sed e veteribus libris mul-

*) De codice arabico, in quo fabulae Aesopeis similes et Locmanno adscribi solent, vide *Casiri* bibliothecam arabico-hispanam Escurialens. tom. I. Matriti 1760. fol. pag. 226. et Casiri putat, Locmannum, Aethiopem genere, conditione seruum, eumdem esse ac *Aesopum*, quod voc. nonnihil immutatum idem sonet ac *Aethiopus* s. *Aethiops*.

to caſtigatior et emendatior prodiit haec editio: cod. Gothano, et interdum Auguſtano, atque, ſed parcius, coniecturis vſus eſt ad textus emendationem Heuſingerus, ſolis Planudeis contentus, omiſſa fabularum adpendice Neueletina, ſatis mendoſa, et a diuerſis auctoribus profecta. Ex Aphthonio, Apoſtolio, cod. Auguſtano aliisque libris diuerſas interdum ſubiunxit vulgatis fabellas. — 2) *Fabulae Aeſopiae graecae, recenſuit, varias lectiones, notas et indicem addidit Io. Chr. Gottlieb Erneſti, A. M. acceſſit diſſ. de fabula Aeſopia,* Lipſiae 1781. 8. — Easdem cum indice graeco germanico *N. M. Ludwig,* Conrector ſcholae Glückſtadtienſis, Gottingae, 1789. 8. et cum notis germanicis, indiceque gr. germanico *I. Dau. Büchling*, Halis Sax. 1790. 8. ediderunt.

5. Inuentio plurimarum fabularum in Accurſiana potiſſimum collectione eſt ingenioſa, et a ſimplicitate non minus, quam vtilitate atque iucunditate lectio illarum, cum primis tironibus, eſt commendanda.

6. Narrationem Maximi Planudae de inſigni Aeſopi deformitate examinat *M. Frid. Gotthilf Freytag* in diſſert. Lipſiae 1717. 4. — De auctore fabulisque inter Anglos magna lis fuit agitata, v. *Bentleii* diſſert. de epiſtolis Phalaridis etc. ac fabulis Aeſopi cum Wattoni cogitat. de erudit. antiqua et recent. Londin. 1697. 8. pag. 134 ſqq. a Lennepio lat. vers. poſt Phalar. epiſtolas. adde interpret. ad *Quinct.* I. O. VI. 11. p. 440. ſq. ed. Burm. in primis *Fabric.* B. Gr. II. 9. vol. I. pag. 618—661. de Aeſopo, fabulis eius et aliorum aeſopeis, de edition. verſionibus, etc. vbi permulta

multa adieci, quae hic repetere nolo, et ill. *Blankenburg* ad Sulzeri Theorie etc. vocc. *Aesop.* p. 34. et *Fabel* pag. 142 ſqq. *Hirt*, theologus primum Ienenſis, poſtea Wittenbergenſis, in Actis Academ. Elect. Mogunt. Tom. I. pag. 583. ſibi quondam perſuaſit, Lockmannum primum eſſe inuentorem fabularum, e quibus homo quidam graecus quasdam fabulas ſumtas interpretatus ſit. Neque vero argumenta ſagacioribus adeo firma certaque videbuntur, vt euerti nequeant.

§. 13.

PHALARIS.

1. De aetate huius tyranni multum fuit disputatum inter Dodwellum, Boylium, et Bentleium. Secundum Bentleium non ante Olymp. LVII. 4. ſecundum vero Dodwellum non ante Olymp. LXIX. 1. iſte periit. *Saxius* aetatem eius refert ad annum Mundi circ. 3441. Olymp. LIV. 1. ante C. N. 562. V. C. 190.

2. Aſtypalaea, in Creta, aut inter Sporades, ortus; patria vero pulſus eſt, quod adhuc iuuenis res maiores adpetere videbatur. Venit igitur Agrigentum in Sicilia, quod quidem ſeruitute oppreſſit et crudeliter regnauit. De patria tamen lis orta eſt inter Dodwellum et Bentleium. Perillus ſaltem eius ſaeuitiam ſenſit, v. *Val. Maxim.* IX. 2. et ad *Ouid.* Triſt. III. 11. 41. ab aliis hiſtoria de tauro aeneo fabulis adnumeratur. *Dodwell* in libr. de Phalaridis aetate mox laudando putat pag. 41. ſqq. et 48 ſqq. illum tyrannidem occupaſſe anno vrbis Agrigentinae XVI. Olymp. LIV. 1. tenuiſſe

autem ad Olymp. LXI. 1. atque adeo per annos XXVIII. atque pag. 81 sqq. probatum it, tyrannum inter Olymp. LXIX. 2. et Olymp. LXX. 1. fortassis interfectum esse. Bentlei rationes aliter subducit. v. ad Fabr. B. Gr. vol. I. p. 663 sq.

3. Phalaridi 148. epistolae a quibusdam adtribuuntur: quam quidem sententiam fouerunt Seldenus, Dodwellus aliique. At illi abiudicarunt epistolas Photius, Angelus Politianus, Vossius, Fabricius, Valckenaer, aliique, in primis *Richard. Bentleius* in diss. de Phalaridis Epistolis, anglice scripta ad Guil. Wottonum, Lond. 1697. 8. et in Apologia aduersus Carolum Boylium, ibid. 1699. 8. Et res et dialectus, quae contra morem Siculorum, non dorica, sed attica est, et antiquiorum silentium efficiunt, vt de illarum antiquitate dubitemus. Atqui *Fabricius*, illas ab Adriano, sophista sub M. Antonino, esse confictas, opinatur: dissentit vero *Valcken.* in praef. ad Lennepii ed. Phalar. p. v.

4. Antea, quam contextus graecus typis descriptus est, *Aretini* versio latina Romae, primum sine a. et loci et typographi nota, in 4. dein typis Vdal. Han. 1470. 4. et alibi lucem adspexit. (v. ad Fabr. B. Gr. I. pag. 669 sq.) Prima *graeca* editio est: *Phalaridis Tyranni, Apollonii philosophi pythagorici et Bruti Epistolae*, graece. 1498. 4. sine loci mentione: de loco litigarunt homines docti. v. ad Fabr. I. pag. 671 sqq. vbi reliquas editt. et collectiones enumeraui. Eaedem enim epistolae reperiuntur in collectionibus epistolarum graecarum Aldina, Cuiaciana, Lubiniana et Commeliana, aliisque. — Ex MSS. recensuit, versione, annotationibus

tationibus et vita insuper auctoris, donauit *Carol. Boyle*, Oxon. 1695. et 1718. 8. quam editionem Bentlei in diss. mem. acerbe castigauit. Plenissima optimaque editio et noua plane recensio e libris scriptis editisque facta, ordine epistolarum prorsus immutato, est: Φαλ. Ἐπιστολαί. *Phalaridis epistolae, quas latinas fecit et interpositis Caroli Boyle notis commentario* (amplissimo eruditione) *illustrauit Io. Daniel a Lennep. Mortuo Lennepio, finem operi imposuit, praefationem et adnotationes quasdam praefixit L. C. Valckenaer.* Groningae 1777. 4. — Adiecit Lennep. tamquam alterum tomum, versionem latinam, librorum Bentleianorum eorumque eruditorum, qui ad cognitionem vetusti temporis, et vniuersae propemodum litteraturae graecae antiquioris multum faciunt: *Richardi Bentleii dissertat. de Phalaridis, Themistoclis, Socratis, Euripidis aliorumque epistolis, et de fabulis Aesopi: nec non eiusdem responsio, qua dissertationem de epistolis Phalaridis vindicat a censura Caroli Boyle. Omnia ex anglico in latinum sermonem conuertit Io. Dan. a Lennep.* Groning. 1777. qui alter domus separatim, addita Bentlei epistola crit. ad Millium, paucis abhinc annis Lipsiae in 8. typis repetitus est.

5. Quamuis non sint Phalaridis, elegantia tamen atque vtilitate non carent.

6. Praeter memoratos libellos confer *Dr. Bentley's* dissertations on the Epistles of Phalaris and the fables of Aesop. examined, by the honourable Charles Boyle Lond. 1699. tert. edit. Londini 1776. *Henr. Dodwell* de veteribus Graecorum et Romanorum cyclis, diss. V. sect. X. eiusque exer-

 citationes

citationes duae, prima de aetate Pythagorae philosophi, Londin. 1704. 8. et Dodwelli sententia in compendium redacta est in: The life of Mr. Henry Dodwell, with an Account of his Works, — by *Francis Brokesby.* B. D. — Lond. 1715. 8. Volum II. chap. 33. pag. 400 sqq. A View of the Dissertation upon the Epistles of Phalaris, Themistocles etc. lately publish'd by the Reverend Dr. *Bentley.* Also of the Examination of that Dissertation by the Honourable Mr. *Boyle.* In order tho the Manifesting the Incertitude of Heathen Chronology, London. 1698. 8.— *Fabric.* B. G. II. cap. 10. §. 1. vbi in nota plures indicantur i. p. 665. vol. I. libri ad has controuersias pertinentes.

§. 14.

STESICHORVS.

I. Natus Olymp. XXXVII. denatus Olymp. LVI. maior igitur fuit Simonide, et minor Homero. Plura vide in *Dodwell.* Exercitat. de aetate Phalaridis sect. 21. sq. pag. 56 — 72. et quae ego adtuli ad Fabr. B. Gr. II. p. 152 sqq.

2. Himeram, oppidum Siciliae olim nobile, habuit patriam. Phalaridis tyrannidi se opposuit; et tamen ab eo amatus praemiisque ornatus est; Catanae vero, annos sex circiter et septuaginta natus, obiit.

3. Multa scripsisse fertur, quorum pauca fragmenta ad nos peruenerunt.

4. Haec typis expressa sunt cura *Neandri* ad calcem Aristologiae Pindaricae, Basil. 1556. 8. *H. Ste-*

H. Stephani in Pindari et cet. VIII. lyricorum carmin. pag. 436 ſqq. *Vrſini* in Carm. illuſtr. femin. pag. 76 et 304. *Lectii* poet. vet. gr. Tom. II. pag. 99. Ea tamen fragmenta, quae Steſichorum auctorem habere conſtat, in certum et meliorem ordinem digeſſit et illuſtrauit *Io. Andreas Suchfort*, Gottingae 1771. 4. cl. *Herelius* in recenſu huius collectionis Suchford. in ephem. liter. Erford. plag. 24. 1772. notas quasdam criticas in fragmenta dedit.

4. Horatius iam Dionys. Longinus, et Hermogenes poetae noſtri ingenium, dulcedinem et ſuauitatem laudarunt. Adde Quinct. I. O. X. 1. 62.

5. *Fabric.* B. Gr. II. cap. 15. §. 57. Suidas in Στησίχορος. Les vies des poetes grecs — par le *Févre* p. 27. *Mongitor.* bibl. Sicula tom. II. p. 241 ſqq. *Burette* in comment. ſoc. Paris. Inſcr. tom. X. pag. 209 ſqq. et 286.

6. De eius filiabus, laude poeſeos claris v. *Mongitor.* bibl. Sicul. tom. I. pag. 197. et *Olearii* diſſ. de poetriis gr. §. 67. — de eius fratre *Helianacte*, poeta et legumlatore eximio, *Mongitor.* l. c. tom. I. pag. 268 — et altero eius fratre, *Mamertino* ſ. *Marino*, qui poſt Thaletem diſciplinam geometricam adtuliſſe in Graeciam, item rerum geometricarum inuentor fuiſſe, atque de rebus geometricis ſcripſiſſe dicitur, *Mongitor* l. c. II. pag. 28. Adiungam quorumdam memoriam.

7. *Telamonis*, antiqui ſcoliorum poetae et *Clitogorae*, poetriae Laconicae ſ. Lesbiae, meminit *Ariſtophan.* Lyſiſtr. v. 1239. vbi v. ſchol. et Küſter. et de *Clitagora* vide ad Fabr. B. Gr. II. pag. 117.

8. *Lyſi-*

8. *Lyſinus*, poeta Siculus, comoedias et *tragoedias contra Phalaridem* ſcripſiſſe dicitur v. *Mongitor* l. c. tom. II. pag. 27. ſed confer *Bentlei* in diſſ. de epiſtola Phal. §. II. p. 27. in primis eius reſpons. ad Boyle §. XI. pag. 122 ſqq. vers. lat. Lennep.

9. *Lamprus*, celebris poeta lyricus: praeter eos, quos ego et Fabric. in B. Gr. vol. II. p. 128. laudauimus, praecipue conſules *Leſſing.* in vita Sophoclis pag. 36 — 47. — De *Antimacho* Colophonio inſigni poeta et critico, circ. Olymp. XCIII. v. ad Fabr. vol. I. p. 358. et II. p. 105 ſq. — de Laſo, poeta dithyrambico aliisque lyricis, tragicis et comicis antiquioribus, quorum tantum memoria aut perpauca fragmenta ſuperſunt, in Fabricii B. Gr. vol. II. notatu digniora ſunt prolata.

§. 15.

SVSARION.

Megarenſis Tripodiſcius Athenis Olymp. LIV. 1. anno 862. ante Chriſtum natum primus comoediam verſibus docuit. Scripſit comoedias, quae ſi ſic dici poſſunt, quae vero praeter quatuor verſus a Suida, et Stobaeo ſeruatos perierunt, v. *Fabric.* B. Gr. II. cap. 22. et ibi a me notata, praecipue *Bentlei* adu. Boyle, poſt Phalar. epiſtolas a Lennepio editas p. 109 ſqq.

§. 16.

IBYCVS.

1. A. O. C. circiter 3451. Olymp. LVI. 3. ante Chriſt. n. 552. V. C. 200.

2. Rhe-

2. Rheginus. *) In Samo tempore tyranni Polycratis verſatus eſt, atque verſuum compoſitione et vi, non vitae ratione nobilitatus.

3. Dorice ſcripſit ſeptem libros carminum ſiue *μελῶν*. Pauca vero fragmenta reperiuntur in Vrſini et Stephani collectionibus.

4. *Fabric.* B. G. II. cap. 15. ſect. 34. Les vies de P. G. — par le Févre pag. 42. *Voſſius* de poetis gr. p. 91. et de hiſtoricis gr. lib. IV. c. 1. *Mongitor* Bibl. ſic. tom. I. p. 306.

§. 17.

THEOGNIS.

1. A. O. C. 3458. Olymp. LVIII. 2. ante C. N. 545. V. C. 207. v. *Saxii* Onomaſt. lit. I. p. 23. et notam meam ad *Fabr.* B. Gr. vol. I. p. 705.

2. Megara, in Achaia, **) ortus: at vna cum vxore in exilium miſſus, Theben ſe contulit. Mores non admodum caſti fuiſſe dicuntur.

3. Ver-

*) Meſſanenſem eum fuiſſe multi narrarunt et verum id eſſe putarunt. v. *Mongitor.* B. Sic. I. p. 306, qui, vbi Voſſius locc. paullo poſt mem. de patre eius, nonnullorum quidem fide, *Polyzelo*, hiſtorico Meſſanenſi, et auctore rerum hiſtoricarum egerunt.

**) Alii Theognidem adſerere maluerunt Megarae in Sicilia ſitae. v. *Ant. Mongitor.* in Bibl. Sicula tom. I. pag. 249 ſq. vbi copioſe agit de noſtro *Tan. Faber* in: Les Vies des poëts grecs en abregé, p. 48. ſq. ed. Reland. Baſil. 1766. putat, Harpocrationem aliosque male confudiſſe Theognidem Siculum cum alio poeta Megarenſi Atticae.

3. Verſus 1238. γνῶμαι, *ſententiae* ſiue praecepta vitae, quae adhuc exſtant, ex duobus opuſculis coaluiſſe aut e pluribus, iisque diuerſi argumenti, forte etiam diuerſorum auctorum fragmentis compoſiti videntur. Quoniam in multorum ore et manibus fuiſſent, hinc hiatus illi et verſus ſuppoſititii orti putantur. conf. cl. *Heyne* praef. ad ſententioſa vetuſtiſſimor. quorumdam poetarum opera vol. I.

4. Princeps editio eſt Aldina cum Theocrito, Heſiodo, aliisque, Venet. 1495. fol. de qua vide ſupra Heſiodum. — Inter *ſcriptores aliquot Gnomicos*, Baſil. apud Io. Froben. 1521. 8. — Noua recenſio e codd. locisque ab aliis ſcriptoribus ex eodem auctore citatis facta eſt in editione: *Theognidis Megarenſis ſententiae elegiacae, plurimis locis caſtigatae, ac ſcholiis illuſtratae per Eliam Venetum, Santonem. Acceſſit latina -- interpretatio* etc. Paris excud. Io. Lodoicus Tiletanus 1543. 8. — Meliorem textum dedit *Camerarius*, quinque codd. vſus, et commentarium graecum ſcripſit. in *Libello ſcholaſtico* — quo continentur Theognidis praecepta, Pythagorae verſus aurei, Phocylidis praecepta, Solonis, Tyrtaei, Simonidis et Callimachi quaedam carmina, Baſil. apud Oporinum 1551. et 1555. 8. Multa loca feliciter emendauit Camerarius: num vero ſua ipſius ingenii beneficio, an codicis cuiusdam auctoritate fultus id fecerit, non ſemper indicat. — In *opere aureo et ſcholaſtico Mich. Neandri*, gr. et lat. Baſil. ex offic. Io. Oporini. 1559. 4. Lipſiae 1577. 4. — Eſt quoque in *Hertelii* collectione operum poetarum ſententioſorum. Baſil. 1561. 8. 1563. 8. et ſaepius: item

item in collectione: *vetustissimorum authorum Georgica, Bucolica et Gnomica poemata, quae supersunt* Geneuae apud Crispinum 1569. 12. et saepius. — De Theognide *Wolfgangus Seberus* bis meruit; primum edidit Lipsiae 1603. 8. deinde vero Lipsiae 1620. 8. quae posterior, eaque locupletior meliorque editio est inscripta: *Theognidis Megarensis sententiae graeco-latinae*, certis titulis, numerato in margine positis, distinctae: cum indice duplici; vno dictionum et phrasium graecarum; altero titulorum. Editio secunda, quae seorsum, praeter graeca Ioach. Camerarii scholia, peculiares quoque notas exhibet, quibus et passim illustratur textus, et varia insuper lectio, vt aliunde, sic in primis e MSS. Codd. biblioth. Palatinae (duobus) atque Augustanae commonstratur. Lips. Weitzianas notas Seberus cum suis commiscuit. — In Collectionibus Stephani, Sylburgii, et Wintertoni, tum inter reliquos gnomographos reperiuntur Theognidis sententiae. — *M. Abrah. Kallii* Specimen nouae editionis sententiarum Theognidis Megarensis, poetae antiquissimi, Gottingae et Gothae 1766. 4. In praefatione recenset 89. editiones. In animaduersionibus sat copiosis scholia graeca Camerarii, et Vineti, Sylburgii, Seberique adnotationes repetit, suasque addit Kallius. — Cum *Plutarcho* de puerorum educatione et de audiendis poetis, *Isocratis* III. oratt. *Hesiodi* Opp. graece. Recensuit *M. Christoph. Kretschmar.* Dresdae et Lipsiae 1750. 8. — Nouam dedit recensionem cel. *Brunck* in libro: Ἠθικὴ ποίησις *siue Gnomici poetae graeci ad optimorum exemplarium fidem emendauit Rich. Franc.*

Phil.

Phil. Brunck. Argentorati 1784. min. 8. v. etiam §. 20. *Pythagor.*

5. Forma orationis eſt ſimplex, nec tamen caret veneribus ſuis. At quum γνῶμαι illae, praecepta vitae paucis verbis comprehenſa dare ſolent, nemo in his vim illam poeticam, ornatum et reliquas virtutes ceteris carminum generibus aptas, immo vero neceſſarias, iure quodam quaeret atque poſtulabit.

6. *Fabric.* B. Gr. II. cap. 11. ſect. 1. 2.

§. 18.

PHOCYLIDES.

1. A. O. C. 3468. Olymp. LX. 4. ante Ch. nat. 535. V. C. 217.

2. Mileſius, philoſophus.

3. Carmen νουθετικὸν verſuum 217. hodie ſub illius nomine exſtat: at, quoniam nemo fere veterum vel mentionem facit vel laudat verſum vllum, qui hodie legatur in νουθετικῷ, *Ioſephus Scaliger* ad Euſebium pag. 95. ſq. a Chriſtiano quodam confictum eſſe poema putat, eiusque iudicio ſubſcribunt Heinſius, Huetius, Voſſius, Taubmannus cum aliis, et *Fiſcher* in Animaduerss. ſuper Gramm. gr. Velleri pag. 349. qui etiam vel e dicendi genere planiſſime demonſtrari poſſe arbitratur, carmen illud Phocylidem Mileſium poetam non habere auctorem. Alii Iudaeo cuidam; alii deorum etiam cultori tribuunt. *M. Lud. Wachler* in disp. de Pſeudo-Phocylide. Rinteliae 1788. 4. ſuſpicatur, id poema eſſe centonem ſententiarum compilatarum, auctore quodam chriſtiano. conf. quae

notaui

notaui ad *Fabricii* B. G. vol. I. pag. 720 ſq: *Leuesque* in verſione gallica Theognidis, Phocylidis, Pythagorae et aliorum, (Paris 1783. 12.) poema Phocylidis genuinum, verſus vero nonnullos interpolatos arbitratur.

4. Cum Heſiodo, Theognide et reliquis gnomographis, aut Pythagora, vulgo editur, vide §. 4. 17. et 11. — Primum prodiit cum Conſtantini Laſcaris grammatica graeca, et Pythagora etc. Venetiis. Laſcaris gram. prodiit 1494. appendix vero, n. *Pythagorae* C. A. *Phocylides* et rel. gr. et lat.] 1495. 4. — Alphabetum gr. —— *Pyth.* C. A. *Phocylidis* poema, per Aldum ibid. 1495. 4. — cum Theocrito, Theognide, Pythag. Heſiodo. ibid. apud Aldum. 1495. fol. et aliquoties deinceps. adde ſupra pag. 44. Prolegomenorum. *Michael Neander* vberiores ſcripſit adnotationes in illud poema in libro inſcripto: En lector, librum damus vere aureum, planeque ſcholaſticum; quo continentur haec: Pythagorae aurea carmina, *Phocylidae* poema admonitorium, Theognidis gnomologia. Coluth. — Tryphiodor. — Baſileae 1559. 4. Lips. 1577. 4. — Separatim Paris. 1539. apud Chriſtian. Wechel et alibi: nouiſſimae editiones ſunt 1) carmina cum ſelectis adnotationibus aliquot doctorum virorum, graece et latine. Nunc denuo ad editiones praeſtantiſſimas recenſuit, interpretationem latinam emendauit, notasque ſuas adiecit *M. Io. Ad. Schier.* Lipſ. 1751. 8. notae excerptae ſunt Sylburgii, Neandri, (quem ſequutus eſt Schier. in textu,) Amerbachii et I. Alb. Fabricii. Praefixus eſt editionum index: et 2) *Brunckii* in Gnomicis poet. gr.

5. Lectu quidem vtile eſt, ſed non admodum iucundum poema.

6. Decem *Mileſii* poetae fragmenta dedit *Brunck* in Analectis veterum poet. graecorum Tom. I. pag. 77. ſq. II. pag. 522.

7. *Fabric.* B. Gr. II. cap. 11. §. 3.

§. 19.

ANACREON.

1. Secundum, Barneſium in vita Anacreontis editioni illius praefixa, natus eſt poeta noſter Olymp. LV. 2. quo fere tempore Cyrus, Perſarum rex, regnare coepit. Secundum Saxium floruit Anacreon A. O. C. circa 3473. Olymp. LXII. 1. ante Chr. nat. 530. V. C. 222. Secundum Gatterer A. M. 3452. Differt *Cramer* in comment. Synchronism. Sapphus et Anacreont. Ienae 1755. 4.

2. Ex Teio, vrbe Ioniae ortus, vnde *Teius* vocatur. Sub rege Cyro, quod huius dux Harpagus circa annum III. Olymp. LVIII. vniuerſos Aeolides et Ioniae populos adgreſſus bello vexauit, Teii, omnibus rebus, vxoribus, liberisque in nauibus collocatis et patria relicta, in Thraciam recta via contenderunt, Abderamque occupatam tenuerunt. Ingenium vero poetae et fama mouerunt Polycratum, Sami tyrannum, vt eum arceſſeret, et honorifice exciperet. Paucis diebus ante illius interitum ab Hipparcho, Piſiſtrati filio, Athenienſium tyranno, inuitatus, Athenas nauem praetoriam L. remis inſtructam adſcendens, nauigauit et tyranno fuit iucundus. Poſt huius calamitatem in patriam rediit, vbi an. LXXXV. agens obiit.

3. Fuit poeta lyricus, et homo mollis. Varia ſcripſiſſe dicitur. *Suidas* h. v. et ex eo *Eudocia*, pag. 60. *Ανακρέων ἔγραφεν ἐλεγεῖα καὶ ἰάμβους, ἰάδι πάντα διαλέκτῳ*, etc. Plura v. in *Fabr.* B. Gr. vol. II. p. 91. ſqq.. At, quae hodie ſub Anacreontis nomine circumferuntur carmina, num Anacreontem ipſum habeant parentem, an ab recentioribus poetis, illum imitatis fuiſſent conſcripta, magna lis fuit inter Criticos, de qua diligenter egit *Fiſcherus* in praefatione ad ſuam editionem, qui argumentis haud inidoneis et acutioribus atque firmioribus, quam *Paw*, vſus antiquitatem odarum paene omnium, fidemque deſtruere ſtuduit. Equidem cum iis facio, qui magnam, immo vero maximam harum odarum partem contendant a poetis recentioribus, qui vero litteris graecis adhuc florentibus viguerunt, eſſe compoſitam, quae tamen ingenio elegantiaque Anacreontis haud eſſent indignae; nonnullas autem Teium vatem eiusque venuſtatem virtutesque a veteribus celebratas omnino prodere: admodum vero paucas foetus fuiſſe hominis inepti, et fere ſub ſenectutem graecae linguae viuentis, equidem arbitor. Atque antiquioribus iam temporibus, collectiones fuiſſe videntur *Ἀνακρεοντείων.* Sed cur veteres, quos habemus, grammatici, ſcholiaſtae et vetuſtiores ſcriptores Anacreontis carminum rariorem iniicerent mentionem, eaque raro citarent cauſas plures fuiſſe ſuſpicor. Primum id multis veteribus poetis, tum lyricis tum comicis et tragicis, aliisque ſcriptoribus antiquioribus eueniſſe conſtat. Tum haud multo poſt Anacreontem ab aliis diuerſisque poetis poemata, eiusdem generis et argumenti immixta fuerint genuinis,

 quae

quae forſan pauca erant, Anacreontis carminibus et haec praeter ea interpolata fuerint ab aliis. Quo factum eſt, vt propter ſimilem venuſtatem et dulcedinem incerti fierent homines, praeſertim ſcholiaſtae et grammatici poſterioris aetatis, quaenam germana eſſent Teii poetae carmina, quinam aliorum poetarum foetus, ideoque, ne falſa tribuerent Teio vati, illius rariorem facerent mentionem rariusque laudarent carmina Anacreontis. Porro ſcolia quaedam et carmina, in conuiuiis decantata, quod alii eiusmodi poematia pepigerunt, per vſum fere quotidianum adeo frequentia et quaſi ſollemnia facta ſunt, vt carmina ipſa olim notiſſima quidem eſſent; ſed auctor ſingulorum e memoria elaberetur, et plurimi etiam nomen parentis haud curarent: id quod vel hodie multis decantatiſſimis maximeque vulgaribus carminibus accidere ſolet. Collectio vero Anacreonticorum per manus librariorum tranſiit, et ſeruata eſt in paucis codicibus ad noſtram vsque aetatem, ita tamen, vt quaedam aperte inſulſa et recentiorum immaturi foetus admiſcerentur. Inſuper alia cauſſa rarioris illorum memoriae eſſe potuit. Anacreon, de amore et vino cecinit ſermone vſus, vt res poſcebat, facillimo et vſitato, nihil reconditae eruditionis atque ſubtilioris philoſophiae immiſcuit, nec vocabula difficiliora intellectu aut peculiaria aut rarioris ſignificatus aut quae ritum quemdam ſiue ſacrum ſiue profanum, formulasue ſollemnes in primis reſpicerent, adhibuit. Quapropter grammatici ac ſcholiaſtae, rariora tantum aut ſingularia aut quae docta eruditaque ſibi viderentur, venati, nihil, quod notatu dignum eſſet, in illius carminibus, iisque breuibus, quae memoria

hominum

hominum, consuetudine illorum in conuiuiis vsus aut frequentiae sensim decrescente, aeuo seriore eo facilius excidere poterant, reperisse aut animaduertere sibi visi sunt. Denique, quod non fuit Atheniensis, ad eius auctoritatem confugere forsan dubitarunt grammatici.

4. Primus edidit LV. odaria *H. Stephanus*, Lutetiae 1554. 4. cum animaduersionibus, subiunxit alia quaedam et Anacreontis et Alcaei carmina e variorum scriptorum libris congesta, item duo Sapphus odaria. At quia nullam codicum duorum, e quibus se odaria descripsisse adfirmauit, historiam, crisin aut vberiorem notitiam dedit, de fide Stephani dubitarunt nonnulli. — Hoc exemplum repetitum est a *Guil. Morelio* et *Roberto Stephano*, cum versione latina noua omnium Odariorum, ab Helia Andrea concinnata, Lutet. 1556. 8. Morelius textum graecum quibusdam locis mutauit, quod fecit ipse *H. Stephanus* in Sylloge carminum poetarum lyricorum 1586. 12. sed eius cum nouis suis in odas Anacreontis castigationibus, numero etiam fragmentorum aucto. — Hoc alterum exemplum Stephani reddiderunt *Aem. Portus* in Collectione Commeliniana, et Geneuenses in Corpore poetarum Graecorum veterum. — Sed textum Graecum primi exempli Stephaniani fere retinuerunt reliqui Anacreontis editores. Praecipui vero fuerunt *Tanaquil Faber*, qui primus multarum odarum antiquitatem oppugnauit in notis eruditis, Salmur 1660. in 12. et iterum viginti, tum triginta annis post: — et *Daciera*, Fabri filia, cum versione gallica prosaria et notis Paris. 1682. 12, Amstel. 1693. 1699. 1716. etc. 12. — tum *Longapetraeus*, (de Longepierre de

Reicquelaine), cum verſione metrica Gallica et notis, Paris 1680. 1684. Amſtel. 1692. 12. — *Armandus Ioan. Bouthillerius Ranceus*, (qui poſtea ſub nomine Abbatis de la Trappe fuit notiſſimus), hic, adhuc puer, tredecim circiter annos natus Anacreontem graece edidit cum ſcholiis graecis, Paris. 1639. 8. rec. 1647., — porro *Michael Maittaire*, cuius ſplendida et perrara editio cum latina verſione metrica, Maittarii omniumque editorum notis, (exceptis Bouthillierianis, quae alteri editioni acceſſerunt), indice pleniſſimo ſiue gloſſario aliisque adpendicibus lucem vidit primum Londini 1725. 4. mai, iterum cum nouis verſionibus (Henrici Stephani et Heliae Andreae) ſcholiisque graecis. Bouthillierii et notis (Maittaire) Londini 1740. 4. maior. — denique *Io. Corn. Paw*, qui quidem multa acute vidit, ſed immoderatum criticum in corrigendo poeta in notis ſe geſſit, et omnes fere odas iunioribus iisque ineptis poetis adtribuit, Traiecti ad Rhen. 1732. 4. At par pari retulit Doruillius in Vanno critica (libro perquam docto, at etiam amaritudinis pleniſſimo) Amſtelod. 1737. 8.

Textum vero *Stephanianum* multis locis, nimis vero audacter temereque ſaepius mutauit *Guil. Baxterus*, ingenium ſequutus. Primum vero cum Sapphus odariis et Theocriti Anacreontico in mortuum Adonim, Londin. 1665. 8. dein conuiciis, quae in Barneſium proterue fudit, repleto commentariolo auxit 1710. 8. *Barneſius* enim edidit Anacreontem Cantabr. primum 1705. 8. ad fidem codicis Vaticani, quarum inde lectiones excerpſerat Iſaacus Voſſius, (non ſatis diligenter), emendatum. Praeter hunc in conſtituendo textu graeco

graeco adhibuit Scaligeri, Salmasii et Dan. Heinsii coniecturas; ionicam dialectum vbiuis fere infarsit, in notis Baxteri audaciam saepius refrenauit, (vnde tragoediae exortae sunt); multa docte et vtiliter explicuit, fragmenta vndique congesta auxit, vitam Anacreontis vberrime exposuit et cum in notis, tum inprimis in prolegomenis legum metricarum rationem exposuit, et alia adiecit poematia; — auctiorem deinde edidit Cantabr, 1721. 8. — Barnesianam recensionem reddidit *I. Lamius*, Florentiae 1743. — Baxterianum vero alterum exemplum *Io. Frider. Fischerus*, Profess. Lipsiensis, qui bis graece edidit Anacreontem: primum cum Baxteri, Henrici Stephani et Tanaquili Fabri notis, Lips. 1753. 8. dein cum iisdem suisque cum criticis, tum in primis grammaticis animaduersionibus, sane egregiis, in quibus etiam errores et audaciam Baxteri saepius palam fecit; addita lectionis varietate, et fragmentis insigniter auctis atque illustratis, Lipsiae 1776. mai. 8. Editioni suae alteri, cui Baxterianam et Barnesianam, et vero Pauonianam multum cedere vtilitate contendimus, alia addidit ornamenta, in primis doctam praefationem, in qua et de fide atque antiquitate horum odariorum et de editionibus apte disputat. — Emendate quoque descripta sunt formulis typographicis in *Brunk.* Analectis veter. poet. graecor. Vol. I. pag. 79. sqq. et Vol. III. pag. 13. sqq. docte, licet breuiter, explicitae. Frequenter deseritur tam Barnesiana quam Baxteriana lectio. Idem cel. *Brunk*, post haec bis adhuc recensuit carmina Anacreont. et lectionem, quam in Analectis dederat, frequenter reliquit; *Anacreontis carmi-*

na e msstis codd. et doctorum virorum coniecturis emendata. Argentor, excudebat Io. H. Heitz 1778. min. 12. graece, cum obseruatt. criticis. nouis curis Argentor. 1786. 12. quae praestans et nitidissima editio eodem anno repetita est. Omisit in his Brunk. od. 48. Ἄγε ζωγράφων ἄριστε etc. et adiecit tamquam prioris imitationem Ἀνακρεοντείοις. Contra nouum addidit Ἠρίστησα μὲν etc. et in tertia ed. οὐ φίλος etc. Anacreontis textus est secundum editionem Spaletti romanam multo correctius editus. Anacreontea excipiunt in editione tertia variorum poetarum poematia in Anacreontem; in secunda et tertia sex fragmenta *Sapphus* et, vt in prima, 26 scolia: in tertia adnexum est fragmentum *Archilochi* οὐ φιλέω μέγαν στρατηγόν. Adnotationes sunt partim contractae, partim auctae. — Vt noua recensio, ita mire splendida est editio Ἀνακρεοντος Τηιου συμποσιακα ἡμιαμβια *Anacreontis Teii conuiualia semiambia* Romae. 1781. Imperial. fol. Editor est Abbas *Ios. Spaletti.* Descripta est editio ex codice olim Heidelbergensi, nunc Vaticano, n. XXXIII. circa saec. X. ex sententia Spaletti axarato. Vniuersus scribendi et distinguendi modus et character ipsius codicis, cum vitiis librarii est opera Philippi Piale aeri incisus. Post textum, ipsius codicis formam repraesentantem, in tribus iuxta se positis columnis est textus iterum typis expressus: primum prouti in codice prostat: dein ex Barnesiana recensione, addita interpretatione latina haud venusta, cum multis figuris aeri incisis. Ordo odarum, quae hic LVIIII. sunt, diuersus est ab eo, qui est in editis. Lectio saepe discrepat a vulgata, neque eae lectiones, quae in editio-

ne

ne Barnesiana ex cod. Vaticano laudantur, plenae sunt atque adcuratae. cf. Illustriss. Comit. de Kewiczky Catalog. pag 14. sq. et ephem. litter. Lipsiens. a 1784. plag. CII. — Eadem *Spalettiana* iterum typis expressa prodiit Romae 1783. fol. max. — Splendida quoque et venusta est editio, ex Stephaniano exemplo 1554. repetita: Ἀνακρεοντος Τηιου μελη. *Anacreontis Teii odaria: praefixo commentario, quo poetae genus traditur et bibliotheca Anacreonteia adumbratur. additis variis lectionibus. E regio typographeio.* Parmae. 1785. mai. 4. siue min. fol. Graece et lat. Litterae sunt maiusculae in charta laeuigata. Editor *Didymus* Taurinensis, (Thomas Valperga a Calusio), licet officio suo haud omnino defunctus in fine e quibusdam editionibus adiecit emendationes suasque suspiciones. In epistola praemissa ad legatum Romae hispan. d' Azara de Anacreonte, editionibus et versionibus agit; idem culpat eos, qui vbique in Anacreonte dialectum ionicam restituere velint. Quae autem Didymi illius sunt propriae suspiciones, aut quas ille aliorum probarat emendationes, eas omnes refert censor istius editionis in ephemerid. litterar. Lipsiens. a. 1786. plag. CXI.

Cl. *Degen* ter de Anacreonte bene meruit: primum gr. et lat. ex secunda Brunkii editione, cum selecta lectionis varietate et indice plenissimo, Erlangae 1781. 8. — tum Erlangae 1786. 8. gr, et lat. cum notis varii generis plenoque indice: in textu graeco lectionem antiquiorem saepe reuocauit aut mutauit interpunctionem: — tertium graece et germanice, adiectis quibusdam ex Anthologia carminibus et scoliis. Altenburgi 1787. 8.

vt plurimum reddidit textum ed. Brunckianae tertiae. In vberioribus ſubiunctis obſeruationibus interdum critice, cum maxime tamen aeſthetice iudicat de verbis et tota oratione. — Idem vir doct. diligenter ſciteque vertit carmina: *Anakreons Lieder aus dem Griechiſchen.* Onoldi 1782. 8. — Recentiores editt. reliquae ſunt *Briegeriana* Ἀνακρ. — *Anacreons Lyriſche Lieder, griechiſch mit erklärenden Anmerkungen herausgegeben von I. G. Brieger* (ex ed. II. Brunckiana.) Lipſiae 1786. 8. — *Holſtiana* (in qua *Io. Lud. Holſt.* Baxterum tum in textu, tum in praefatione et in notis doctis quidem et interdum eruditis at horrido ſermone lat. ſcriptis, conuitiandi libidinem ſi ſpectes, ſequitur), gr. Lipſiae 1782. mai. 8. — *Ioerdenſiana* gr. cum indice graeco-germanico, Berol. 1789. 8. — et *Borniana: Anacreontis et Sapphus carmina. graece recenſuit notisque illuſtrauit perpetuis ex optimis interpretibus,* (cum primis Fiſchero), *quibus et ſuas adiecit Fried. Gottlob Born,* Philos. D. et Prof. Lipſiae. 1789. 8.

De verſionibus permultis v. ad *Fabricii B. gr.* vol. II. pag. 101. ſqq. Hic tantummodo praeter Degenianas iam laudatas memorabo. *Die Oden des Anakreons in reimloſen Verſen* (a Goetzio et Vzio), Carolsruhae 1760. 8. Verterunt etiam germanice carmina Anacreontis ac Sapphus *Meinecke* Lips. 1776. 8. *Wahl,* praemiſſa vita Anacreontis ac Sapphus, atque additis obſeruationibus doctis, Erfurt 1783. 8. — *Brümleu* in ſuis lyriſchen Gedichten aus d. Griech. Deſſau. vol. I. 1783. 8. — Anonymus, cum Bione

Bione et Moſcho, metrice, Berolini et Liebau. 1787. 12. Quaedam dedi et explicui in Anthol. gr. poet.

5. Quamuis pauca odaria ab ingenio Anacreontis ipſius excluſa hodie habeamus integra et omnino certa, ea tamen, quae illi vulgo adtribuuntur, ſunt maximam partem dulciſſima ab ipſisque Gratiis fere dictata. Vrbanitatem enim, ingenii felicitatem atque amoenitatem, philoſophiam popularem, ab omni tumore non magis quam ſterilitate longe remotam, et naturalem pulcritudinem vbiuis propemodum prae ſe ferunt. Quisquis fuerit auctor, Anacreontis veſtigia is ſedulo et feliciter legit, et multos quidem poſtea habuit imitatores, ſed pauciſſimos qui aequipararent illum ingenio, ſimplicitate, iuſta et facili breuitate vſuque philoſophiae, multo minus, qui ſuperarent. Inter veteres ſaltem et elegantiſſimos auctores is haud dubie ponendus eſt: quaedam tamen recentioribus, inuita Minerua Anacreontem imitaturis, eſſe adſignanda iam monuimus.

6. Laudatur quoque *Addiſonii* editio: The Works of Anacreon, translated in to Engliſch Verſe; with Notes explanators and poetical. To which are added the Odes, Fragments, and Epigrams of Sappho. With the Original Greek plac'd oppoſite to the Translation. — Lond. 1735. 8. Confer praeter ea *Hemſterhus.* ad Ariſtoph. Plutum p. 357. *Fabric.* B. G. libr. II. cap. 15. ſect. 12. vol. II. vbi pag. 103 ſq. ego et cl. Degen plura commemorauimus. Biograph. claſſicam Vol. I. Incerti cuiusdam Animaduers. in Anacreontem in Miscell. Obſeru. Vol, II. Tom. I.

Lamb.

Lamb. Bos. Animaduerſiones ad ſcriptores quosdam Graecos etc. Franekerae, 1715. 8. pag. 75 — 85. (*Schneideri*) Anmerkungen über den Anacreon, Lipſiae 1770. 8. vbi pag. LIV. ſqq. de aetate Anacreontis agitur. *Io. Car. Zeunii* Animaduerſiones ad Anacreontem, Platonem et Xenophontem Lipſiae 1775. *Borheks* Kloſterbergiſche Vorleſungen, etc. Magdeburg 1778—79. Eiusdem Magazin für die Erklärung der Griechen vnd Römer, vol. I. Noribergae 1784 – 8. — *Blankenburg* ad Sulzeri theoriam artium vol. I. pag. 86. ſq. — *D. Io. Balthas. Bernholdi*, Profeſſoris theologi et graeci Altdorfini, Ἀνακρεόντεια μέλη. *Hoc eſt Anacreon quaſi redditus imitationibus variis — editionis curam ſuscepit Georg. Chriſtoph. Munzius*, Gymnaſii Noribergenſis Rector. Noribergae in 8. ſine anni nota: ſubiecta eſt verſio latina pariter poetica. *Bernholdus* vir graece doctiſſimus haud inuenuſtas anacreonteorum carminum confecit parodias. Denique miſſis aliis, ad Fabricium laudatis, addatur *Io. Chriſt. Henrici* progr. Charientismum Anacreontis ad Demetrii Phalerei disciplinam expendit. Witteberg. 1791. 4. Idem argumentum, at minus plene, quodammodo perſequutus dicitur *Wiliſch*, in disp. Lipſiae 1706. habita. *I. Fried. Degen*, über die Philoſophie des Anacreons, ein Verſuch, Erlangae 1776. 8. et in praemiſſa interpretationi illius Anacreontis theodiſcae commentatione Veber Anakreons Leben vnd Dichtkunſt.

§. 20.

§. 20.

SIMONIDES.

1. Natus eſt ſecundum Goenſium V. C. Olymp. LV. 2. ante C. N. 557. A. M. 3446. denatus Olymp. LXXVII. 4. ante C. N. 467. A. M. 3536. aetat. 89, adde *Corſin.* Faſt. attic. tom. III. p. 102. p. 171. *Bentlei* reſpons. ad Boyle, ex vers. lat. Lennepii, pag. 20.

2. Coeus, philoſophus et poeta. Litteras graecas η. ω. ζ. ξ. (ψ) et artem memoriae primus protuliſſe fertur; quamquam id fabulam quamdam, (*Legende* quidam hodie vocant), aut hiſtoriam nimiis coloribus ornatum ſapit. vide locum elegantem apud *Cicer.* II. de orat. c. 86. coll. *Quinctil.* I. O. XI. 2. 11 — 17. *) Athenis Hipparcho fuit iucundus, et Aeſchylum vicit. Dein Spartam ſe confert, et cum Pauſania verſatus eſt. Tum Theſſaliam abiit ad Aleuadas. Denique in Siciliam euocatus ab Hierone, et Siracuſis ſepulcro honoratus eſt. Aemuli eius fuerunt *Laſus*, Hermionenſis et *Timocreon*, Rhodius, ipſe poeta lyricus.

3. Varia ſcripſit. Quae vero ſuperſunt, ea reperiuntur inter Gnomologos ab Hertelio et Camerario editos, in Fuluii Vrſini Carm. IX. illuſtr. foem. p. 153 — 198. et 328 — 340. in Lyricis H. Stephani p. 277. 424. 451. in Wintertoni Poet. min. gr. pag. 443. ſqq. et optime pleniusque in *Brunkii* Anal. veter. poet. gr. Vol. I. pag. 120 — 147.

4. Tenuis

*) Conf. *Burmann* ad Valeſii Emendatt. pag. 84 — 85. cl. *Villoiſon* in prolegg. ad Homeri Iliad. ed. Venet. pag. 5. not.

4. Tenuis, alioqui ſermone proprio et iucunditate quadam commendari poteſt: praecipua tamen eius in commouenda miſeratione virtus, vt quidam in hac eum parte omnibus eiusdem operis auctoribus praeferant. Ita iudicat de noſtro *Quinctil.* X. 1. 64. et *Cicer.* de N. D. I. 22. non enim, ait, poeta ſolum ſuauis, verum etiam ceteroquin doctus ſapiensque traditur.

5. *Fabric.* B. Gr. II. 15. ſect. LV. vol. II. pag. 142. ſqq. vbi plura adieci. Praecipue *Petri Gerhard. Duker* diſp. praeſide *van Goens* de Simonide, Ceo, poeta et philoſopho. Vltraiect. 1768. 4. vbi cap. 4. de inuentis Simonidis, et de litteris ab illo additis alphabetho copioſe agit.

§. 21.

PYTHAGORAS.

1. Si quis ex omni antiquitate fuit, de cuius aetate eruditi homines a ſe inuicem diſceſſionem fecerunt, is ſane eſt Pythagoras. *Bentley* et *Dodwelli* libros iam ſupra §. 12. memoraui, (adde *Dodwell.* in libro: de veteribus Graecorum Romanorumque Cyclis, Oxon. 1701. ſect. XII. pag. 137.) *Guilielm. Loydius* in diſſert. de Chronologia Pythagorae, Londini 1699. 8. *Iakſon* in Chronological Antiquities Vol. II. pag. 374. aut ſecundum theotiſcam Windheimii verſionem p. 614. ſqq. cum primis *Meiners* et *Tiedemann* in libris mox laudandis, aliique in hoc argumento diligenter verſati ſunt. Vide etiam le Clerc Bibl. chois. Tom. X. pag. 79 — 125. qui Bentleii ceterorumque argumenta recenſet, *Drakenb.* ad Liu.

Liu. I. cap. 18. *Stauer.* in Addendis ad Mythographos latin. pag. 962. et alios infra nominandos. Quidquid eſt, equidem, qui lites inter tot tantosque viros dirimere nolim, quorumdam pono ſententias. Secundum igitur Dodwelli rationes Pythagoras CXVII. annum agens e vita deceſſit, eiusque dies natalis incidit in annum periodi Iulianae 4145. V.C. Varron. 185. ante Ch. nat. 569. Olymp. $52\frac{3}{4}$; annus autem mortis in an. per. Iul. 4262. V. C. Varron. 302. a Ch. nat. 452. Olymp. $\frac{81}{82}$. $\frac{1}{4}$. Fabricius putat Pythagoram non natum eſſe ante Olymp. 43, 4. (quae Bentleii eſt ſententia), nec poſt Olymp. 52, 4 (quae eſt opinio Dodwelli. Alii vero putant, illum. C. aut. XC. aut LXXX. annos egiſſe. *Meiners*, poſtquam veterum et recentiorum opiniones atque rationes copioſe recenſuerat, iudicat, Pythagoram natum fuiſſe non ante Olymp. XLV. ſed probabilius Olymp. XLIX. deceſſiſſe vero vita Olymp. ſiue LXIX. init. ſiue ſecundum Euſebium LXVIII. 3. an. aet. circiter octogeſimo. Saxius V. C. cui aetatis, qua maxime per magnam Graeciam floruit Pythagoras, veriſimillimus index eſſe videtur. *Cicero* IIII. Tuſc. quaeſt. 1. refert illius aetatem ad A. O. C. circiter 3496. Olymp. LXVII. 4. ante C. N. 507. V. C. 245. et natalem ponit Olymp. XLIX. 2. mortis vero annum Olymp. LXX. 4. *Hambergerus* vero terminum vitae collocat intra A. M. 3376 — 3518. aut ante C. N. 608 — 466. Enimuero plurimorum V. D. ſententias et rationes collegi et vberius explanaui in Epimetro II. ad *Fabricii B.* gr. vol. I. pag. 755. ſqq. quae repetere nolo.

2. Ex

2. Ex insula Samo ortus, habuit praeceptores *Pherecyden* *), Hermodamentem et alios: de quibus autem res dubia est. Nam *Iamblichus* in libro de vita Pythagorae aliique sublestae fidei sunt scriptores et multa de nostro fabulati, aut aniles aliorum fabulas recoxerunt. Quum in patria, Samo, Policratis tyrannidem diutius perferre non posset, Ioniam ad Thaletem, vnum e sapientibus, contulit se, dein Aegyptum profectus est, vbi, post multas difficultates superatas, mysteriorum et litterarum arcanis initiatus, Astronomiam, Geometriam et theologiam subtiliorem didicit. Alia praeter ea itinera suscepisse et ad Indos quoque penetrasse dicitur, quod quidem a nonnullis optimo iure in dubium vocatur. Samum rediit, et dein in Italiam delatus est. Quod vero primum in patriam redux propter obscuram docendi et loquendi rationem parum plausus

*) De hoc *Pherecyde Syrio*, philosopho, qui vixit intra Olymp. XLV. et LIX. atque distinguendus a *Pherecyde* Lerio siue Atheniensi, historico, et de illius philosophia v. *Bruckeri* histor. crit. philos. vol. II. pag. 30. seqq. *Fabric.* B. Gr. vol. II. lib. 2. cap. 23. §. 26. et quae ibi adnotaui; *Gottlieb Wernsdorf* in docta disp. de Metempsychosi veterum non figurate, sed proprie intelligenda, Witteb. 1741. pag. 34. sq. *Heine* in differt. sur Pherecyde, Philosophe de Syre, in commentar. acad. regiae Berolin. 1749. 4. pag. 303. sqq. *Diet. Tiedemann Griechenlands erste Philosophen*, Lipsiae 1780. 8. pag. 153. sqq. *Sturz* in libro perdocto *Pherecydis Fragmenta* e variis scriptoribus collegit, emendauit, illustrauit, commentationem de Pherecyde vtroque et philosopho et historico praemisit, denique fragmenta Acusilai et indices adiecit *Frid. Guil. Sturz* Gerae 1789. mai. 8.

ſus adeptus eſt, in graecas inſulas aliaque loca, vbi eſſent oracula, abiit. Maiore litterarum adparatu et maiore auctoritate famaque ornatus ad ſuos rediit, et in ipſa vrbe ſcholam conſtituit, Pythagorae *Hemicyclium* poſtea dictum. Haud multo poſt in Italiam venit et Crotone, vrbe inferiore parte Italiae, aperuit ſcholam, multitudine diſcipulorum et auctoritate valde nobilitatam: inde vero illius philoſophia dicta eſt *Italica*, de qua *Schefferus* *) aliique docte ſcripſerunt. Vt vero in vita, ita etiam in doctrina ſeuerus et myſticus fuit Pythagoras, ab Aegyptiis, Orpheoque multa ſumſit, variaque habuit exercitationum genera, et a cibis quibusdam, quae corpori aut perpetuae commentationi obeſſe viderentur, ſuos abſtinere iuſſit, (de qua conſuetudine v. *Irhouium* libro nr. 6. nominandum cap. XV. pag. 119. eiusque aduerſarium Wernsdorf. laudatum pag. 27.) Virtutem et pietatem in primis docuit et commendauit. De deo, coelo, ortu et migratione animi aliisque rebus ſubtilius diſputauit, quam vt ipſe forſan intelligeret, aut illius diſcipuli rite caperent. Hinc tot contortae captioſaeque dictorum et ſententiarum explicationes ortae ſunt, quum praeſertim interpretes vel nimis ſectarentur rationem et artem allegoricam vel illius eſſent rudes; et tamen in verba Pythagorae, tamquam lapidem Iouis, iurarent.

3. Hodie

*) De natura et conſtitutione philoſophiae italicae ſeu pythagoricae liber ſingularis; Vpſal. 1664. editio II. ex integro curata. Cui accedunt Pythagorae aurea carmina. Cum praefat. C. S. Schurzfleiſchii. Witembergae. 1701. 8.

3. Hodie quidem nihil exſtat, quod Pythagoram habeat auctorem; nam, quae vulgo adtribuuntur illi, ea ſunt ſuppoſititia. Sunt autem 1.) χρυσᾶ ἔπη, *aurea carmina*, quae quidem partim diu ante P. cognita, partim ex illius forſan ore hauſta ab eius adſeclis et probabiliter ab iis, qui poſt Platonem vixerint, collecta, verſibus expreſſa, mutata et interpolata eſſe videntur. Carmen vero ipſum ante Pythagoram eſſe compoſitum, quod Glandorf. §. 6. doctae diſputationis de Carminis aurei aetate opinatus eſt et ingenioſe probare ſtuduit, equidem ſubdubito, et lubentius ἐπέχω. Sententiae tamen quaedam diu ante vſitatae et a philoſophis commendatae fuerint. 2) ἱερὰ ἀποφθέγματα, *ſymbola*, quibus Pythagorei inter ἀμύσους ſacrisque ipſorum non initiatos verſantes vſi fuiſſe dicuntur. 3) *Sphaera diuinatoria*, *de decubitu aegrotorum* quam ab Apuleio latine verſam nonnulli adfirmarunt. 4) *Epiſtolae*, et alia: v. Fabr. vol. I. B. Gr. ibique adnotata, §. IV. ſq. pag 779. ſqq.

4. Aureorum carminum ſunt editiones paene infinitae. Plerumque vero adduntur gnomographis aliisque opuſculis. Pleniſſimam hiſtoriam editionum criticam quia contexuit Glandorf, nos potiores tantum recenſebimus. Princeps edit. eſt *Aldina* cum Conſtantini Laſcaris Erotematibus etc. 1494. 4. tum cum Theocriti Eclogis triginta Theognidis ſententiis, Phocylide, Heſiodo etc. Venet. apud Aldum Manut. 1495. fol. — et cum Iamblicho de myſteriis, Proclo, Syneſio etc. Venet. in domo Aldi Manut. 1497. fol. — Aldinum textum retinuerunt ſequentes, vsque ad

Opori-

Oporinianam edit. Baſil. 1551. 8. in *libello ſcholaſtico* etc. edito a *Ioachimo Camerario*, qui verba poetae aliquando mutauit. Id quoque deinceps fecerunt *Hertelius* in Collectione ſua et *Henr. Steph.* in Principibus poetis 1566. F. Stephanum ſequuti ſunt plurimi, qui poſt hunc in illuſtrandis his carminibus ſunt verſati. In pauciſſimis locis relinquit lectionem Stephanianam *Frid. Sylburg.* In Epicis elegiacisque minorum poetarum gnomis graece et latine Pythagorae ſcil Phocylidis, Theognidis, Solonis, Naumachii, Callimachi, Eueni, Rhiani, Eratoſthenis, Panyas. Lini, Menecr. Poſidippi, Metrod. Simonid. Antimachi. Addita in fine variantis ſcripturae notatio, correcta item multis in locis interpretatio latina, Francof. 1591. 8. — Sylburgii veſtigia *Schefferi* editio 1701. premit. — Stephanum vt plurimum ſequutus *Cl. Salmaſius* in editione doctrinae et eruditionis plena, libri inſcripti: Tabula Cebetis Graece, Arabice, latine, item aurea carmina Pythagorae, cum paraphraſi Arabica, Auctore Io. Elichmanno cum praefatione Cl. Salmaſii Lugd. B. 1640. 4. —— Cum *Hieroclis* commentario primus dedit, Paris 1583. 12. *Curterius*, edition. Wechel. Paris 1539. vt plurimum ſequutus. (*) tum cum Hierocle et Curterii interpretatione Londin. 1654. repet. 1673. 12. Inſunt vero in hoc exemplo primum *Aurea carmina*, tum *Pythagorae fragmenta metrica*; dein *P. fragmenta proſaica*, poſtea

*) *Hierocles* autem vixit circa annum Chriſti CDL. imperantibus Theodoſio ſecundo, Martiano et Leone Thrace v. *Glandorf* in Prolegg. ad Pythag. pag. 82. ſqq. *Fabric.* B. Gr. vol. I. p. 799. etc. ibique ſupplementa.

Pythagorae epiſtola ad Hieronem Syracuſanum, iam *Pythag. Symbola*. Sequitur Hieroclis vita ex Suida eiusque Commentarius in carmina Pythagorica ſatis copioſus et ſubtilis: in altera parte a p. 321. iterum *aurea Pythagoreorum carmina* latine conuerſa, multisque in locis emendata illuſtrataque adnotationibus, quibus etiam Hieroclis interpretationi non parum lucis adfertur, auctore *Theodoro Marcilio.* Additae ſunt Sylburgii notae, et Hieroclis philoſophi facetiae. — In meo exemplo Merici Caſauboni notas in Hieroclis commentarium non inueni, quas Glandorfius additas eſſe memorauit. — Londini 1673. 8. II. tom. —— Cum *Hieroclis* commentario, Marcilii Sylburgii ſuisque notis et indice edidit *Petr. Needham*, Cantabr. 1709. 8. Ad emendandum Hieroclis textum adhibuit varias lectiones e ſex MSS, et haud paucas Dauiſii, in primis vero Bentleii coniecturas. Praeter ea adiecit Pearſoni Prolegomena in Hieroclem, in quibus de auctoris vita meritisque agitur. — Quod vero Needham collationem cod. Medic. a Gudio inſtitutam, et a Fabricio miſſam non accepit, *I. Chriſtoph. Wolf.* edidit: diſſertationem epiſtolicam, qua Hieroclis in aurea Pythagorae commentarius, nuper in Anglia editus, partim illuſtratur, partim emendatur, beneficio collationis cum codice Medicaeo inſtitutae, Lipſ. 1710. 8. — Hac praecipue vſus eſt Anglus quidam ad reſtituenda loca, quae Needham et Bentlei ſuo arbitrio praeter codicum fidem mutauerant: inſcripta vero eſt editio: *H. in A. C. commentarius graece et latine.* Graeca accuratius nunc recognita et ad MS. Codicum fidem exacta, plurimisque in locis e Gudiana Medicaei cod. colla-

tione

tione emendata, vna cum notis ſubiunctis, edidit R. W. S. T. P. Coll. Ies. Cant. nuper ſocius, Londini 1742. 8. — Needhamum ſequutus eſt *I. A. Schier*, qui Pythagorae carmina cum animaduerſionibus Sylburgii, Theodor. Marcilii, Viti Amerbachii et Needham. gr. et lat. recudi fecit, et hiſtoriam de rebus ad Pythagoram pertinentibus praemiſit, Lips. 1750. 8. — Locupletiſſima vero multisque dotibus ſtipata ornataque C. P. editio eſt, quam curauit *Eberhard Gottlob Glandorf*, cum praef. Ch. Gottlob Heyne, (qui de vſu, dignitate rectaque aeſtimatione veterum gnomographorum acute iudicat,) Lipſiae 1776. 8. eſt vero Vol. primum ſententioſorum vetuſtiſſimorum Gnomicorum quorundam poetarum Operum. *Glandorf* Aldinas et reliquas veteres editt. vnde textum interdum feliciter reſtituit, et meliores editores recentiores perpetuo conſuluit, varias lectiones notauit et diiudicauit, omniaque iuſto copioſius explicuit. In primis laudanda eſt eius induſtria atque opera, quam in Prolegomenis praeſtitit, in quibus primum de codd. MSS. de interpretibus et editionibus carminis Phocylidei et Pythagorei poetarumque gnomicorum; tum de carminis aurei aetate, argumento, indole, dialecto, de Hierocle, aliisque de rebus ad hoc caput pertinentibus, diligenter fuſeque diſſeruit. — In Anthologia gr. poet. dedi quoque et illuſtraui carmen aureum. — *Brunck* dedit A. C. inter Gnomicos poetas graecos. Argentor. 1784. 8. p. 107. ſqq.

Pythagorae ſphaera diuinatoria de cubitu aegrotorum, ab Apuleio, vt fertur, latine reddita. In Caſp. Barthii Aduerſariis libr. XXX.

cap. 7. — Epiſtolae ad Hieronem gr. inter Epiſtolas gr. Aldi 1499. 4. — Eadem et alia ad Anaximenem gr. et lat. in Thom. Gale opuſc. mytholog. p. 735.

5. Ob nobiles grauesque et, a quibusdam argutiis fallaciisque atque opinionibus vel omnino falſis vel nimis captioſis ſi discefferis, Chriſtiano dignas ſententias; ob ſimplicitatem canaeque antiquitatis et veteris de rebus diuinis humanisque ſentiendi rationis veſtigia atque indicia illud carmen aureum in magna ſemper fuit exiſtimatione. Ipſe vero Pythagoras vir fuit ſplendidi ingenii, acris iudicii, multarum litterarum et qui artem calluit, vel per ſpecioſam et arcanam diſciplinam, auctoritatis incredibilis famaeque haud interiturae ſibi comparandae.

6. Quum *Fabric.* B. G. Vol. I. Libr. II. cap. 12. et 13. *Heumann* in Actis philoſ. part. 2. pag. 370. ſqq. P. 4. pag. 751. ſqq. *Brucker* in Hiſtor. crit. philoſ. Part. II. libr. 2. cap. 10. ſect. 1. et in Adpendice pag. 257, ſeqq. *Saxius* in Onomaſtico tom. 1. pag. 28. de Pythagora et iis, qui de eius vita placitisque ſcripſerunt, atque de interpretibus iam multi fuiſſent, et ego ad Fabricium multo plures excitaui; tantum commemorabo *Io. Franciſci Budaei* diſſ. de peregrinationibus Pythagorae,. Ienae 1692. rec. in eius analect. hiſtor. philos. Halae Sax. 1706. 8. pag. 1. ſqq. et pag. 363. ſqq. rec. eſt eiusdem disp. de Καθάρσει Pythagorico-platonica. *M. Frieder. Chriſtian. Eilſchovs* hiſtoriſchcritiſche Lebensbeſchreibung des Weltweiſen Pythagoras — aus dem Daeniſchen veberſetzt von Philander von der Weiſtritz, Hafniae

niae 1756. 8. *Guil. Irhou.* de Palingenesia veterum, seu Metempsychosi sic dicta Pythagorica, libr. III. Amstel. 1733. 4. Negat Irhouius, Pythagoram fuisse crassae metempsychosis auctorem: contra quem docte disputat, omnemque haeresin illam historice eleganterque exponit *Gottlieb Wernsdorf* in disp. de Metempſ. veterum proprie intelligenda, Witteb. 1741. *Abrahami Grauii* Historiam philosophicam, Franck. 1674. capp. VI. sqq. In comment. Acad. reg. Paris. Tom. XIIII. plures commentationes de illo philosopho, auctoribus de la Nauze et Freret reperiuntur, quas partim germanice vertit Mich. Hilsmann in Magazin für die Philosophie vnd ihre Geschichte, tom. III. — M. *Io. Iac. Syrbii* Pythagoras intra Sindonem noscendus, siue historica in physicam Pythagoream introductio. Ienae. 1702. 8. — *Iac. Schalleri*, Theol. D. et phil. Prof. Argentorat. cum respondente Marco Mappo, disp. Ethica Pythagorae Y. adornata. Argentorati 1653. rec. inter Fragmenta historiae philosophicae, a Christ. Ern. *de Windheim* coniunctim edita. Erlangae 1753. 8. pag. 95. sqq. *M. Io. Michael Sonntag* disp. de similitudine nostri cum deo Pythagorico - Platonica. Ienae 1699. 4. — M. *Christian Aug. Rotth* disp. de examine conscientiae Pythagorico vespertino. Lipsiae, 1708. 4. — *M. Christoph Schraderi* diss. de Pythagora, Lipsiae, 1708. 4. Vbi is §. 9. pag. 19. sqq. XXIX. alios Pythagoras recenset. *Sigism. Frid. Dresigii* comm. de alba stola Pythagorae. Lipsiae 1736. 4. — *Christiani Alberti Doederlini* aimaduersiones historico - criticae de Thaletis et Pythagorae theologica ratione (sine loco,) typis Io. Frid. Hageri. 1750. 8. — *Ignatius*

natius Roſſius in Commentation. Laertianis, Romae 1788. mai. 8. pag 160. ſqq. varia, quae *Diogenes Laertius* libr. VII. ſect. 44. 46. 47. de Pythagora ſcripſit, explicat aut emendat, et pag. 5. ſq. de eius philoſophia, quam Themiſtius italicas muſas dixerat. — *Ioach. Oporinus* in Hiſtoria critica doctrinae de immortalitate mortalium, Hamburgi, 1735. 8. pag. 52. opinatur Pythagoram aut Platonem Hebraeis quaedam debere poſſe, et cum Moſe aliquando conſpirare, quatenus mediatam et intercedente Aegyptiorum opera propagatam Moſis diſciplinam intelligas, et pag. 175. 192. 383. ſq. et 651. Pythagorae eiusque adſeclarum doctrinam de deo animoque humano perſequitur. — Inprimis egregie copioſeque verſati ſunt in vita, fatisque et doctrina ac diſciplina Pythagorae ſcholaeque pythagoricae enarrandis explicandisque cl. *Meinerſius* in Hiſtoria doctrinae de vero deo, Lemgou. 1780. 8. part. II. ſect. II. et in Geſchichte des Vrſprungs, Fortgangs vnd Verfalls der Wiſſenſchaften in Griechenland vnd Rom, tom. I. Lemgou. 1781. mai. 8. lib. III. pag. 178 — 602. collata libri cenſura in Bibl. crit. Amſtel. II. part. VIII. atque cl. *Tiedemann* in: Griechenlands erſte Philoſophen oder Leben vnd Syſteme des Orpheus, Pherecydes, Thales vnd Pythagoras. Lipſiae 1780. 8. pag. 187 — 556. et in: Geiſt der Spekulatiuen Philoſophie von Thales bis Socrates. Marburg. 1791. 8. cap. V. pag. 67. — 138.

Diuerſus eſt a Pythagora, Lacone, quem cum Numa verſatum fuiſſe ferunt, v. *Menag.* ad Diogen. Laert. Libr. VIII. cap. 46. et *Stauer.* ad Corn. Nep. Epamin. cap. II. in min. edit. pag. 170.

170. edit. meae. De pluribus Pythagoris, atque Pythagoreis v. Fabric. B. Gr. l. c. illique ſupplementa.

7. Addatur *Theano*, Crotoniatis vel Cretenſis, vxor Pythagorae; quae poſt illius obitum cum Telauge et Mneſarcho filiis ſcholam regendam ſuſcepiſſe traditur. Scriptis quoque celebris fuit, quorum hodie fragmenta et epiſtolae, in quibus vero Parmenidis et Platonis fit mentio, ſuperſunt, et reperiuntur in *I. Chriſtoph. Wolfii* fragmentis mulierum graecarum proſaicis pag. 224. ſeqq. vbi etiam not. 416. variae epiſtolarum editiones recenſentur, nr. 162 — 192. Idem in Catal. foem. illuſtrium ſubiuncto pag. 446. de illa docte diſputat.

§. 22.

SCYLAX.

1. Secundum Saxium A. O. C. circiter 3497. Olymp. LXVIII. 1. ante C. N. 506. V. C. 246.

2. Caryandenſis, e quodam Cariae oppido, Geographus. Miſit eum Darius Hyſtaspis ad Indum fluuium et oras maritimas luſtrandas, Herod. IV. 44.

3. Huic Fabricius et *de Sainte-Croix* in Hiſtoire de l' acad. roy. — — des I. et B. L. avec les Memoires de Littérature etc. vol. 42. Paris. 1786. (qui geographicas quoque et chronologicas obſſ. in Scylacis Periplum dedit,) aliique tribuunt *Periplum;* quem tamen *G. I. Voſſius*, pater, de hiſtor. gr. cap. 19. *et Is. Voſſius* in praef. ad Scylacem, ad alterum Scylacem Caryandenſem iuniorem, et cum Suida *H. Dodwellus* in diſſ. de Peripli Scylacis aetate, tom. 1, Geogr. graec.

 min.

min. Io. Hudſoni, ad tertium Scylacem Polybii aequalem referunt.

4. Primus edidit *Dauid Hoeſchelius* vna cum Marciano Heracleota, Artemidoro Epheſio, Dicaearcho Meſſenio et Iſidoro Characeno, Aug. Vindel. 1600. 8. e. cod. Palatin. — Dein vidit lucem cum notis et verſione *Iſaaci Voſſii*, vix vnum et viginti annos nati, Amſtel. 1639. 4. cum Anonymi periplo Maeotidis Paludis et Ponti Euxini. — Porro: *Geographica antiqua h. e. Scylacis periplus maris mediterranei*, anonymi periplus Moeotidis paludis et Ponti Euxini. *Agathemeri* hypotypoſis geographiae. Omnia graeco-latina. Anonymi expoſitio totius mundi latina. Cum notis Is. Voſſii, Iac. Palmerii, S. Tennulii et emendationibus *Iac. Gronouii* Lugduni Batau. 1697. 4. — Quod *Io. Hudſon in Geographiae veteris ſcriptoribus graecis minoribus*, gr. et. lat. vol. I. Oxoniae 1698. 8. pag. 7. ſqq. repoſuit Scylacis Περίπλουν cum verſione Is. Voſſii latina, et *Dodwell* in diſſ. II. de Peripli Scylacis aetate, (illi edit. praemiſſa,) omnibus viribus contendit, vt probaret, auctorem Peripli eſſe Scylacem, Polybii aequalem *), illam ſententiam acerbe impugnauit *Iacob. Gronouius* in Animaduerſione in recentem ab Oxonio Scylacis editionem et diſſertationis de Scylacis aetate examen. Illam animaduerſionem minoribus typis deſcriptam ſubiecit Gronouius iis editionis ſuae exemplaribus, quae a librario nondum diuendita erant, et operi nouum praefigere iuſſit

*) Conf. *I. Ge. Hagers* Geographiſch. Bücherſaal, tom. I. pag. 141. ſqq.

iuſſit titulum: *Geographia antiqua — — et emendationibus Iacobi Gronouii, cuius accedit animaduerſio in Oxonienſem editionem et examen diſſertationis de aetate Scylacis cum fragmento Ephori*, Lugduni Batauorum. 1700. 4. Editiones igitur a. 1697 et 1700., (vtraque exſtat in catal. Pinelliano tom. 1. pag. 359,) non ſunt diuerſae aut repetitae, ſed vna eademque, ita vt exempla poſteriore anno ſignata nouam tantum acceperint inſcriptionem cum acceſſione *Animaduerſionis etc.* — Nouam Scylacis et reliquorum minorum veterum geographorum editionem adnunciauit *le Baron de St. Croix* in Memoire envoyé a Meſſieurs de Iournal des Sçavans, pour l' année 1789, Paris. 12. m. April. pag. 657 — 753. ſur une nouvelle édition des petits Géographes anciens; etiam ſeparatim in 4. ſine anni nota et paginis. Nr. 2. obſeruat, ſe animaduertiſſe, plures textus errores ab ignorantia et feſtinatione librariorum, qui vocabula et integras *ῥήσεις* transpoſuerunt, profectos eſſe, quales iam indicauit in Examen des Hiſt. d' Alexandre pag. 272. et in Hiſt. — des Inſcript. vol. 41. pag. 373. Alii errores originem debent interpolatoribus; exempla idem dedit in eod. vol. 42. pag. 328. n. pag. 374. n. Idem in nota b. in Memoire etc. longiorem locum ex Holſtenii epiſtola ad Peyreſcium adfert, in qua Holſtein arbitratur, omnia vitia orta fuiſſe ex litterarum maiuſcularum vetuſtate exeſarum, confuſione.

5. Licet mutilum nec in paucis locis fabuloſum habeamus Scylacis Periplum, vtilis tamen eſt ad notitiam orbis antiqui.

6. Fa-

6. *Fabric.* B. Gr. libr. IV. cap. 2. ſect. VI. et VII. *Io. Georg, Hageri* progr. de Scylace, geographo antiquiſſimo illiusque periplo, Chemnit. 1765. 4. et in Geographiſch. Bücherſaal, tom. 1. pag 559. ſqq. Adde *Theoph. Sigefr. Bayer.* de ſitu Scythiae ſub aetatem Herodoti Tom I. Commentar. Petropolit. pag. 404.

§. 23.

XENOPHANES.

1. Quanto natus ſit, litigant viri docti: floruit quidem Olymp. LVI. et multum poſt: vltra nonaginta annos aut centum vixiſſe dicitur, qua de re plura collegi ad *Fabricii* B. Gr. vol. II. pag. 613. ſqq.

2. Colophonius: num alienae diſciplinae ſua debuerit philoſophemata, quae in ſcriptis propagauit, incertum eſt. Fuit praeceptor Parmenidis Eleatis, a quo tota adſeclarum Xenophanis cohors ſectae *Eleaticae* nomen accepit. conf. *Cicer.* academ. lib. II. cap. 42. ibique Dauis.

3. Multa ſcripſit verſibus; ſed pauca, hinc inde ſparſa, ſuperſunt fragmenta: elegias, Iambos aduerſus Heſiodum et Homerum, Parodias, quarum particulae fuiſſe videntur ſilli; de natura, etc.

4. *Diogenes Laert.* IX. 18. et 22. *Stanlei* hiſtor. philos. tom. III. pag. m. l. ſiue part. X. cap. 1. *Iac. Guil. Feuerlin* diſſ. de Xenophane poeta et philoſopho, Altdorf. 1729. 4. *Bruckeri* hiſtor. crit.

crit. philos. vol. I. pag. 1341 ſqq. *Bayle* Dict. voc. *Xenophanes.* *Tiedemannus* in comm. *Xenophanis decreta*, in bibl. philol. vol. III. Lipſiae 1781. pag. 150. ſqq. et in Geiſt der ſpekulatiuen Philoſophie, Cap. VI. pag. 139. ſqq. *Georg. Guſtau. Fülleborn* diſp. praeſide *Frid. Auguſto Wolfio* habita, et inſcripta: Liber de Xenophane, Zenone, Gorgia, Ariſtoteli vulgo tributus, paſſim illuſtratur, Halae Sax. 1789. 8. *Buhle* comm. de ortu et progreſſu Pantheismi inde a Xenophane Colophonio primo eius auctore, vsque ad Spinozam, Gottingae 1791. 4. pag. 4.—11. aliosque laudaui ad *Fabricii* B. Gr. II. pag. 618. ſqq.

§. 24.

PARMENIDES.

1. Si *Xenophanis*, vt plerique tradunt, auditor fuit, circa eiusdem aetatem vixit. *Palmerius* quidem in Exercitt. ad optimos auct. gr. pag. 461. et *Menagius* ad Diog. Laert. IX. (vbi de noſtro philoſopho agitur,) ſect. 23. aetatem illius referunt ad Olymp. LXIX. quibuscum faciunt *Fabricius* in B. Gr. vol. II. pag, 621. vbi plura adnotaui, et *Brucker* in hiſtor. crit. philos. tom. I. vbi pag. 1157. ſq. vitam et placita Parmenidis expoſuit.

2. Eleates, Pyretis filius eminuit inter Xenophanis adſeclas, atque ab eo et Zenone Eleate nomen ſcholae eleaticae (quae vero in tres claſſes eſt diſpeſcenda,) ortum eſt. Vitam Parmenideam pro optima et virtutis plena, prouerbii inſtar

inſtar dixit Cebes in tabula. Inter ciues autem ſuos tanta floruit auctoritate, vt legibus iuuaret patriam, quouis anno iure iurando firmandis. Poſtea vero ſe totum philoſophiae tradidit, neque tamen in paucis diſceſſit a Xenophane, et primus docuit, telluris Figuram eſſe rotundam, in medioque mundo haerere, atque terram diſtingui quinque Zonis. In phyſicis Zenonem, atque, ſecundum quosdam Empedoclem habuit diſcipulos.

3. Carmine heroico ſcripſit *de natura:* ſed exiguas lacinias ex integro eius ſyſtematis habitu hinc inde decerptas, noſtra tenet aetas.

4. Fragmenta ſunt in *Henr. Stephani* poeſi philos. pag. 41. ſqq. quae augeri poſſunt: atqua Scaliger iam plura collegerat: cuius ſylloge ſeruatur in bibliotheca Leidenſi.

5. *Suidas* in Παρμενίδης, tom. III. pag. 53. ed. Küſteri: *Waltheri* ſepulcra eleatica reſerata, (germanice ſcripta,) cap. III. §. 6. pag. 17. ſqq. *Meiners* hiſtoria doctrinae de vero deo pag. 329. ſqq. et in hiſtoria doctrinarum apud Graecos et Romanos, (germanice conſcripta) pag. 605. ſqq. I. *Tiedemann* in Geiſt der ſpeculatiuen Philoſophie etc. pag. 163. ſqq. *I. Gurlitt* Abriſs der Geſchichte der Philoſophie, Lipſiae 1786. m. 8. pag 39. ſqq, etc.

§. 25.

HERACLITVS.

1. A. O. C. circiter 3501. Olymp. LXIX. 1. ante C. N. 502. V. C. 250.

2. Ephe-

2. Ephesius, seuerus et tristis philosophus, atque indefessus naturae indagator, nouaeque sectae auctor. Quatenus obscuritatis argui possit, explicare studui ad Fabricii B. Gr. II. p. 624.

3. Opus eius in III. partes diuisum, de *natura* prosa Ionica compositum interiit praeter pauca fragmenta. Sub nomine eius quoque circumferuntur sex epistolae, quae sunt inter epistolas graecas apud Aldum; in H. Stephani poesi philosophica pag. 142. sq. et in Lubini Collectione epist. graecarum apud Commel. 1601. p. 48.

4. v. *Diogen. Laert.* lib. IX. sect. 1 — 17. *Fabric.* B. Gr. libr. II. cap. 10. §. 19. et cap. 24. §. 4. Vol. II. vbi plura adscripsi pluresque laudaui V. D. *Brucker.* histor. crit. philos. Tom. I. pag. 1208. et in Append. pag. 323. *(Petr. Wesselingii)* Obseru. de Heracliteo αὔη ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη in Miscell. Obseru. Vol. V. Tom. III. pag. 42. sqq. *Heyne* V. C. in Opusc. acad. vol. III. pag. 104. sq. *Gottfried. Olearii* diatr. de principio rerum naturalium ex mente Heracliti Physici cognomento σκοτεινοῦ, Lipsiae 1697. et de rerum naturalium Genesi ex mente Heracliti Physici, ibid. 1702. rec. in lat. Stanleii hist. philos. versione ab Oleario facta, tom. II. ad part. IX. cap. 6. *I. Matth. Gesneri* disput. de animabus Heracliti et Hippocratis, in comment. soc. Gott. tom. I. pag. 67. sqq. Meinersii et Tiedemani libros ad §. antecedentem laudatos.

§. 26.

OCELLVS LVCANVS.

1. Aetatem eius confert in a. m. 3508. Olymp. LXX. 4. ante C. N. 495. v. c. 257. cl. *Saxius* in Onomaſt. tit. tom. I. pag. 30. Ante Socratem circ. LXXX. aut C. annos floruiſſe, putat Dargenſius: atque ante Platonem vixiſſe eum, critici ex epiſtola (apud Diog. Laert. VIII. 80.) colligunt, quam Archytas ad Platonem ſcripſiſſe fertur, qua ſe nepotes conueniſſe, et ab illius nepotibus ſcripta Ocelli quaedam accepiſſe memorat. Genuinas vero illas eſſe Archytae et Platonis apud Laertium epiſtolas, in dubium alii vocarunt.

2. Pythagorae diſcipulus eſſe perhibetur.

3. Περὶ τῆς τȣ̃ παντὸς φύσιος, de vniuerſi natura lib. ei tribuitur, quem, vt ex fragmentis a Stobaeo ſeruatis adpareat, dorice ab Ocello ſcriptum, a recentiore grammatico in κοινὴν dialectum translatum, plerique putant.

4. Primum graece prodiiſſe Paris 1539. 4. dein apud Guil. Morellum 1555. 8. tradit Fabricius: — tum cum verſione et notis *Ludouici Nogarolae*, Venet. 1559. 4. — repet. edit. III. collatione exemplarium melior facta; cum variis lectionibus ex codd. ex officina Commel. 1596. 8. — cum paraphraſi et commentario *Caroli Emmanuelis Vizanii*, Bononienſis, qui ſuperiora exempla contulit, eaque et tres codd. MSS. ad emendandum graecum textum adhibuit, variis lectionibus margini adſcriptis, Bonon. 1646. 4. repetit. et cum Nogarolae notis, Ocelli fragmento de legibus atque indice, Amſtel. 1661. 4. II. part. — cum

Noga-

Nogarolae verſione et notis in *Thomae Gale* opuſculis mythologicis, Cantabrig. 1671. 8. et Amſtel. 1688. 8. pag. 499 ſqq. — Graece et Francice, a *Marchione Dargenſio*, Berol. 1762. 8. qui multa docte et acute disputat; multa tamen, more ſuo, captioſa et ſingularia habet: — eius tamen verſio et commentarii in linguam germanicam translati cum textu graeco lucem viderunt Breslau. 1763. 8. — Optima eſt editio, quam *Batteſius* curauit: *Ocellus Lucanus*, de la Nature de l' Univers; *Timée de Locres*, de l' ame du monde; Lettre d' Ariſtote à Alexandre ſur le ſyſtême du monde. Avec la Traduction françoiſe, et des Remarques, par Mr. l' Abbé *Batteux*, à Paris 1768. tribus part. 8. Ex codd. regiae bibliothecae Paris. non ſolum ſingula verba, ſed integros verſus auctori antea valde corrupto reddidit, et ſenſum philoſophi bene acuteque explicuit. Libellum ab Ocello ſcriptum eſſe, variis, iisque ab aliis partim vſurpatis, argumentis probatum fuit, vſus teſtimoniis Philonis, Sexti Empirici, aliorumque, tum ex epiſtola Archytae apud Diogenem Laertium, fragmento Ocelli dorice ſcripto apud Stobaeum I. cap. 14. et ex conciſa acutaque et Pythagoraeis conſueta ſcribendi ratione. Cenſor vero huius editionis perſpicax, cl. *Meiners*, Profeſſor Gottingenſis, in Bibliotheca philologica Gotting. Vol. I. part. IV. pag. 100 ſqq. grauiſſima in medium profert ornatque argumenta, quibus Th. Burnetius, Sam. Parker, van Dalen aliique iam vſi antiquitatem, veritatem atque auctoritatem libri oppugnarunt: ante Philonem, nullum philoſophum neque Ocelli neque eius opinionum atque argumentorum facere mentionem; Cenſorini

teſtimonium nihil valere; quippe cuius aetate iam multa fuiſſent ſcripta ſuppoſititia; inſignes et praecipuas ſcholae Pythagoraeorum doctrinas de numeris, ſymbolis, origine animi humani, et myſticum ſcribendi modum deſiderari; Philonem et Sextum Empiricum haud diſertis verbis librum tribuere Ocello, epiſtolas Archytae et Platonis a Sophiſta quodam confictas videri, ita, vt ad teſtimonii veritatem minime valeant; denique fragmentum apud Stobaeum eſſe ſpurium. Idem cenſor pag. 206. ſqq. Timaei librum et Ariſtotelis epiſtolam ad libros refert adulterinos. Idem vir doct. in hiſtoria doctrinae de vero deo pag. 312. ſqq. et in Geſchichte des Urſprungs der Wiſſenſchaften in Griechenland und Rom, tom. I. pag. 584 ſqq. propugnat ſuam ſententiam. Contra argumentis haud omnino leuibus vindicant ſtabiliuntque libelli antiquitatem atque auctoritatem, praeter memoratos, Lipſius, Fabricius; Adelung aliique, cum primis *Tiedemann* in primis Graeciae philoſophis pag. 198 ſqq. 209. 494 ſqq. et *Chriſtoph. Bardili* in Epochen der vorzüglichſten philoſophiſchen Begriffe, nebſt den nöthigſten Beylagen, part. I. Halae Saxon. 1788. 8. pag. 131 ſqq.

5. Quisquis fuit auctor libri, haud ſane ineptus eſt philoſophus: eius quidem principia de mundo, cuius aeternitatem ſtatuit, de fato, etc. nobis, meliora edoctis, falſa ſunt: multa tamen apte acuteque concluduntur, et de ſuſceptione atque educatione liberorum vtilia interdum traduntur praecepta. Opuſculum, ſi non omnino ſpurium eſt, ſaltem continere videtur antiquiora

Ocelli fragmenta, ab aliis deinceps interpolata auctaque suis opinionibus.

6. *Fabric.* Bibl. Gr. II. cap. 13. vol. I. pag. 855 sqq. vbi plura scripsi de controuersia. *Bruckeri* hist. crit. philos. Tom. I. pag. 1122 sqq. in Appendice pag. 313 sqq. Priore loco a crisi et reiectione Thomae Burneti et Samuelis Parkeri, censoris Gottingensis praecursorum veluti, librum Ocello vindicare omnibus viribus contendit Brucker.

§. 27.

THESPIS.

1. Olymp. LX. 4. siue LXI. 1. siue (vt *Larcher* in Chron. herodotea pag. 570. de fabula Alcesti putat,) Ol. LXI. 1. a. periodi Iulian. 4178. ante Ch. n. 536. secundum marmor Arundelian. 44. primus docuisse fabulam et vicisse dicitur. Atheniensis et Solonis aequalis.

2. Choro, valde antiquo, qui laudes Bacchi praecipue cecinit, et ante Thespidos aetatem iam exstitit, atque drama quoddam, sed admodum rude fuit, adiecit ἐπεισόδιον, h. e. histrionem siue actorem, qui, dum chorus aliquot vicibus quiesceret, per interualla fabulam de Baccho vel alio deo, aut heroe recitaret; quae, quum plerumque cum Bacchi laudibus nihil haberet commune, id nominis, ἐπεισόδιον obtinuit. Thespis vero, quod, quum ludum agaret, siue fabulam suam doceret, primus hircum accepit praemii instar, dedit occasionem nominis *tragoediae*, a Thespide

autem non inuentae, ſed ſucceſſu demum temporis incrementa capientis et excultae.

2. Quae ſub Thespidos nomine citantur tabulae atque fragmenta, ea ſunt ſpuria et ſuppoſititia.

3. *Bentleii* Apologia pro diſſ. de epiſtolis Phalaridos, ſecundum Lennepii verſionem latinam, Phalaridis epiſtolis adiunctam, pag. 130 — 174. cuius argumenta examinauit et tragoediae arte excultae maiorem diu ante Thespidem aetatem adſerere ſuſtinuit M. *Io. Iac. Meno Valett,* in II. diſpp. num Thespis tragoediae auctor habere poſſit, Erlangae 1788. 4. Ego vero meam dixi vberiusque expoſui ſententiam, nec pauca excitaui ſcripta, in quibus de choro, Thespide antiquitate tragoediae etc. varia ratione et fortuna disputatur, ad Fabricii B. Gr. vol. I. lib. II. cap. 16. pag. 160. ſqq.

4. Hic praeter ea memorandi ſunt 1) *Pratinas*, qui circa Olymp. LXX. fabulas docuit ſatiricas, (v. *Suidam* in voc. *Caſaubon.* de poeſi ſatir. pag. 120. edit. Rambachi, *Fabricii* B. Gr. in notitia tragicorum deperditorum, vol. II. pag. 319.) 2) *Phrynichus*, Athenienſis, diſcipulus Thespidis; qui primus foeminae perſonam in ſcenam induxit, et epiſodia aptauit animi motibus, primum viciſſe dicitur forſan Olymp. LXVII. et cuius fabulas nominant Suidas h. v. aliique (v. *Bentleius* in Reſpons. ad Boyle pag. 140. ſqq. ex vers. Lennepii latina, qui plures praeter ea enumerat Phrynichos, atque *Fabricius* in B. Gr. Vol. II. pag. 316. vbi plura adieci:) — 3) *Melanippides*, circa Olymp. LXV. ſcripſit dithyrambos, tragoedias et alia poemata; v. *Fabr.* l. c. pag. 310.

§. 28.

§. 28.

AESCHYLVS.

1. De anno natali diſſentiunt critici. Floruit quidem circa a. M. 3509. Olymp. LXXI. 1. ante Ch. N. 494. V. C. 258. Secundum Epochas marmor. Arundel. natus poſtremo*) anno, (ſecundum Saxium, Onom. I. p. 31. et Caſaub. quem vide, de Satyr. poeſi I. cap. 5. pag. 125. 130. ſq. ed. Rambach.) *tertio* Olymp. LXIII. ante Chr. N. 525. denat. ſecundum Saxium, Olymp. LXXXI. 1. ſiue 2. ſecund. Fabr. LXXVIII. 2. ante C. N. 467. aetatis vndeſexageſimo: cui adſentit *Corſin.* in faſt. atticis tom. III. pag. 193. ſed ſchol. ad Ariſtophanis Acharn. vers. 10. mortuum tradit Aeſchylum Callia archonte, h. e. Olymp. LXXXI. 1. et ita ſubduxit rationes *Larcher.* l. c. pag. 571 a periodi iulian. 4258. a. Chr. n. 456. v. c. 298. aet. 69.

2. Athenienſis ex ciuitate Atticae *Eleuſine*, (vt Fabricius aliique putant,) aut *Decelia*, Atticae populo, (vt *Corſin.* in faſt. attic. tom. III. pag. 120. contendit.) Interfuit pugnis Marathoniae, nauali ad Salamina et Plataeenſi. Eius tamen ingenium inprimis ſplenduit in tragoediae forma ordinanda et conſtituenda. Picturae, et machinarum, cothurni, laruarum etc. vſum et duos hiſtriones, qui plures perſonas in fabulis ſuſtinerent, grandeque et nobilius dicendi genus in ſcenam primus induxit, v. *Ariſtot.* de A. P. cap. 4. *Horat.* A. P. v.

 275.

*) Quam ſententiam ſequuntur *Fabric.* in B. Gr. *Corſinius* in faſtis attic. tom. III. pag. 119. ſq. *Larcher* in Chronologia Herodotea p. 571.

275. sqq. aliosque ab Fabricio laudatos. In Theogonia omnique mythologia interdum discedit a vulgari suae aetatis et nationis theologia, siue antiquissimam Graeciae siue Aegyptiacam s. singularum ciuitatum, s. poetarum maxime lyricorum, qui multa nouarant opiniones placitaque sectatus. Hinc etiam impietatis accusatum fuisse, prodidit memoriae *Ael.* H. V. libr. V. 19. vbi vero vide Kühn, qui docet, ideo incusatum fuisse poetam, quod mysteria Eleusinia in theatro propalasset. In Siciliam secessit, siue coactus solum vertere, siue indignabundus, quod a iuuene Sophocle victus est, ibique ictu testudinis, quam aquila in illius caluum caput, quod saxum ipsi visum fuerit, grauiter deiecit, interiit, et circa Gelam humatus est *).

3. Exstant septem Aeschyli tragoediae, quarum argumentum vim moresque eleganter exposuit *Clodius* in Versuch über die Sitten in den Werken der Griech. Dichter, part. I. pag. 61. sqq. Adde *Brumoy* theatrum graecum, francice scriptum. — Catalogum deperditarum Aeschyli tragoediarum dedit Fabricius.

4. Prima editio prodiit ex officina *Aldi Manutii* 1518. 8. sed parum emendate, atque ita, vt Agamemnonis postrema pars cum Choëphoris capite mutilis confusa, pro vna fabula Agamemnone, exhiberetur. — Eam repetiit *Adrianus Turnebus*, multa vero passim, in tribus praecipue prioribus Tragoediis e MS. cod. Aemarii Ranconeti, emendauit, et addidit variarum lectionum elen-

*) Ex sorore natus fuit *Philocles*; huius filius *Morsimus*, et ex eo nepos, *Astydamas*: omnes poetae dramatici, v. *Casaubon.* de poesi, satir. p. 147.

elenchum, Paris. 1552. 8. — *Tragoediae ſeptem: a Franc. Robortello* ex MSS. libris expurgatae ac ſuis metris reſtitutae, Venet. 1552. 8. Robortelli, critici acuti, nouam editionum claſſem ducentis, merita ſunt inſignia. Textum enim dedit emendatiorem, verſus ac perſonas diſtinxit, ſuas et Michaelis Sophiani caſtigationes adiecit, atque Agamemnonis, quam ſolam habebat, partem poſtremam et Choëphoras diſtincte recenſuit e MS. primus denique ſcholia in omnes Aeſchyli tragoedias ex vetuſtiſſimis MSS. collecta, edidit ſeparatim eodem anno. — Curatius tamen et limatius dedit tum textum, vbi *Agamemnon*, tragoedia integra, ex duobus MSS. reſtitutus eſt, tum ſcholia *Petrus Victorius*, cuius praeſtans editio exiit ex offic. Henr. Stephani, qui caſtigationes ſubiecit, et quindecim MSS. ſe in Italia inſpexiſſe teſtatus eſt 1557. 4. — Sequuta eſt *Guil. Canteri* editio graece ſine ſcholiis, at egregie correcta, carminis ratione in primis habita, Antwerpiae apud Plantinum 1580. 12. — Haec baſis fuit illius; quam cum ſcholiis graecis omnibus, deperditorum dramatum fragmentis, verſione, et commentario (luculento et doctiſſimo) curauit *Thomas Stanley* Londin. 1663. apud Corn. Bee, et ib. 1664. ap. I. Hort, (quae tamen eadem eſt editio,) fol. in quam omnes ſuperiorum editorum opes transfuſae, et nouis ſcholiis e MSS. aliisque adceſſionibus auctae ſunt. — Haec editio repetita, et animaduerſionibus maximam partem criticis, in quibus metri ratio potiſſimum explicatur, aucta eſt a *Io. Cornelio Paw*, Hagae Comit. 1748. 4. II. Voll. Hic vero et Aeſchylo et emtori melius conſuluiſſet,

 ſi

ſi ampliſſimos, quos Stanley reliquit, commentarios ineditos inſpexiſſet aut dediſſet. Futuri editoris curae et diligentiae ſunt quoque codd. in bibliotheca Auguſtana commendandi. — Textus Stanleianus redditus eſt cum lectionibus variantibus, Glasguae 1746. 4. et. 8. — Nouam eamque criticam edit. cum docto commentario perpetuo, ſcholiisque graecis parare inſtituit cl. *Chriſt. Godofr. Schütz*, Profeſſor Ienenſis, cuius I. vol. Halae 1782. mai. 8. II. vol. 1784. praelum reliquerunt: reliqui diu promiſſi ſunt.

Singulae tragoediae modo ſaepius, modo rarius ſunt ſeparatim editae: hoc vero loco paucas easque meliores aut recentiores memorabo editiones. *Prometheus* cum Stanleiana verſione, ſcholiis α. β (et γ ineditis) ampliſſimisque variorum notis, quibus ſuas adiecit, nec non ſcholia de metro ac anglicanam interpretationem *T. Morell.* Lond. 1773. min. 4. (incongruus et incommodus eſt adparatus vſusque v. ephem. litter. Gotting. 1774. pl. 30.) — *Aeſchyli tragoediae Prometheus*, *Perſae et ſeptem ad Thebas*, *Sophoclis Antigone*, *Euripidis Medea* ex optimis exemplaribus emendatae, (per *Rich. Phil. Brunck.*) Argentorati 1779. 8. cum notis criticis. — *Aeſch. Prometheus* cum ſcholiis gr. et lectionis varietate — edid. *Chriſtoph. Godofr. Schütz*, Halae Sax. 1781. 8. — *Aeſchyli ſeptem aduerſus Theb.* in tomo II. operis: Πεντααλογία *ſ. tragoediarum graec. delectus* cum adnotatione *I Burton.* ed. II. cui obſeruatt. indicemque adiecit *Thom. Burgeſſ.* tom. II. Oxon. 1779. 8. — *Gallice* verſae ſunt Aeſchyli tragoediae a *du Theil* in noua edit. Theatre des grecs par le *P. Brumoy* etc. Paris 1785. 8. aliam verſionem infra memorabimus.

rabimus. — *Italice* Aeſchyli, Sophoclis et Euripidis tragg. a *Mich. Mallio*, Romae tom. I. 1788. 8. — *Anglice*, Aeſch. tragg. a *Pottero*, Londini 1779. 4. — *Germanice* a *Toblero*, — Perſa. a *I. T. L. Danz* Lipſiae 1789. 8. Agamemnon a *Dan. Ieniſch*, Berol. et Liebau. 1786. 8. Prometh. a *I. G. Schloſſero* Baſileae 1784. 8.

5. Aeſchylus, quod primus in lucem protulit tragoedias, has nondum omnibus numeris abſolutas reliquit; hinc rudis adhuc in multis et incompoſitus et grandiloquus ſaepe vsque ad vitium, at grauis eſt, et ſublimis v. *Quinctil.* Inſt. Or. X, 1. 66. ibique Gesner. Summa vis ingenii inerat illi, quod in inuenienda, ordinanda, et ornanda fabula inque noua cum tragoediarum tum ſcenae conſtitutione maxime ſplenduit, cuius vero feruore, vita militari, diuturno armorum vſu caedisque frequentia, ad audaciam interdum haud felicem, quae parumper abeſſet a tumore et frigido dicendi genere, aliaque vitia abreptus eſt; ſumma vbertas orationis, quae aut antiquam aut vulgarem ſaepe retinet formam; hinc multi, qui videntur, in eius tragoediis reperiuntur hebraismi, ſiue potius linguae orientalis reliquiae. Vnitatem loci et temporis parum curat, nec nodos, qui dicuntur fabulae, epiſodia, καταςροφας amat.

6. *Fabric.* B. Gr. II. cap. 16. tom. II. pag. 164 ſqq. et quae ibi adieci, *Patrobaſchii*, h. e. *Frid. Ludou. Abreſchii* Obſeruata ad Aeſchyli Prometheum vinctum et Scholiaſtem: *Eiusdem* Praetermiſſa in obſeruatis ad A. Prometheum vinctum, in Miſcell. Obſſ. Vol, VII. et VIII. Tom. III. *Eiusdem* Animaduers. ad Aeſchylum et N. T. libri II. Medioburgi 1743. 8. et liber tertius, Zwollae 1763. 8. *Anonymi*

nymi Obff. in Aefchylum eiusque Schol. in Mifcell. Obff. Vol. II. Tom. II. — *Beniamin Heath* Notae f. lectiones ad Tragicorum graecorum veterum, Aefchyli, Sophoclis, Euripidis, quae fuperfunt, dramata deperditarumque reliquias, Oxon. 1762. 4. — *Anton Askew* fpecimen nouae editionis Tragoediarum Aefchyli, Lugd. Bat. 1746. 4. — *Io. Aug. Stark* comment. de Aefchylo et in primis eius tragoedia, quae Prometheus vinctus infcripta eft. Gotting. 1765. 4. — *Casp. Iac. Befenbeck* disp. me praefide, Erlangae 1784 habita: *Aefchyli* locorum quorumdam interpretatio. — *Le Beau* Memoires fur les Tragiques Grecs, in Memoir. de Litterat. tom. 35. et *de Burigny* in Trag. Perfae, in Hiftoire de l' Acad. Infcr. et B. L. tom. 29. *Meurfii* Aefchylus, Sophocles, Euripides, Lugd. B. 1619. 4. auct. in Gronouii thes. Antiqq. graec. Tom. X. *Hauptmanni* Comment. de Aefchylo et eius tragoediis, Gerae 1741. Interpretatio gallica: Tragoedies d' Efchyle Par. 1770. 8. laudatur; additur commentat. in qua itinera f. errores Ius, at non vbique feliciter, explanantur atque ab obiectis vitiis geographicis vindicantur. *Rochefort* vita Aefchyli tom. I. edit. nouae Brümoeiani theatri Graec. pag. 274 fqq. *Sulzer* in Theorie der fchönen Künfte, voc. *Aefchylus*, ibique cel. de Blankenburg, tom. I. pag. 28 fqq. — cl. *Arn. Hermann Ludou. Heeren* disput. de chori Graecorum tragici natura et indole, ratione argumenti habita, Gottingae 1784. 4. — Eiusdem viri humaniffimi Bemerkungen über die dramatifche Kunft des Aefchylus, in: Bibliothek der alten Litteratur und Kunft, part. VIII. p. 1. fqq. Gottingae 1791. 8. — *M. Car. Dau. Ilgen* comm. Chorus Graecorum tragicus qualis

qualis fuerit, et quare vſus eius hodie reuocari nequeat. Lipſiae 1788. 4. — *I. Iac. Henr. Naſt* disp. Obſeruatt. in rem tragicam Graecorum, Stuttgardiae 1788. 4. — cl. *Schütz* commentationum in Aeſchyli trag. quae inſcripta eſt Agamemnon, libellus I. Ienae 1779. 4. — libelli primi pars altera, ibid. 1780. 4. — *Zeune* in progr. recenſuit Varietatem lectionis in tres Aeſchyli tragoedias ex cod. acad. Vittebergenſis, Witteberg. 1780. 4. — (*Le Grand*, Profeſſ.) Specimen obſeruatorum in Aeſchyli Agamemnone, Baſil. 1778. 8. quod valde laudatur. — *Francis Hardy* de aliquot locis in Aeſchyli Agamemnone, in Tranſactions of the royal Iriſh academy. Dublin et Londini, (1789) inter ſcripta ad litteras elegantiores pertinentia. Quia *Wood* ex Homero euincere auſus eſt, Craecos et Troianos vna eademque, lingua vſos eſſe; Hardy ex Aeſchyli loco, vbi captiua Caſſandra Clytemneſtrae non reſpondet, atque chorus illam, quod peregrina ſit, excuſat, concludit, Woodium eo eſſe refutatum. Emimuero inde nihil effici poteſt. Namque poetae communem quamdam linguam tribuunt agentibus, nulla gentis et nationis ratione habita; atque apud eumdem Aeſchylum Xerxes atque Atoſſe graece loquuntur. — *Vauvilliers* in Notices et Extraits des Mſts de la bibl. du Roi -- tom. I. Paris. 1787. mai. 4. pag. 281. ſqq. Plura alia ſcripta ad Fabr. B. Gr. l. cit. ſunt memorata.

§. 29.

§. 29.
GORGIAS.

1. Floruit circiter Olymp. LXX. *Plin.* H. N: libr. 33. cap. 4. adde *Saxii* onom. lit. tom. I. p. 32. centum et nouem annos vixit.

2. Leontinus, Siculus. Athenas ſe contulit, vbi Athenienſes contra Perſas excitauit, et eòs, qui in pugna Salaminia ceciderunt, oratione funebri decorauit. Sophiſtarum, qui de re quadam in vtramque partem differerent, princeps, Iſocratis et Alcidamantis magiſter.

3. Reſtant binae orationes, de Helenae laudibus et pro Palamede apologia *).

4. Editae cum aliis oratoribus ab Aldo 1573. fol. — ab H. Stephano 1575. fol. pag. 187. — a Reiskio in Oratorum graecorum Vol. 8. pag. 91. ſqq. vbi pag. 197. confer de noſtro Excerptum e ſcholiaſtis ad Hermogenem.

5. Fuit concinnitatis princeps, (v. Cic. Orat. nr. 165. ibique notam Schirachii.) delectabatur antithetis, (Cic. ib. nr. 166. ſq.) numeroſe, at nimis auide, ſcribebat, (Cic. ibid. nr. 175. ſq. cum nota Schirachii, Quinct. I. O. X. 3. 74.). Eius orationes totae periodis continentibus conflatae ſunt (Demetr. Phaler. de Elocutione §. 12. adde §. 15.) Nimius igitur fuit ornatus et venuſtatis ſectator

*) Vti Alcidamantis accuſatio; ita Gorgiae apologia pro Palamede ſophiſticis referta eſt argutiis. Vniuerſe Palamedis cauſſa fabulaque poetis, ſophiſtis aliisque veteribus vberrima fuit materia ad luſum, fictionem ingeniique vires periclitandas atque oſtentandas, conf. *Heyne* Exc. IV. ad. Virg. Aen. II. 81.

ctator et auribus animisque auditorum fecit insidias fraudemque.

6. v. *Diodor. Sicul.* Libr. XII. pag. 514. ed. Wessel. *Quinct.* I. O. III. 1. §. 8. 12. sq. *Fabr.* B. G. II. cap. 26. ibique supplementa. *Petri van Spaan* diss. de Antiphonte oratore Attico p. 797. in Reiskii Orat. graec. Vol. septimo. — *Georgii Nicol. Kriegk* diss. de Sophistarum eloquentia, Ienae 1702. in primis §. 25. *Mongitor.* bibl. Sicul. tom. I. pag. 258. sqq. *Dorville Sicula*, tom. I. pag. 169. tom. II. p. 364. 430.

7. *Polus*, Agrigentinus, philosophus, sophista et orator, a *Gorgia* Leontino non sine magno pretio eruditus: de quo plura disputat *Mongitor.* in bibl. Sicula, tom. II. pag. 188. sq.

§. 30.

EPICHARMVS.

1. Circ. A. O. C. 3517. Olymp. LXXIII. 1. ante C. N. 486. V. C. 266.

2. Patria Cous; in Sicilia tamen ab infantia vitam duxit: veteris comoediae princeps. Distinguendus est ab *Epicharmo*, Philosopho Pythagoreo; de quo v. *Brucker* p. 1121. sq. et quae notaui ad *Fabricii* B. Gr. vol. II. pag. 298. sqq. et vol. I. pag. 844.

3. Fragmenta ex eius comoediis pauca reperiuntur in Stephani, Hertelii, Grotii collectionibus Comicorum etc.

4. *Fabric.* Bibl. Gr. II. cap. 19. Tom. II. pag. 298. sqq. et pag. 440. *Saxii* V. C. Onomast. pag. 33. et 537. Vol. I. *Mongitor.* Bibl. Sicula, tom. I. pag. 180. sqq.

§. 31.

§. 31.

PINDARVS.

1. Natus Olymp. LXV. 1. aut, ſecundum *Corſin.* in faſtis attic. II. pag. 64. et III. p. 121. anno Ol. 65. $\frac{3}{4}$ ante Chriſtum natum DXX. denatus Olymp. LXXXVI. 2. nonagenario maior, aut, ſecundum *Corſinum* l. c. tom. III. p. 206. Olymp. 82. $\frac{1}{2}$. inopinato animam efflans ſiue, ſecundum *Suidam*, in theatro, ſiue, ſecundum *Valer. Max.* IX. 12. extern. 7, in gymnaſio capite ſuper gremium pueri Theoxeni, quem vnice amabat, poſito. Conf. *Weſſeling* ad Diod. Sic. Libr. XI. pag. 464.

2. Thebas Beotiae habuit patriam, Myrtidis poetriae diſcipulus. Quamquam Muſae eum puerum aluerunt fere, et ſacerdotem ſuum formarunt, (variae enim de noſtro fabellae delectarunt credulam antiquitatem,) a Corinna tamen, poetria, quae ſola apud Tanagraeos, Boeotiae incolas, carmina fecit, quinquies (ſi *Aelian.* V. H. XIII. 25. a vero haud aberrauerit,) victus dicitur. Forſan foeminae venuſtas, atque poetae iuuentus, ad iudicium ſecundum hanc ferendum mouerunt iudices. Simonidem quoque habuit praeceptorem, quem vel in eo imitatus eſt, quod pro mercede laudes aliorum decantauit. Propter vim et elegantiam carminum ſuorum apud Graecos, etiam poſt mortem, in ſumma fuit exiſtimatione, et victorum, qui in ludis Graecorum ſollemnibus palmas tulerunt, laudes carminibus celebrauit.

3. Praeter

3. Praeter fragmenta plura ad noſtram aetatem peruenerunt lyrica carmina dialecto dorica ſcripta, 1) Olympia, 2) Pythia, 3) Nemea, 4) Iſthmia.

4. Duo praecipue exempla fuerunt fere baſes reliquorum, Aldinum, et Callierginum, quod poſterius fundus eſt reliquarum omnium editionum, ſed criſi manuque emendatrice in quibusdam adhibita; quorum nonnullis addita ſunt ſcholia, ex commentariis variorum deperditis collecta. Potiores editiones hae fere ſunt. *Pindari* Olympia, Pyth. Nemea, Iſthmia; Callimachi hymni, — Dionyſius de ſitu orbis; Lycophronis Alexandra, graece, Venet. in aedibus Aldi 1513. 8. Diuerſos habuit codices; in Pytheis tamen et Nemeis praeſtantiorem reliquis. — Πινδάρȣ Ὀλύμπια — (graece) cum ſcholiis veter. impreſſi per *Zachar. Calergi*, (ſic, pro *Calliergi*) Cretenſem. Romae 1515. 4. Codices habuit in Olympiis, Nemeis et Iſthmiis meliores Aldinis, in Pythiis vero deteriores. — *Pidarus* gr. Baſileae per Andr. Cratander. 1526. 8. curante Ceporino: emendatiſſima, at quoque rara editio, vbi tamen Aldina edit. etiam comparata eſt, — repet. per heredes Andr. Cratandri 1556. 8. — Πινδάρȣ Ὀλύμπια — cum ſcholiis graecis Francof. graece, opera et impenſa Petri Brubachii, 1542. 4. Ducta eſt ex editione romana, hinc inde a viro docto, qui praefuit operis, correcta et deprauata: in margine ſunt nonnullae lectiones variae ex aldino exemplo adſcriptae. — Ad Brubachianum exemplum curata eſt a viro erudito, probabiliter a Morello, ſplendida editio, gr. ſine ſcholiis, Paris. apud Guil. Morellum. 1558. 4. —

4. — cum ceteris octo lyricis — per *H. Stephan.* Paris 1560. et 1566. octonis minoris formae, gr. et latine: prior editio praestat: posterior audaciorem nacta est correctorem; at repetita et ad verbum expressa est 1586. 1600. apud Paull. Steph. et 1612. 1626. oliua Pauli Stephani, et ed. VI. Steph. Ebrodani, 1624. 12. Primam tamen Stephanianam repetiit officina Plantiniana, apud Fr. Rapheleng. 1590. 8. et *M. Aemil. Portus* apud Hieron. Commel. 1598. 8. — *Pind. cum scholiis graecis et interpretatione latina ad verbum.* Geneuae, oliua Paulli Stephani. 1599. 4. Brubachianam edit. Stephanus ante oculos habuit; sed ad H. Stephanianam recensionem alteram, vnde etiam repetiit versionem, emendauit. Omnium vero superiorum diligentiam superauit *Erasmus Schmidius*, Prof. Wittebergensis, graece doctissimus. Habuit codices, edd. priscas, (at Cratandrinam in primis sectatus) frequenter sanauit loca luxata et corrupta, at certis rationibus metricis nimium tribuit: in commentario docto scholiastis verba saepe vertisse tantum videtur, et rhetorices praeceptis vim atque impetum poetae nimis sedulo, contorte et ieiune saepius adstrinxit. Vitia et virtutes huius editionis, quae rarioribus libris adnumeranda est, perite recenset *Cel. Heyne* in edit. sua part. sec. p. 113. sq. — *Io. Benedictus* (Benoit,) M. D. et in Salmuriensi acad. R. linguae gr. prof. exemplar quidem Schmidii in contextu gr. reddidit; sed hunc interpretatione sententiarum et lyricae orationis multum superauit in edit. Πινδάρε περίοδος — *cum versione lat. recognita, paraphrasi et commentariis,* Salmurii 1620. 4. — Πινδάρε — *Pindari Olympia*

pia, Nemea, Pythia, Isthmia, vna cum latina omnium versione carmine lyrico per Nicol. Sudorium. Oxoniae e theatro Sheldon. 1697. fol. curantibus *Ric. West* et *Rob. Welsted*, cum versione Erasmi Schmidii et Io. Benedicti argumentis ac paraphrasi, variis lectionibus et notationibus criticis ex V. codd. Bodleianis. Subiuncta est collectio fragmentorum, quae excipiunt indices et Nicolai Sudorii poetica metaphrasis. Rarescere quidem incipit haec editio et cara est, nec dotibus suis caret haud spernendis: at tamen bonum Schmidium, cuius editio tamquam basis substrata fuit, modo deseruerunt, vbi is recte acuteque viderat atque emendarat, modo sequuti sunt, vbi erat in alia omnia transeundum. Hinc *R. Dawes* in Miscell. criticis Oxon. 1781. 8. sect. II. pag. 37 — 70 et Thom. *Burgess* in additamentis pag. 353 — 366. dederunt *Oxoniensium Pindari editorum desideratae ἀκριβείας specimen.*

Haec basis quidem facta est editionis praeclarae, criticis praesertim vtilissimae quam *cum lectionis varietate curauit Christian Gottlob Heyne*, vol. I. Gottingae 1773. min. 4. quod continet gr. contextum, at ore melioris interpunctionis ac distinctionis sententiarum multis locis emendatae et ex melioribus codd. aut editionum lectionibus multo correctioris, varietatis lectione praeter ea melius ordinata ac disposita. Notae breues, quamquam maximam partem criticae, tamen haud raro explicant poetae sensum. Vol. II. continet interpretationem latinam *Io. Beniam. Koppii*, (nuper praesulis coetus sacri Hannouerani praematura morte absumti,) ab Heynio emendatam: ibid. 1774. Vtrique volumini praemissa est historia

critica tum contextus gr. tum editionum et msstorum aliorumque subsidiorum. Idem V. C. edidit: *Additamenta ad lectionis varietatem in Pindari carminum editione Gottingensi 1773. notatam ab editore Ch. G. Heyne*, Gottingae 1791. min. 4. et nouam editionem parat maiorem. — *Pindari carmina, graece cum scholiis integris. Emendatius edidit, varietatem lectionis et animaduersiones criticas atque indices adiecit C. D. Beck.* tom. I. Olympia. Lipsiae 1791. mai. 8. — *Pindari carmina selecta — cum scholiis selectis suisque notis in vsum academiarum et scholarum edidit Fried. Gedike*: Berolini 1786. 8. — *Pindari carmen IIII. Olympicum, perpetua adnotatione illustrauit Henr. Lud. Pfaff.* Ienae. 1787. 8. — Primum carmen Olymp. dedi atque explicui in Anthologia gr. poetica. — Memorabo adhuc versiones lat. Melanthonianae duo rara exempla: — *Pindari — Olympia — — per Phil. Melanthon. latinitate donata, nuncque primum in lucem edita* (a Casp. Peucero,) cum gratia et priuilegio Imper. ad decennium. *Basil. per Io. Oporinum*: in calce, Basileae Anno salutis hum. M. D. LVIII. (1558.) mens. Iun. in 8. — *Pindari Olympia — — per Ph. Melanthon. conuersa in lat. sermonem.* Viteberg. exc. Io. Crato. M. D. LXIII. (1563.) 8. editore Peucero. — Carminum Pindaricorum fragmenta summo studio collegit docteque illustrauit *Io. Gottlob Schneider*, (nunc Professor litterarum humaniorum in Vniuersitate Francof. ad Viadrum,) Argentor. 1776. min. 4.

5. Quinctil. I. O. X. 1. 6. „nouem, inquit, „Lyricorum longe Pindarus princeps, spiritus „magni-

„magnificentia, ſententiis, figuris, beatiſſima „rerum verborumque copia, et velut quodam elo„quentiae flumine: propter quae Horatius (Od. „4. 2.) eum merito credidit nemini imitabilem.“ Saltus poeticos, nobiles ſententias, verborum audaciam atque ſublimitatem, et nouitatem in primis amat, virtutis ſtudium inculcat, et in laudes deorum atque antiquiſſimorum heroum frequenter digreditur: quibus in digreſſionibus ſplendet illius ingenium. Nam quum omnes graecae ciuitates auctores ſuos bene noſſent, aut noſſe ſibi viderentur, eos colerent, et cum ſanguine deorum quaſi miſcerent: poeta ad honorem victoris aut patriae illius inde optimam arripit occaſionem, loco equitis, qui victoriam reportauit, eiusque equi, de deo et heroibus, vnde principes aut conditores ciuitatum orti putabantur, apte iucundeque canendi, eaque ſecundum probabilitatem poeticam diſſerendi, quae poetis noſtris, vrbibus ſubinde ortis, aut harum origine non adeo ignota vel nobilitata, canere atque amplificare non licet. Tali ratione vindicandus eſt optimus poeta a criſi illorum, qui arbitrentur, eum ſublimitatem doctamque obſcuritatem nimis adfectare, aut temerarias et otioſas ſtudioſius venari digreſſiones. Rem enim, in tota Graecia celebratiſſimam, victoriam in ſollemnibus Graeciae ludis partam, et homines, interdum ignobiles nec ſatis claros ad varietatem et gratiam vberius, et ſublimius atque aptius laudare non potuit, niſi eamdem cantilenam, cum ſummo auditorum taedio ſuaeque ipſius laudis iactura, ſemper repetere voluiſſet.

6. Omiſſis pluribus ſubſidiis atque interpretationibus ab *Heynio* V. C. in vtraque praefatione

et a *Fabricio* in B. Gr. II. cap. 15. vol. II. pag. 57. ſq. atque a me in ſupplementis ad illam, iam commemoratis, pauca h. l. proferam. — *Franc. Porti* commentarii in Pindari Ol. Pythia, Nem. Iſthmia. Geneuae 1583. 4. — *Aemilii Porti* Lexicon Pindaricum Hanou. 1606. 8. — *Io. Corn. de Pauw* notae in Pindari Ol. P. N. Iſthm. Traiecti ad Rhen. 1747. 8. acutus quidem, at incontinens criticus, et importunus aliorum praecipue Schmidii cauillator fuit Pauw. — *Gulielmi Barford* diſſert. in Pindari primum Pythium habitam Cantabrigiae in ſcholis publicis, Cantabrig. 1751. 4. — *A. F. Ruckersfelderi*, Theol. D. commentat. quaedam cantica ſacra ex genio Pindaricorum illuſtrantem, quae in eius Sylloge Commentationum et Obſeruationum philologico-exegeticarum et criticarum, faſcicul. prior. primum locum occupat, Dauentriae 1762. 8. collata *Klotzii* cenſura in Actis litterariis Vol. I. Part. II. pag. 117. ſqq. — *Blondelli* et *Iac. Tollii* comparat. Pindari et Horatii, in *Berkelii* diſſertatt. ſelectis criticis de poetis graecis et latinis, Lugd. Bat. 1707. 8. pag. 241, ſqq. et 365. ſqq. Blondelli libellus primum gallice, prodiit Paris 1673. in 12. tum Amſtel. 1686. 12. quem in linguam Anglicam transtuliſſe, et tamquam ingenii ſui foetum edidiſſe dicitur *Ralph Schomberg* ſub titulo: A critical diſſertation on de Character and Writings of Pindar and Horace, Londin. 1769. 8. — *Vanuilliers*, (Prof. graecae linguae) Eſſai ſur Pindare, Paris 1772. 8. qui aliquot tantum odas interpretatus eſt et illuſtrauit, at quoque mutilaui, et transformauit. — De Pindari odis conecturae *D. Ioann. Aloyſii Mingarelli*, Abbatis S. Mariae

Mariae ad Rhen. et Gr. litter. in Archigymnaſio Bonon. lectoris, Bonon. 1772. 4. — Acutius ſcripſit *Schneider* in Verſuch veber Pindars Leben vnd Schriften, Argentor. 1774. 4. acrem tamen et acutum cenſorem, Meiners, nactus eſt in biblioth. philol. Gotting. — *Giamb. Paſſeri* in Nuoua Raccolta d' Opuſcoli ſcientifici e filologici, vol. 27. ſomniat, Pindarum ex poetis iudaicis artem ſaltuum, nobilium ſententiarum et ſtili hausiſſe. At huius opiniunculae commemoratio eſt eadem refutatio. — *M. Io. Chriſt. Frid. Götſchel* diſp. me praeſide habita; Mythologiae Pindaricae ſpecimen 1. Erlangae 1790. 4. — M. *Ion. Frykſtedt* diſſ. philol. de digreſſionibus Pindari. Vpſal. 1790. Quaedam explicantur: in quibusdam vindicatur Pindarus. — *M. Car. Pouſette* ſpec. academicum ſiſtens odam II. Pindari Olympiorum in lat. conuerſam. Vpſal 1790. 4. — *Dammii* verſio germanica ſectt. IV. Berol. 1770. 1771. 8. eſt fida quidem, ſed inuenuſta, frigida et tenuis. — In libro menſtruo: Deutſches Muſaeum, Ienner. 1777. pag. 78. ſqq. eſt *I. Henrici Voſſii* interpretatio germanica cum obſeruationibus grammaticis et criticis: *Pindar's erſter Püthiſcher Chor.* — *Fr. Gedike* germanice vertit et erudite explicuit Pindari Olymp. Berol. ac Lips. 1777. 8. atque Pyth. ibid. 1779. 8. De multis aliis verſionibus in diuerſis linguis, egi ad *Fabricii* B. Gr. vol. II. p. 74. ſqq. De operoſo Dammii lexico Pindari v. ad Homerum.

§. 32.
CORINNA.

1. Pindaro fuit coaeua, sed aetate paullo superior.

2. Thebana siue Tanagraea, Myrtidis discipula et poetria; cum Pindaro quinquies in certamen descendit et victrix discessit: sed fides sit penes auctorem huius historiolae, *Aelian*. H. V. lib. XIII. 25. Suidas in Κορίννα distinguit a nostra Corinnam Thespiam vel Corinthiam, et Thebanam iuniorem.

3. Qaedam tantum fragmenta e quinque libris, quos scripsisse dicitur, supersunt.

4. Ea reperiuntur in *Vrsini* Carminibus IX. illustrium foeminarum pag. 46. et 295. et in *Io. Christ. Wolfii* IX. illustr. foemin. fragmentis et elogiis pag. 42. sq.

5. *Fabric*. B. Gr. II. cap. 15. nr. 24. tom. II. p. 118. sq. et *Olearii* diss. de poetriis graecis pag. 146. sq. apud Wolfium. In *Fabr*. libro et cap. mem. permulti poetae lyrici gr. enumerantur, quorum omnium recensio, ab instituti nostri et breuitatis ratione est maxime aliena.

§. 33.
ACHAEVS.

Vixit tempore Euripidis, iunior tamen fuit Sophocle; vixit, monitore Saxio in Onom. lit. I. p. 34. a Olymp. 74, 4. a. C. N. 479. v. c. 273. Eretriensis et poeta tragicus, vel potius comicus et satiricus. At quaedam tantum fragmenta nostram

ſtram attigerunt aetatem, quae reperiuntur in *Hugonis Grotii* fragmentis Tragic. et Comicorum graec. pag. 441. ſqq. confer *Mongitor*. Bibl. ſiculam, tom I. pag. 2. *Fabric.* B. G. Libr. II. cap. 19. vol. II. pag. 279. ibique not. ſq. in Notitia tragicorum gr. deperditorum, vbi plurium tragicorum, gr. nomina, memoriam et fragmenta reperies indicata expoſitaue.

§. 34.

THEMISTOCLES.

1. Vixit circ. A. O. C. 3525. Olymp. LXXV. 1. ante Ch. N. 478. V. C. 274. interiit Olymp. LXXVII. 3.

2. Imperatoris huius Athenienſis vita ex Herodoto, Thucydide, Cornelio Nepote aliisque eſt notiſſima.

3. Sub eius nomine circumferuntur XXI. epiſtolae, hiſtorici fere argumenti, quas exſul ſcripſiſſe dicitur, quae a *Thoma Lydiato* ad Epochas marmoreas Arundelianas pag. 77. *Schoettgenio, Hambergero* in Zuverlaeſſ. Nachrichten, Vol. I. p. 127. aliisque pro genuinis habentur; pro ſpuriis vero a *Leone Allatio*, *Schurzfleiſchio*, *Bentleio* in diſſ. anglice ſcripta, Londin. 1697. 8. latine verſa a Lennepio, adiuncta eius edit. epiſtolarum Phalaridis pag. 53. ſqq. (anno ſeq. editus eſt libellus, A View of the Diſſertat. opon the Epiſtles of Phalaris, Themiſtocles etc. lately publiſh'd by the rever.. D. Bentley etc. Londoni, in 8.) *Fabricio* B. G. Libr, II. cap. 10. nr. 34. vol. I. pag. 692. ſq. aliisque.

4. Editae fuerunt primum e MSto cod. Vaticano a *Io. Matthaeo Caryophylo*, Romae 1626. 4. cum lectt. marginalibus recuſ. gr. et lat. e bibliotheca *Eliae Ehingeri*, ſed ordine litterarum mutato, Francof. 1629. 8. — cum notis et indicibus *Chriſtiani Schoettgenii*, Lipſ. 1710. 8. qui eas in praefatione adſeruit Themiſtocli contra Bentleium haud incommodis vſus argumentis. Textum ex ingenio plerumque reſtituere ſtuduit. *Schoettgenii* edit. vitiis typographicis ſublatis, typis recudi fecit, ſuisque auxit adnotationibus grammaticis *Ioann. Chriſtoph. Bremer*. Lemgou. 1776. 8. qui commentarium promittit pleniorem.

5. Faciles quidem, gratas et ad hiſtoriam cognoſcendam aliquantum vtiles eſſe haud nego; num vero ſint genuinae, equidem ſubdubito. Neſcio enim, quid, epiſtolis ad Pauſaniam lectis, ſenſerim: ſpirant quidem patriae amorem; at Sophiſtae argutias potius, quam Themiſtoclis, viri ſummi, ingenium redolere mihi videntur. Sed penes acutos peritosque homines ſit iudicium: quippe diutius hisce immorari, ab noſtro abeſt inſtituto.

§. 35.
CRATINVS.

1. Circ. A. O. C. 3550. Olymp. LXXXI. 2. ante Chr. N. 453. V. C. 299. ſecundum *Saxium* in Onomaſt. lit. 1. p. 35. et *Hieron.* in Chron. Euſebiano p. 131.

2. Athenienſis, veteris comoediae poeta.

3. Ex

3. Ex multis comoediis fragmenta quaedam ſeruata ſunt.

4. v. *Meurſii* biblioth. Atticam: graec. et lat. in *Hertelii* bibl. vetuſt. comicorum, Veronae 1616. 8. p. 306. et *Grotii* Excerptis ex Trag. et Comoed. graec. Paris. 1626. 4. p. 488. ſqq. Adde *Fabric.* B. G. II. c. 22. vol II. pag. 430. ſqq. vbi pag. 435. de *Cratino* iuniore itidem comico quoque diſſeritur.

§. 36.
PLATO.

1. Circa idem tempus aut paullo poſt floruit: veteris comoediae poeta, diſcernendus a *Platone*, mediae comoediae principe, qui circa Olymp. CXX. viguit. Fragmenta in libris ſuperiore paragrapho laudatis inueniuntur, v. *Fabr.* B. G. II. cap. 22. vol. II. pag. 485. ſqq. et quae ibi adſcripſi.

§. 37.
BACCHYLIDES.

1. Floruit ſecundum Saxium circ. A. O. C. 3554. Olymp. LXXXII. 2. ante. C. N. 449. V. C. 303. ſecundum Hambergerum ante C. N. 450. — 430.

2. Ceus e Iulide ciuitate, Simonidis ciuis et ſororis filius; (vide *Goenſii* diſput. de Simonide, c. 3. §. 3. pag. 42. ſq. vbi etiam de noſtro Bacchylide quaedam habet,) Pindari, a quo perſtringitur

Olymp. II. aemulus in aula regis Hieronis, (v. *Aelian.* H. V. IV. 15.) cui iucundus fuit. Poeta Lyricus.

3. Dorice varia scripsit, v. *Meursii* Biblioth. gr. p. 1273. Pauca tamen restant fragmenta.

4. Ea reperiuntur in H. Stephani Pindari et ceterorum octo Lyricorum carminibus 1560. et 1612. in Fuluii collectione pag. 199. et 340. in corpore poet. Geneu. Tom. II. pag. 119. et Brunkii Analectis Vol. I. pag. 149. sqq. Iulianus imperator eius lectione mire delectebatur. *Ammian. Marc.* 25. 4.

5. *Fabric.* B. G. II. cap. 15. nr. 21. pag. 114. sqq. vol. II, ibique supplementa.

§. 38.

PRAXILLA.

1. Floruit Olympiade LXXXII.

2. Sicyonia, poetria.

3. Fragmenta quaedam collecta reperiuntur in *Fuluii Vrsini* Carmin. IX. ill. fem. p. 35. et 269. *Wolfii* poetriarum fragm. et elog. pag. 76. — 81. *Brunkii* Analectis p. 157. (σκολιὸν vero de Admeto, quod Brunk. tribuit Praxillae, Wolfius Sapphus fragm. nr. 180. intexuit: v. eius notam et *Fabric.* B. G. II. cap. 15. nr. 53. p. 135. sq. vol. II.) in *Wahl* Magazin für ältere —— Litteratur. Casellis. 1789. 8. part. II. n. 4. b.

4. *Olearii* diss. de poetriis gr. nr. LXIII.

§. 39.

DEMOCRITVS.

1. Aetas eius incidit ſecundum *Saxium* in A. O. C. 3557. Olymp. LXXXIII. 1. ante C. N. 446. V. C. 306. ab Olymp. LXXVII. 3. — CIV. 4. vbi centenario maior obiit. Secundum *Hambergerum*, quem vide in Zuverläſſ. Nachricht. Vol. I. pag. 190. ſqq. natus eſt Democritus A. M. 3534. ante C. N. 460. et mortuus A. M. $36\frac{28}{33}$. a. C. N. $3\frac{56}{51}$. Plura vide ad *Fabricii* B. Gr. vol. II. pag. 628. ſqq.

2. Abderites, ex nobili genere, philoſophus acutus et ſolers, indefeſſus naturae indagator, qui perpetuam naturae inquiſitionem opibus honoribusque in patria oblatis longe praetulit, et litterarum cauſſa Aegyptios et Perſas, atque, ſecundum narrationem quorumdam haud probabilem, ad Indos et Aethiopes adiit. Multae fabulae de illius riſu perpetuo, inſania aliisque ineptiis narrantur: ſed fictae ſunt.

3. Ionice multa ſcripſit, quae vero perierunt; ea enim, quae adhuc ſub nomine eius feruntur, ſunt, vt quondam forte plura alia, ſuppoſititia: n. 1) duae epiſtolae ad Hippocratem, de quibus v. *Heumann.* in Actis philoſoph. Vol. I. p. 670. ſqq. 2) Φυσικὰ et μυστικὰ, de arte ſacra ſiue chemica: cum Syneſii et Pelagii commentariis latine edita, Patau. 1572. 8. — 3) Fragmentum Democriti de ſympathiis et antipathiis, cum commentario *Io. Rendtorfii in Fabricii* Bibl. Gr. libr. IV. cap. 29. pag. m. 333. ſqq.

4. Frag-

4. Fragmenta, et epiſtolae ſunt in H. Stephani poeſi philoſophica 1573. 8. p. 156. ſqq. Epiſtolae gr. et latin. in Eilhardi Lubini collect. epiſtol. graec. Heidelb. 1601. 8.

5. Conf. *Diog. Laert.* IX. ſect. 34—49. *Fabr.* B. Gr. Libr. II. cap. 22. nr. 5. *I. Conr, Schwarz.* diſp. de Democriti Theologia, Coburgi 1719. Primum iudicia eruditorum tam veterum, quam recentiorum de diis Democriti, origine mundi etc. enarrat; tum abſoluere ſtudet Democritum.

6. Notatu digni praeter ea ſunt philoſophi magni nominis, *Anaximander*, *Mileſius*, nat. Ol. 42, 3. et forſan Ol. 68. adhuc in viuis, *Anaximenes*, Mileſius circa Ol. 56. aut poſterius nam ipſi veteres valde diſſentiunt, qui duo philoſophi cum *Thalete* phyſici aut *ionicae* ſcholae philoſophi audiunt: *Anaxagoras*, Clazomonius, nat. Ol. LXX. 1. denatus Lamphaci, vt fertur, Ol. 88. 1. qui male accenſeri ſolet *ionicis* philoſophis; at primus, probabiliter duce praeceptore ſuo *Hermotimo*, Clazomenio, clarius docuit, *mentem infinitam*, (*νȣν*) eamque diuerſam et diſtinctam fuiſſe a materia, et ex homoeomeriis omnia conſtruxiſſe; *Diogenes* Apolloniates, Cretenſis, circa Ol. 80. *Archelaus*, Mileſius, ſiue Athenienſis perperam magiſter Socratis dictus, circa Olymp. 82. *Diagoras*, Melius, Democriti ſeruus et auditor; *Leucippus* incerta patria, Democriti praeceptor, et parens doctrinae de atomis; *Meliſſus*, praeceptor Zenonis Eleatae, floruit circa Olymp. 84. et eleaticae ſectae philoſophus habetur. *Metrodorus*, Chius, Democriti diſcipulus, ſcepticus, diuerſus *a Metrodoro* Lampſaceno, Anaxagorae amico aliisque eiusdem nominis; *Protagoras*, Abderites

rites circ. Olymp. 84. σοφία et λόγος dictus; *Zeno*, Eleates, circ. Olymp. 79. a quibusdam habetur caput ſophiſtarum et auctor dialectices; *Phaedo*, Eliacae ſectae auctor. De quibus aliisque philoſophis antiquis v. *Fabric.* lib. II. cap. 24. vbi plura adtuli, et vol. II. pag. 612. ſq. plures, qui vitam et dogmata illorum perſequuti ſunt, laudaui. Nuper erudite illorum dogmata recenſuit cl. *Tiedemann* in: Geiſt der ſpeculatiuen Philoſophie Marb. 1791. 8.

§. 40.

HERODOTVS, ſiue ERODOTVS.

1. Secundum *Saxium* tom. I. Onom. pag. 37. floruit circ. A. O. C. 3559. Olymp. LXXXIII. 3. ante C. N. 444. V. C. 308. ab Olymp. LXXIV. 1. — LXXXVII. 1. circiter. Secundum *Hambergerum* natus eſt A. O. C. 3500. ante Ch. N. 484. ſecundum *Larcher* in Chronologia Herodoti p. 576. natus eſt Olymp. 74., 1. a. per. Iul. 4230. ante Chr. n. 484. v. c. 270. Illum quidem Olymp. LXXV. 1. quo Xerxes in Europam traiecit, quatuor fuiſſe annorum, *Scaliger* ad Euſebium pag. 102. colligit ex teſtimonio Pamphilae apud *Gellium* Libr. XV. cap. 23.

2. Hallicarnaſſeus e Cariae vrbe. Thurius quoque vocatur, quoniam, patria, a tyranno Lygdamo vexata, Thurios cum Lyſia et aliis profectus eſt, Athenienſibus ad illam magnae Graeciae in Italia in ſinu Tarentino ciuitatem reſtaurandam Ol. 83, 3. coloniam mittentibus. Thuriis quoque hiſtoriam ſuam condidiſſe annum XXXXIV.

agen-

agentem, probatum iuit *Iakſon* in Chronol. Antiq. Vol. III. pag. 360 ſqq. alii aliter tradunt, v. *Fabric.* B. G. Libr. II. cap. 20. vbi de Herodoto agit §. 1. not. f. Rectius enim ita a viris doctis demonſtratum eſt, Herodotum ante iter italicum alibi confeciſſe ſuas hiſtorias, et ſemel atque iterum in frequenti Graecorum mercatu praelegiſſe; Thuriis autem per otium recenſuiſſe, multis adſtructis aut mutatis: de qua re copioſius ſcripſi et plures V. D. qui de hiſtorico noſtro fuſius egerunt, commemoraui, ad *Fabricii* l. l. vol. II. pag. 328. — 330. Ad omnia vero recte cognoſcenda vereque enarranda per Aegyptum et Graeciam peregrinatus eſt. Annos ad minimum LII. vixit.

3. Suauiſſimum ingenii ſui monimentum reliquit *Hiſtoriarum libros* IX. ionice ſcriptos. Praecipue quidem expoſiturus erat hiſtoriam bellorum, quae Lydi et deinceps Perſae cum Graecis geſſerunt exorſus a Gyge, Lydorum rege, ſed occaſione oblata mire digreditur, et fata atque mutationes nationum, principum hominumque inſignium, atque vberiores regionum deſcriptiones vtiliter intexit. Herodoto etiam tribuitur Homeri vita, quam ſupra iam commemorauimus. Idem ſuos Aſſyriarum et Lybicarum rerum commentarios Libr. I. 184. et II. 162. laudauit, et hiſtor. Aſſyriam ab Herodoto ſcriptam videri, *Weſſeling* in diſſertatione Herodotea, Traiecti ad Rhen. cap. 1. docte euincit, de libris rerum Libycarum agit cap. II.

4. Princeps ed. ſed a *Laur. Valla* in linguam lat. conuerſ. Herodoti eſt Venetiis 1474. fol. Romae 1474. fol. etc. *graece Her.* primum prodiit apud Aldum, Ven. 1502. fol. — Mox fiebant

bant acceſſiones, Baſil. 1541. et 1557 cum praefat. Camerarii. Additi ſunt libri duo *Georgii Gemiſti Plethonis* de iis, quae poſt pugnam ad Mantineam geſta ſunt, graece. — *Henr. Stephanus* bis edidit Herodotum, graece ex vetuſtis libris recognitum, cum Cteſiae fragmentis et Apologia pro Herodoto etc. 1570. fol. ad calcem quorumdam exemplarium addita eſt verſio latina; *) — dein caſtigatius cum verſione latina, *Cteſiae* fragmentis et adpendice ex variis collecta ſcriptoribus priſcis de legibus atque inſtitutis Perſicis atque Aegyptiacis, 1592. fol. In margine addidit vel lectionum vel interpretationis a Valla factae mutationem. — Tum *Gothofredus Iungermann*, Francof. 1608. fol. Stephanianam II. auxit editionem praeclaris additamentis, praecipue Gloſſario breui graeco in Herodotum ex cod. Goldaſti: librum de vita Homeri ex MSto emendauit, Herodoti libros in capita diuiſit. — Iungermannianum exemplum typis recudi fecit V. D. qui *Aem. Porti* ſuſpiciones varias inculcauit orationi, et Vallae lat. verſionem correxit, Geneuae, Oliua P. Stephani, 1618. f. — Iungerman. edit. repetiit quoque *Thom. Gale*, Londin. 1679. fol. **) ſed inſignibus locupletauit ornamentis; adiecit enim notas et caſtigationes, vſus MSto cod. Archiepiſcopi Cantuar et variis lectionibus ex alio Herodoti codice MSto, tum Chronologiam Herodoteam, et gloſſarium ex MSto duplo auctius. — Nouam recenſionem textus

*) Latinae verſioni, ſeparatim editae, additur *Apologia H. Stephani pro Herodoto.*

**) In bibl. Ducali Vinar. eſt exemplar cum notis Schurzfleiſchii msſtis.

textus inſtituit *Iac. Gronouius* ad lectionem cod. MSti Medicei, (quem, licet haud optimae eſſet notae, ridicule et immodice laudauit,) ſuisque doctis animaduerſionibus inſtruxit, atque excerpta ex multis ſubiunxit auctoribus priſcis, Lugd. 1715. fol. Addidit interpretat. lat. Laur. Vallae. Multa bene reſtituit aut explicuit: plura tamen promiſit, quam praeſtitit. v. *Bergleri* cenſuras et animaduerſiones in hanc Gronouii edit. in Actis Lipſienſ. 1716. menſ. Aug. et Septembr. *Wolfii* iudicium in Theſauro Epiſt. la Croziano, Tom. II. pag. 97. inprimis librum doctum vtilemque. *Petri Horrei* obſeruationes criticae in ſcriptores quosdam graecos hiſtoricos, *Herodotum praecipue*, Thucydidem item, vt et Xenophontem et Arrianum. Leowardiae et Harlingae 1737. 8. — Gronouii tamen edit. defectis notis repetita eſt Glasguae 1761. 8. 9. voll. — Gronouii diligentiam et acumen longe vicit *Petri Weſſelingii* criſis, in editione tum locupletiſſima tum praeſtantiſſima: *Herodoti hiſtoriarum* libri IX. Muſarum nominibus inſcripti. Gr. et lat. ex Laur. Vallae interpretatione, cum adnotationibus *Thomae Galei* et *Iac. Gronouii*. Editionem curauit, et ſuas itemque *Lud. Caſp. Valkenarii* notas adiecit *Petrus Weſſelingius*. Accedunt praeter vitam Homeri varia ex priſcis ſcriptoribus de Perſis, Aegyptiis, Nilo, Indisque Excerpta et praeſertim ex Cteſia, Amſtel. 1763. fol. — Multa tamen in edit. Weſſelingii carpit *Reitzius*, Profeſſor quondam Lipſienſis, qui ex adparatu Weſſelingiano et de coniectura aliena non minus, quam ſua nouam Herodoti recenſionem facere inſtituit; ſed quatuor tantum libros priores ſiue partem I. vol. I. edidit.

edidit. Totius, qualis esse debuit, editionis ratio cognoscitur ex inscriptione: Ἡροδότου — *Herodoti Halic. historiarum libri IX.* Musarum nominibus inscripti. Textus Wesselingianus passim refictus, argumentorum et temporum notatio tabulaeque chronologicae et geographicae additae. Accedunt volumine altero noua interpretatio latina et index rerum: volumine tertio animaduersiones et lexicon herodoteum. Opera *Frider. Volfgangi Reitzii.* Lipsiae 1778. 8. gr. Docta est praefatio. Sed dolendum est, inter schedas b. Reitzii repertas tantum fuisse animadversiones quasdam, historicas et chronologicas maxime, atque Porti Lexicon insigniter auctum. Continuatio tamen nuper promissa est. — *Herodoti Halic.* et *Ctesiae Cnidii*, quae exstant, opera et fragmenta, graece, ex recensione Petri Wesselingii. Curauit *A. C. Borheck* Lemgou. 1781. mai. 8. Partem tamen Reitzianae recensionis retinuit Borheck. — *Fr. Andr. Stroth* in Aegyptiacis seu veterum scriptorum de rebus Aegypti commentariis et fragmentis, part. I. Gothae 1782. 8. Dedit Herodoti lib. II. cum parte libri III. et reliquorum librorum fragmentis.

5. Princeps est historicorum; suauiter et fuse narrat, simplici et antiquissima scribendi ratione vsus. Fides quidem illius historica omni tempore haud paucis fuit suspecta; at, etiamsi non omnia loca iustam plenamque admitterent defensionem; tamen excusari et multis locis vindicari potest bonus historicus. Multas insuper fabulas, quas a sacerdotibus in primis accepit, nimis credulus repetit; verum haud paucis locis inter se comparatis, intelligetur, Herodotum non omnibus commentis fidem tribuisse, multaque simpliciter commemo-

memoraſſe fabuloſa metu Graeciae ſuperſtitioſae impulſum: multis locis famam eſſe et φασὶ, λέγουσι ait: multa vero, quae olim inepta falſaque habita fuiſſent, a ſcriptoribus noſtrae aut ſuperioris aetatis eſſe confirmata. Adde Quinct. I. O. X. 1, 73. IX. 4, 16. ſqq.

6. Commentationes quorumdam hominum doctiſſimorum, quae in commentariis Academiae Paris. Inſcript. et eleg. litterarum paſſim reperiuntur, et a Saxio pag. 538. ſqq. vberius indicatae ſunt, hic non repetam; quibus addantur de la Nauze; de Guignes et d' Anville comment. de geographia Herodotea, praeſertim ratione Maſſagetarum, vol. 29. 35. 36. et 37. *I. F. Henniks* com. de geographia Africae Herodotea. Gottingae 1788. 4. *Schlichthorſt* de eodem argumento, ibid. eodemque anno. Paucos tantum libellos, qui ad intelligendum aut explicandum Herodotum faciant, commemorabo. In *Gattereri* bibliotheca hiſtorica varia reperiuntur: Tom. I. pag. 46. — 126. de conſilio et via hiſtorici agit, et argumenta ſingulorum librorum fuſe exponit *Gatterer* V. C. (Degorei Whear, in relectionibus hiemalibus, Guentzii et Dauidis Chytraei ſimilia inſtituta iam laudauit *Fabric.* B. Gr. loc. mem. §. 2. not. K. p. 330.) Tom. II. pag. 25. idem comparat Herodotum et Iuſtinum. Tom. III. pag 38. ſqq. eſt *Iacob. Moor*, Verſuch veber die hiſtoriſche Compoſition aus dem Engliſchen veberſetzt von *Ierem. Nicol. Eyring*, vbi Moor p. 63. ſqq. de ratione, quam Herodotus in compoſitione partium ſectatus fuerit, et ab Homero, cuius fuit imitator, didicit, de iudicii acumine in deligendis et ordinandis rebus, disputat, et ſecundum Dionyſium Halicarn.

cum Thucydide comparat. Tom. X. pag. 26 — 136. est *Geinotzii* Defensio Herodoti contra Plutarchi accusationes et criminationes, e francico in theotiscum translata. — *Dionysius Halicarn.* in epistola ad Pompeium et in notatione Thucydidis artem Herodoti historicam valde celebrat, eumque praefert Thucydidi reliquisque historicis. *I. M. Gesneri* et *Io. Frider. Gruneri* disp. Herodotus ab interpretibus non satis caute tractatus, Gotting. 1755. 4. — De fide et stilo Herodoti multa disputat *Christoph. Meiners* im Versuch veber die Religionsgeschichte der ältesten Völker, besonders der Aegyptier, Gottingae 1775. cap. V. — *Iac. de Rhoer* in Feriis Dauentriens. Libr. II. cap. 1. pag. 137. sqq. agit de Herodoti et Ctesiae dissidio in rebus Assyriorum. — Permulta Herodoti loca critice tractat *Frid. Lud. Abresch.* passim in Dilucidationibus Thucidydeis, Campis 1755. 8. *Io. Eustachius Goldhagen* Herodotum theotisce vertit, Lemgou. 1756. 8. Hanc interpretationem sub examen vocauit, idemque de dicendi genere, naturali pulcritudine et suauitate historici nostri egregie disseruit *Io. Dauid Heilmann*, (quum scholam Osnabrugensem adhuc moderaretur,) in prolusione; *Prüfung einer neulich herausgekommenen Veberſetzung des Herodotus mit einigen Gedanken vom Veberſetzen.* Osnabrug. 1757. 4. — *Larcher* vertit gallice Herodotum addiditque notas criticas atque historicas, et indices, tum canonem chronologicum et doctam chronologiam Herodoteam, Paris. 1786. VII. voll. mai. 8. — cl. *Io. Frid. Degen* germanice vertit, adiecit notas, et ex Larcheriano opere vertit canonem chronologicum, chronologiam Herodoteam indicemque geographicum, Francof. ad Moenum 1783 —

 1791.

1791. VI. voll. 8. — *Aem. Porti* Dictionarium Ionicum graeco-latinum, quod indicem in omnes Herodoti libros continet etc. Francof. 1603. 8. Alia praeterea opuſcula, quae huc pertineant, ab Fabricio, et a me ad illum pag. 328. ſq. et p. 345. ſq. ab Hambergero et Saxio laudata, lubens praetermitto.

§. 41.

EMPEDOCLES.

1. Viguit LXXXIV. Olymp. ante Ch. N. 442. V. C. 310. Plura protuli ad Fabric. B. Gr. Vol. I. p. 806. ſq.

2. Agrigentinus, Pythagorae ſectae, nec tamen omnino temereque addictus, poeta et philoſophus egregius.

3. Varia ſcripſiſſe dicitur: quorum pauca fragmenta e libris *περὶ Φύσεως*, ſeruata ſunt: haec inueniuntur collecta in H. Stephani poeſi philoſophica, ſed multo plura iam collegerat Ioſ. Scaliger, quae in Aduerſariis eius adhuc inedita latent, ſed in lucem prolaturus eſt inſigniter vndecunque congeſta auctaque *R. M. van Goens*, atque ſpem *Syntagmatis Empedoclei* fecit in Animaduerſionibus ad Porphyrium pag. 96. In praeſenti cl. *Sturz* verſatur in colligendis atque explicandis Empedoclis fragmentis. Empedocli etiam vulgo tribuitur *ſphaera*, poema Aſtronomicum haud inelegans verſibus iambicis CLXVIII. conſtans, id primus edidit Feder. Morell. Par. 1584. 4. — tum graece et cum interpretatione et notis Q. Septimii Florentis Chriſtiani *I. A. Fabricius* in B.

G.

G. Libr. II. Cap. XII. qui-a §. VIII. vol. I. p. 805. ſqq. de noſtro fuſius disputat: — repetit. et Ben. Hederici notis auctum, Dresdae 1711. 4. De doctrina Empedoclis v. *Irhou.* cap. 3. p. 233. eiusque aduerſarium *Gottlieb Wernsdorf*, p. 37. in libris ſupra §. 20. commemoratis. Ego vero ad Fabr. l. m. plura adnotaui pluresque laudaui viros doctos, qui de Empedocle egerunt.

4. Vide etiam *Brukeri* Hiſtor. crit. philoſ. Tom. I. p. 1106. ſqq. et Append. 309. ſqq. Empedoclem a crimine Magiae in IV. proluſion. defendere ſtudui.

§. 42.

SOPHOCLES.

1. Secundum Fabricium natus eſt Olymp, LXXI. 1. (an. 2. ex mente Hambergeri ante C. N. 490.) anno poſt Aeſchylum XXXI, ante Euripidem XV. cum quorum vtroque deinceps tragoediis certauit: *Larchero* in Chronol. Herodotea pag. 574. rationes ſubducente, natus eſt *Soph.* ſecundum Epocham 57. marmoris Arundeliani, a. periodi Iul. 4216. ante C. N. 498. Olymp. 70. 3. v. c. 256. deceſſit nonaginta annos natus Olymp. XCIII. 3. Archonte Callia, eodem, quo obiit Euripides, ſed qui ſeptuageſimum vix attigiſſet annum, Sophocle prior defunctus. Secundum *Saxium* Onom. I. p. 41. vixit ab Olymp. LXX. 3. — XCIII. 3.

2. Athenienſis, poeta tragicus. Ingenii ſui excellentis, quod formae corporis pulcerrimae maiorem ſplendorem, atque reuerentiam decusque conciliauit, documenta dedit mature. Vix

 enim

enim ſedecim annos natus, poſt victoriam Salaminiam epinicium paeana praeluſit cithara deſaltauitque Athenienſibus. Viceſimo fere et quinto aetatis anno primum publicauit tragoediam, et Aeſchylum vicit in tragico certamine: duodeuiginti aut viginti quatuor in poetica concertatione victor diſceſſit. Formam theatri graeci melius et elegantius conſtituit, picturis ornauit, tertiam perſonam induxit loquentem et chorum auctum fabulae actioni immiſcuit. Tantus vero in illo fuit poeſeos amor, tanta ingenii felicitas atque vbertas, vt iam grandaeuus tragoedias ſcribere non deſiſteret: nam nonagenarius edidit tragoediam, Antigone inſcriptam. Rem autem familiarem neglexiſſe videtur; hinc a filiis pecuniae effuſionis atque inſaniae accuſatus, ſed a iudicibus, quibus tragoediam, modo conſcriptam, praelegit, abſolutus eſt. Mores tamen non adeo caſte fuiſſe dicuntur. Neque vero ciuitatis ſaluti curaeque defuit. Nam annos LXV. natus, vndecimo ante bellum Peloponneſiacum, Ol. 84, ¾. cum Pericle dux miſſus eſt ab Athenienſibus aduerſus Anaeum, Samiorum ciuitatem.

3. Ex Sophoclis tragoediis, quarum catalogum dedit Fabricius, ſeptem ab interitu ſeruatae ad noſtram peruenerunt aetatem. Argumentum illarum artemque ſcite periteque declarauit cl. *Clodius* in Verſuch der Sitten etc. Part. I. pag. 72. ſeqq. Adde *Brumoy* Theatre des Grecs Tom. II.

4. Veteres quidam critici ſcholia in poetam noſtrum concinnarunt: quae aliquot editionibus addita ſunt. Princeps eaque praeſtans raraque editio, et quae baſis erat reliquarum vſque ad Turnebum, eſt *Aldina*, quam quum ipſe poſſideam,

melio-

meliorem illius notitiam in praesenti dare possum, quam, vbi ad *Fabricii* B. G. II. pag. 218, exemplo tum destituto, aliorum indicium atque auctoritatem sequendum erat, praebere mihi licuit. Σοφοκλεους — *Sophoclis tragoediae septem cum commentariis.* Τὰ τῶν τραγῳδιῶν ὀνόματα. *Tragoediarum nomina*, *αἴας μαστιγοφόρος Aiax flagellifer* etc. — In calce: *Venetiis in Aldi Romani Academia mense Augusto.* M. DII. (1502, 8.) gr. Sed *commentarii* in fronte promissi absunt. Atque ipse Aldus in auersa parte primi folii in epistola ad Io. Lascarem disertis verbis declarat, scholia nondum esse typis excusa: „Τὰ *δὲ εἰς αὐτὰς* (tragoedias) *εὑρισκόμενα σχόλια ἔπω μὲν ἐτυπώθη, τυπωθήσεται δὲ θεῦ σώζοντος ὅσον ἐκ ἤδη. πρὸς δὲ καὶ ὅσα ἐς ἀνάπτυξιν μέτρων ἥκει.* Atque vtinam id ante habuissem, quam ipsae tragoediae excusae forent. Nam, etsi res est quam laboriosiss. tamen singulos quosque versus in choris praesertim, si perperam digesti sunt, curassem in suum locum restituendos. Quod quia non licuit, id si quisque curato, si placuerit.“ Illam epistolam excipiunt Simonidis, Erycii et Dioscoridis epigrammata in Sophoclem: Tum sequitur *ὑποθεσις* Αἴαντος *μαστιγοφορου* cum tragoedia, et sic porro. — Commentarii graeci, Σχόλια παλαιὰ etc. primum seorsim praelo exierunt Romae 1518. 4. — *Soph. Tragoediae VII. cum interpretationibus vetustis et valde vtilibus*, gr. (curante *Antonio Francino*, qui textum quoque castigauit,) Florent. per heredes Phil. Iuntae. 1522. 4. — ib. gr. apud Bern. Iunctam 1547. 4. — Ex aldina ducta est editio admodum rara, *Sophoclis tragg. septem* etc. Paris. apud Sim. Colinaeum, 1528. 8. — *Commentarii*

interpretationum argumenti Thebaidos fabularum Sophoclis auctore Ioach. Camerario, Quaestore, Hagenoae ex offic. secer. a. MDXXXIV. III. id. Mart. Est separatus titulus sequentis editionis: *Soph. tragg. gr.* cum commentariis interpretationum argumenti Thebaidos fabularum Sophoclis authore *Ioach. Camerario*, *Quaestore*, *iam recens natis atque aeditis*, Hagenoae. 1534. 8. III. Idus Martii, ex officina seceriana. Camerarius, quod in hac edit. tantum Oedip. tyr. Oedip. col. et Antigonem notis illustrarat; postea adiecit animaduersiones in Aiacem, Electr. Trach. et Philocteten, atque curauit alteram editionem, inscriptam: *Commentatio explicationum omnium tragoed. Sophoclis*, cum *exemplo duplici conuersionis Ioach. Camerarii*, Pabepergensis. — Basil. per Io. Oporin. 1556. 8. — Ex ed. Florentina fluxit, ita tamen, vt vir doctus, qui praefuit operis, quaedam emendaret, ed. *Brubachiana*, graece cum interpretationibus vetustis. Francof. ex offic. Petri Brubachii, 1544. — ibidem, graece, in fronte αφμθ h. e. 1549. in calce vero excudeb. Petr. Brubach mense Martio 1550. 8. — tum ibidem 1540. 1555. sine scholiis, et 1558. 8. — 1567. 8. graece. — Memorandae quoque h. l. sunt versiones tres latinae: *Sophocl.* Trag. omnes, nunc primum latinae ad verbum factae ac scholiis quibusdam illustratae, *Io. Baptista* interprete, Venetiis 1543. 8. — *Interpretatio tragoediarum Sophoclis ad vtilitatem iuuentutis — edita a Vito Vinshemio. Tragoediarum nomina*, *Aias Flagil.* — *Philoctet.* Francof. excudebat Petr. Brubachius m. Martio 1549. 8. — et: *Sophoclis tragoediae septem, latino carmine redditae et annotationibus illustra-*

illustratae per Thomam Naogeorgum Straubingensem. Quarum nomina versa pagina reperies. Collectae sunt etiam γνῶμαι dictaque prouerbialia ex hisce Tragoediis, per eundem, adque finem operis adiectae graece et latine. Basileae per Ioan. Oporinum. s. a. 8. Epistola nuncupatoria scripta est Stuttgardiae, 21. Martii 1558. In hac Naog. scripsit, se tribus ante annis Sophoclis Aiacem ac Philoctetam in latinum carminibus conuertisse, in hoc opere illas multis in locis correxisse, et addidisse reliquorum quinque versionem; idem mirifice laudat Sophoclem eumque praefert Euripidi. — Septem *Soph.* trag. latino quoque carmine reddidit *Georg. Ratallerus* Antwerp. 1570. 8. et saepius. — Noua contextus gr. recensio exorta est, satis famosa, e codice Soph. a Demetrio Triclinio recensito ducta: *Sophoclis Tragoediae, gr. cum graecis Demetrii Triclinii scholiis,* apud Adrian. Turnebum, typis regiis. Paris. 1553. 4. ad calcem: excudebatur IX. Cal. Ian. M. D. LII. Illa editio atque interpretatio quamquam tantam nacta est auctoritatem, vt editores vsque ad *Brunckium*, qui de ea intelligenter grauiterque iudicat, parumper ab ea discederent, tamen, propter prauas lectiones passim intrusas et propter nimiam in immutandis praecipue canticis audaciam, neutiquam digna fuit, quae sincero contextui Aldino praeferretur. Scholia graeca, quae Demetrium Triclinium, Planude iuniorem, agnoscunt auctorem, et e codice Aemari Ranconeti a Turnebo descripta, ad calcem huius editionis leguntur, plane diuersa sunt a prioribus editionibus, primam romanam sequutis. — Turnebum s. lectiones cod. Ranconeti vt plurimum quidem sequitur, neque tamen omnino

probat, *H. Stephanus* in emendata raraque editione: Σοφ. — *Sophoclis tragoediae septem vna cum omnibus scholiis* (et romanis et Demetrii Triclinii, sed emendatioribus, iisque distinctis, textuique subiunctis,) *et cum latinis Ioach. Camerarii* (ad calcem voluminis.) *Annotationes Henr. Stephani in Sophoclem et Euripidem, seorsum excusae, simul prodeunt.* Anno 1568. 4. gr. Stephani adnotationes, in titulo promissae, desunt in quibusdam exemplaribus, quoniam separatim quoque prodierunt inscriptae: *H. Stephani adnotationes in Sophoclem et Euripidem, quibus variae lectiones examinantur, et pro mendosis emendatae substituuntur. Eiusdem tractatus de orthographia quorumdam vocabulorum, Sophocli cum ceteris tragicis communium. Eiusdem diss. de Sophoclea imitatione Homeri, aqud H. Stephanum* 1568. 8. — Repetita est H. Stephani editio, sed minus nitide et adcurate cum omnibus graecis scholiis, latina Viti Vinsemii interpretatione et notis Ioach. Camerarii et H. Stephani. Geneu. excud. *Paul. Stephanus* 1603. 4. — Rarioribus libris non minus quam emendatis etque eximiis Sophoclis editionibus criticis adnumeranda est Canteriana, quae in fronte non mentitur, nec fallit lectores: *Sophoclis trag. VII. gr. in quibus praeter multa menda sublata, carminum omnium ratio hactenus obscurior, nunc apertior proditur: opera Guil. Canteri* Antwerp. ex offic. Christoph. Plantini 1579. 12. — Eaedem gr. cum versione *Viti Winsemii* et *notis Canteri.* Heidelbergae ex offic. Commel. 1597. 8. Canteri notae absunt a meo aliisque exemplis. — *Soph. trag.* gr. et. lat. vna cum omnibus scholiis graecis, Cantabr. 1665 — 1668. tum 1669. tertium

tium 1673. 8. nisi tituli folium tantum mutatum fuerit. v. Menkenii Catal. I. pag. 159. et Pinelli Catal. — *Iohnson* edd. sunt varii generis. Prima illius est: *Soph. Aiax et Electra, noua versione donatae, scholiisque veteribus tam antehac, quam nunc primum editis, illustratae, Accedunt notae perpetuae et variae lectiones Opera Thom. Iohnson,* Oxon. e theatro Sheldon. 1705. mai. 8. (v. Catal. Bünau I. pag. 86. Quare alii videant, num adcurate scriptum sit in catal. minore bibl. Bolongaro-Creuennae, vol. III. Amsterd. 1789. 8. pag. 97. editas esse *Sophocl. trag. VII. opera Thom. Iohnson,* Oxon. et Londini 1705. 1708. 1746. IV. voll. in 8. Curatius scriptum videtur in eiusdem Creuennae catal. maiore, tom. III. 1776. in 4. p. 132. — — *opera Th. Iohnson, gr. et lat. vol. I. et II. Oxon.* e theatro Sheld. 1705. 1708. vol. III. et IV. *Londini apud G. Innys, R. Manby.* 1746. IV. voll. in 8. Et tamen iterum citantur in minore illius catal. n. 3550. et in Cat. Bünau *Soph. trag.* VII. gr. et lat. cum scholiis gr. et variis lection. Opera *Thom. Iohnson, Londini apud G. Innys* etc. 1746. III. voll. in 8. Haec editio eadem esse videtur, quam auctores Ephem. Litterar. Lipsiens a. 1749. n. VIII. pag. 65. et 66. memorant, — *Sophocl. trag. VII. tribus voluminibus comprehensae, noua versione donatae — — notisque perpetuis et variis lectionibus illustratae opera Th. Iohnson A. M.* London m. 8. (annus a censore non additus est.) Censor adnotat, tragoed. Aiacem et Electram, quae in primo huius editionis tomo exstant, primum a. 1705. iterum vero 1737. cura *Patrikii* prodiisse et tertiam illam editionem non esse nouam, sed recentem tantum, mu-

tata

tata anni nota, titulum accessisse, praefationem vero et indicem deesse. Altera pars primae editionis Iohnsonianae est inscripta: *Sophoclis Antigone et Trachiniae, noua versione donatae scholiisque vett. illustratae. Accedunt notae perpetuae et V. L. opera Thomae Iohnson.* Oxon. e theatro Sheldon. 1708. mai. 8. — Quatenus ab his differunt editiones sequentes, in Catal. Reveczkii, aut Creuennae aliisue laudatae, equidem dicere nequeo. *Sophoclis trag. VII.* cum versione latina et selectis quibusdam V. L. Londini, ex officina Iacobi Tonson et Io. Watts. 1722. II. voll. in. 8. — *Soph. trag.* VII. gr. cum scholiis graecis, versione et notis *Th. Iohnsoni.* Accedunt variae lectiones et emendationes virorum doct. Londini. impensis Ios. Pote etc. 1758. II. voll. in 8. — — *Soph.* gr. Glasguae 1745. 4. et ibid. eodemque anno (1745.) cum versione lat. V. L. et notis *Th. Iohnson* in quatuor tragoedias. exc. Robert. Foulis. II. voll. in 8. — *Soph.* gr. lat. *Iohnson* cum scholiis vett. Etonae 1775. II. voll. 8. — cum variis lectionibus selectis, gr. lat. 1747. II. tom. 12. Ex his suppleri possunt, quae scripsi ad Fabricii B. Gr. — *Soph. Trag. VII. cum interpretatione lat. et scholiis veteribus ac nouis. Editionem curauit Ioan. Capperonier. — Eo defuncto edidit notas, praefationem et indicem adiecit Io. Franciscus Vauvilliers,* regius lector et gr. linguae Professor. Paris 1781. 4. II. voll. Capperon. reddidit textum et scholia ex Iohnsoniano exemplo, ac parum praestitit. Maiorem diligentiam et subtiliorem eruditionem ostendit Vauvill. sed tamen culpatus est a censoribus, praecipue *Brunckio*, V. C. qui saepius atque egregie versatus est in Sopho-

cleis

cleis tragoediis emendandis ac restituendis. Primum ediderat *Sophoclis Electram* cum Euripidis Andromache gr. cum notis. Argentor. 1779. 8. – *Sophoclis Antigonem* cum Aeschyli tragoediis Prometheo, Persis et septem ad Thebas, atque cum Euripidis Medea, ex optimis exemplaribus emendatis, gr. cum notis criticis, Argentor. 1779. 8. et *Oedipum tyrannum* cum Euripidis Oreste, ib. eod. anno. Postea *Soph. septem tragoedias* ter ad optimorum exemplarium fidem recensuit, versione et notis illustrauit, et deperditarum fragmenta collegit, Turnebi recensione relicta, Aldinam lectionem reuocauit et crebro e codd. aut ingenii felicitate emendauit verba, scholia denique distinxit, primum in splendida editione, Argentorati III. part. 1786. 4. tum, scholiis post contextum positis, in octonis, 1788. III. tom. aut cum indice, qui postea separato volumine accessit, IV. tom. denique ex noua recognitione, gr. et lat. cum scholiis veteribus (omissis scholiis Triclinii et recentioribus,) splendida forma, Argent. III. tom. 1789. mai 8. cuius vltimae editionis tantum 250. exemplaria suis sumtibus fecit typis exscribi. — *Soph. trag.* VII. correctore Harwoodio, et Morellio indicem amplissimum conficiente Londin. 1786. 4. Sed calcei lectiones variae e Brunck. edit. demum adiectae sunt 1788. — Nouissima ed. est, *Sophoclis tragoediae in vsum scholarum ad exemplar Brunckianum diligentissime expressae.* Halae Sax. 1790. 8. gr. sine versione et scholiis. Potiores a Brunckio factae mutationes in ima ora sunt indicatae, praemissus autem Barnesii tractatus de tragoedia vett. Graecorum. — Nouam editionem parat cel. *Beck.*

Separatim

Separatim editae sunt tragodiae quaedam: *Aiax flagellifer* siue *lorarius* cum obss. *Balthas. Stollbergii*, Witteb. 1668. 8. idem cum scholiis tam antiquis, quam nouis et translatione soluta ac (Scaligeri) reuincta — edidit. *Io. Gottfried Hoerius*, Witteb. 1746. 8. et (vt nouas acciperet emtores, mutato titulo) Lipsiae 1765. — *Elettra di Sofocle* gr. et lat. con l' espozione, Romae 1704. 4. — *Oedipus Rex* in Io. Burtoni Pentalogia s. graec. tragoediarum delectu - - ed. II. Oxon. 1779. II. 8. — gr. et lat. e, recens. Brunckii, perpetua adnotatione (eaque docta) illustrauit *c. Theoph. Kuinoel*, Lips. 1790. 8. *Oedipus tyrannus* e rec. et cum notis selectis Brunckii, suisque et indice curauit *Alb. Christian. Meinecke*, Gottingae 1790. — *Antigone*, e rec. Brunckii, cum eiusdem et Camerarii notis selectis curauit *A. C. M (einecke)*. Gottingae 1788. 8. — *Trachiniae* graece e rec. Brunkii, perpetua adnotatione illustrauit *I. G. C. Hoepfner*. Lipsiae 1791. 8. — *Philoctetes* cum glossis graecis et metaphrasi Q. Septimii Florentis Christiani, Paris. 1586. 8. cum notis eruditis *Frid. Gedike*, Berol. 1781. 8. — *Soph. Philoctetes*, Eurip. Hecuba, Medea, Iphigenia in Aulide, cum indice et mantissa V. L. cur. *Aug. Herm. Niemeyer*, Halae Magdeb. 1781. 8. — Libelli adhuc mentionem eo consilio hic faciam, ne quis titulo decipiatur: *Oeconomia Sophoclea* siue de re familiari eruditi viri — praeceptionum admonitionum quaedam ex Cornelio Nep. Attico et Xenophontis Oeconomico συγκυμίσματα a *Io. Iac. Beurero*, in acad. Friburg. Prof. Hanou. 1598. 8. Sunt enim praecepta, quomodo

vir

vir doctus facultates suas seruare et augere honeste possit.

5. Ingenio et, paene vt dicam, audacia par est Aeschylo; sed correctione curaque multo superior. Mores et decorum optime seruat: acutus philosophus in inuestigandis atque exprimendis animi sensis atque motibus: artifex summus in dialogo, orationis dignitate, agendis et signandis personis, totiusque fabulae constitutione. Ordine, diligentia, subtilitate curaque Aeschylum; Euripidem vero ingenio, sublimitate, et orationis maiestate vincit. Adde *Aristotel.* art. poet. cap. 4. pag. 8. edit. Heinsii *Xenophont.* M. S. I. 4. §. 3. et quae scripsi ad Fabr. vol. II. p. 195. not. *K.*

6. *Fabricius* B. G. Libr. II. cap. 17. vbi plures laudaui V. D. *Reiske* Animaduers. ad Sophoclem, Lips. 1753. 8. *Hauptmann.* progr. quo Sophoclem eiusque tragoedias raptim considerat 1741. *Schirach.* progr. super Oedipo Sophoclis, adiectis nonnullis de veterum tragoediis obss. Helmstad. 1769. 4. — Trag. Philoctetes et Aiax flagel. in linguam theotiscam versae sunt, Mitau. 1777. 8. — *Aiac. Flagel.* germanice vertit notasque adiecit *Aug. Christ. Borheck*, Gothae 1781. 8. — *Oed. regem* germ. vertit subiecitque eruditam commentationem *I. C. F. Manso.* Gothae 1785. 8. Sophoclis tragoedias germanice verterunt *Steinbrüchel* in Tragischem Theater der Griechen, tom. I. Tiguri, 1763. m. 8. et *Georg. Christoph. Tobler*, Basil. 1781. II. tomi. 8. Alias versiones multas commemoraui ad Fabr. B. Gr. II. pag. 226. sqq. — In Magazin für öffentl. Schulen etc. part. I. vol. II. Bremae 1791. 8. pag. 113 — 150. reperiuntur

ti.

n.I X. *Heathii* notae in Sophoclis Oedipum tyr. cum additamentis M. *Hoepfneri*, n. IX. *A. L. Vmmii* obſeruatt. in Soph. Oedip. tyr. ſpecimen, et n. X. ſpecimen metricae verſionis eiusdem tragoediae. — *M. Caſp. Iac. Beſenbeck* diſſ. de ingenio Sophoclis. Erlangae 1789. — Lectu digna eſt comm. *Henrici Blümneri* de Sophocle Oedipo Lipſiae 1788. 4. — Scholia breuiora in Soph. Philoct. a Gedikio V. Cl. edit. conſcripſit *Iac. Struue* Hannou. 1786. 8. — *Gotthold Ephraim Leſſings* Leben des Sophocles, (ſiue fragmentum vitae,) herausgegeben von Io. Ioachim Eſchenburg. Berolini 1790. 8. — De contextu et interpretatione Philoctetis trag. Sophocl. egit *Dupuy* in Memoir. de l' Academie des Inſcript. etc. Paris. tom. 31. nr. 16. *Iac. Fried. Heuſingeri* Specimen obſeruationum in Aiacem et Electram Sophoclis ex collatione cod. MSti (Ienens.) Ienae 1745. 4. cl. Villois. epiſt. de quibusdam Hippocratis, *Sophoclis* et Theocriti locis. Venet. 1781. 4.

§. 43.
EVRIPIDES.

1. Circiter A. O. C. 3563. Olymp. LXXXIV. 3. ante C. N. 440. V. C. 312. natus Olymp. LXXV. 1. a. c. n. 480. v. c. 283. denatus XCIII. al. 2. al. 3. aetatis 70. at ſecundum Barneſium §. XXX. vitae etc. ſeptuageſimo fere quinto aetatis v. ad Fabr. B. G. II. p. 235. ſq.

2. Mneſarchi et Clitus, Athenienſium, filius, natus Salamine, quo parentes, Xerxe Graeciam vaſtante, confugerant, et quoniam Athenienſes ad

ad insulam Salamina, et *Euripi* ostium victoriam reportarunt naualem, nomen *Euripidis* inde sortitus est. In arte athletica. (qua vero non adeo delectatus, pictoriae operam mox dedit,) patrem, in arte orandi Prodicum Chium, in philosophia denique Anaxagoram (conf. Diod Sicul. l. 7. pag. 11. ibique Wesseling) habuit magistros: Socrate quoque familiariter vsus est. Hinc quum anno aetatis duodeuicesimo ad tragoedias docendas animum adpelleret, factum est, vt non solum ab anno quadragesimo victoriam pluries adipisceretur, sed in tragoediis quoque et orator esset et philosophus egregius. Hinc Quinctilianus Euripidis lectionem futuris oratoribus in primis commendauit, et Euripides theatri philosophus, eiusque tragoedia cothurnata philosophia fuit dicta. Immo vero Socrates, Euripide nouis tragoediis certante, in theatrum tantummodo venit. In mulieres iniquum fuisse nostrum, haud pauci censuerunt: sed defendit eum Barnesius in vita §. 19. Aristophanem vero habuit obtrectatorem. A rege Macedoniae Archaelao et donis ornatus, et tandem inuitatus, patriam reliquit. At tertio anno post, quam in aula regis liberaliter et amice tractatus, versabatur, (aulicorum enim inuidiam haud diu effugit, sed mox grauiter sensit,) a Promeri cuiusdam canibus adeo laceratus est, vt breui post animam efflaret: cuius fatum cum Athenienses, qui ossa eius in patrio solo tumulanda, at frustra, repetierunt, tum in primis rex Archelaus vehementer luxit. Hic enim in vrbe sua metropoli, Pella, honestum funus poetae curauit, et in summo moerore id prosequutus est. Alii praeter ea ho-

nores a rege et Atheniensibus illi post mortem decreti sunt et habiti.

3. XIX tragoedias habemus integras, et vicesimae initium, de quibus vide Clodium et Brumoy superiore paragrapho iam laudatos. Perditarum catalogum dedit Fabricius B. Gr. Obiter tantum moneo, de *Cressis* apud Fabric. addi debere, quae ad Lycophron. v. 149. notantur, et conferendum esse Burm. ad Ouid. Trist. II. 391.

4. Princeps editio est: *Euripidis* Medea, Hippolytus, Alcestes, Andromache. Graece — vetus editio, litteris maiusculis, in 4. (Florentiae circa finem saec. XV.) — tragoediarum XVIII. apud Aldum 1503. 8. De vtraque v. Hamberger, — et ad Fabr. B. Gr. II. pag. 258. — *Scholia graeca* in septem Eur. tragoed. ex antiquis exemplaribus ab Arsenio collecta primum eaque separatim in lucem edita sunt Venet. in offic. Lucae Anton. Iuntae 1534. 8. — emendatiora Basil. per Io. Heruagium. 1544. 8. — Aldina edit. vitiose repetita est Basil. per Io. Heruag. 1537. 8. tum 1544. 8. in qua tamen Oporinus, qui illi curandae praeerat, inconsiderantius multa nouauit; rec. addita trag. *Electra* ex editione et cum praefatione Victorii atque argumento, gr. ibidem 1551. 8. (Victorius enim *Electram* primum e cod. edidit et recensuit, Romae 1545. 8. et cum versione lat. ib. 1546. 8.) — Expurgauit textum, primusque versus in choricis, suis illigauit modulis *Canterus*, aut ingenio suo, aut codd. H. Stephani obsequutus, nouamque editionum classem duxit. Antwerp. 1571. ex officina Plantin. 12. — repetita cum versione Heidelb. 1597. 8. — Additum est fragmentum siue initium

tium tragoediae vicesimae siue *Danaes* ex bibliotheca Palat. in fine quoque sunt notae Canteri, breues quidem et criticae; at acutae. *Aemilii Porti* notae, quas memorarat Fabricius cum aliis, separatim typis sunt mandatae, Heidelbergae 1599. 8. — Ex officina Oporini antea cum notis, *Casparis Stiblini*, (qui singula dramata in actus distinxit,) et *Io. Brodaei* (in tragoedias XI. nondum editis,) 1562. fol. prodierunt XIX. tragoediae. — In editione ex offic. Io. Secerii et P. Brubachii, Francof. 8. sine a. nota, (forsan 1558.,) is, qui praefuit operis interdum lectiones in textum admisit egregias, siue ex ingenio, siue e libro ductas. Tragoediae, graece, cum scholiis (memoratis) versione Canteri, eiusdemque et Brodaei, Stiblini, atque Aem. Porti adnotationibus, typis Paulli Stephani 1602. 4. — Quae exstant omnia, item fragmenta et quinque, quae tribuuntur Euripidi, epistolae, cum scholiis, (auctis et correctioribus,) suis aliorumque selectis obseruationibus, multisque aliis adcessionibus edidit *Ios. Barnes*, Cantabr. 1694. fol. Rara quidem est editio et locupletissima, quae tamen minime satisfecit criticorum voluntati; acre acutumque iudicium de illa tulit Valken. pag. VIII. praefat. suae ad Phoenissas. — Graece et cum interpretatione italica, notisque partim italicis, partim latinis etc. opera *P. Carmeli* Patau. 1731 — 1753. XX. voll. mai. 8. de qua edit. vide Reiskii iudicium in Actis eruditor. 1748. pag. 534. sqq. et eius responsionem, Carmelo suam operam in peculiari libello, Patau. 1750. 8. defendente, in Act. erudit. 1751. pag. 614. — Splendidam editionem, nouam *tragg. Eur.* recensionem ad fidem vett. editionum codi-

cuiusque msstorum curauit, fragmenta tragg. deperditarum collegit varias lectt. notasque perpetuas subiecit, interpretationem lat. reformauit et scholia gr in VII priores tragg. ex optimis et locupletissimis edd. adiecit *Samuel Musgraue* Oxon. 1778. IV. voll. 4. mai. — Barnesianam editionem atque collectionem, sed accessionibus egregiis factis, recudendam curauit cel. *Beck* Lipsiae, *tom.* I. in quo ea tantum, quae in Barnesiana exhibentur editione, reddita sunt, 1778. 4. *tom.* II. qui reliquas ex Barnesia editione continet tragoedias, cum collectione fragmentorum, a Musgrauio instituta, et indicibus in scholia atque adnotationes 1779. 4. — *tom.* III. qui continet historiam codd. atque editionum, Musgrauii notas, commentationes atque animaduersiones V. V. D. D. a Beckio collectas aliaque, quae debemus diligentiae cel. editoris 1788. 4.

Separatim nonnullae tragoediae cura et diligentia doctissimorum hominum expolitae lucem viderunt. In primis *Phoenissae*, (priceps tragoediarum,) exercuerunt criticorum ingenium. Primum meliorem ac diligentiorem nactae sunt interpretem, *Hug. Grotium*, qui illas ex MSS. emendatas edidit, Paris. 1630. 8. Amstel. 1631. 8. — Hunc in primis sequutus est *Guil. Piersius*, qui Medeam et Phoenissas nitide vulgauit, Cantabr. 1703. 8. codice praeter ea vsus. — Curatior tamen est editio, *Euripidis Hecuba*, *Orestes et Phoenissae.* Collatis decem MSStis textum et scholia emendauit. Scholiis ineditis, versione elegantiore, notis perpetuis et dissertatiunculis de metro tragico auxit et illustrauit *Io. King*, Cantabr. 1726. 8. in carminum ratione praesertim

versa-

versata est eius diligentia. — Repetita est illa editio cura *Thomae Morell*, qui adiecit *Alcestin* notasque perpetuas, Londin. 1748. 8. II. Voll. — *Phoenissas* secundum Barnesii recensionem typis excudi fecit *Car. Henric. Langius*, Lubec. 1733. 8. — Optima est *Phoenissarum* editio, quam acumini ac eruditioni *Ludou. Caspari Valckenaer* debemus, qui interpretationem addidit H. Grotii, graeca castigauit e MStis, atque adnotationibus omnino eruditis et copiosis instruxit, scholia denique, partim nunc primum euulgata, subiecit, Franeckerae 1755. 4. Basis est ed. Kingii, sed emendata, ita vt pristinas interdum reuocaret, aut e codd. veras restitueret lectiones, aut suas coniecturas induceret. Viginti quoque versus e Phoenissis tamquam adulterinos reiecit. — *Phoenissae* cum scholiis graecis e recensione Valkenari, edidit, varietatem lectionis indicemque verborum copiosissimum adiecit *Christian. Gottfr. Schütz* (Professor nunc in Vniuersitate Ienensi,) Halae 1772. 8. in indice cl. Schütz non solum de potestate vsuque vocabulorum, sed etiam de lectionis varietate et veritate intelligenter docteque disputat: additae sunt Reiskii et Mori coniecturae. De editionibus Brunkii v. paullo ante ad Sophoclem.

Hecubam graece e rec. et cum notis Brunckii curauit *Ge. Henr. Martini*. Lipsiae 1781. 8. — *Hec.* selecta varietate lectionis et continua adnotatione illustrauit *Christ. Frid. Ammon*, Erlangae 1789. min. 4.

Orestem gr. cum varietate lectionis notisque eruditis edidit *I. F. Facius*. Coburgi 1778. 8.

Medea et Alcestis gr. et lat. cum metaphrasi Buchanani Edinburg. 1722. 12. 1726. 8. —

Medea cum ſcholiis gr. et lat. Londini 1734. 1754. 4.

Hippolytus gr. et latine, adiuncto *Senecae* Hippolyto ſine a. et l. nota 8. quam antiquam editionem exeunte ſaeculo XVI. curatam ideo memoro, quia lectiones bonas a recentioribus editoribus partim non animaduerſas, partim tamquam nouas inuentas deprehendi. — Ex MSS. bibliothecae regiae Pariſienſis emendatus, variis lectionibus, et notis editoris. Acceſſere *Ier. Marklandii* emendationes, Oxon. 1756. 4. — idem cum adnotationibus egregiis *Lud. Caſpar. Valken*, Lugd. Bat. 1768. 4. cuius praefat. conſules. Addita pars II. eſt inſignis et inſcripta: *L. C. Valken.* diatribe in Euripidis perditorum reliquias. — Ex rec. et cum notis Brunkii, cura *Martini* Lipſiae 1788. 8. — Drama *ſupplices mulieres*, ad codd. MSS. recenſitum — notis vberioribus illuſtratum. — Londin. 1763. 4. rec. ibid. 1775. 8. (per *Ier. Markland.*) Huic quoque debemus criticam editionem: *Iphigeniae in Aulide* et *Iphigeniae in Tauris*, Londin. 1771. 8. rec. vitioſe ib. 1783. 8 — *Alceſtis* cum ſcholiis graecis, verſione latina Buchanani, e recenſione et cum notis Ioſ. Barneſii — opera *I. Fr. Sal. Kaltwaſſeri*, Gothae 1776. 8. — gr. et lat. cum notis Barneſii, Musgrauii, Reiskii aliorumque, quibus et ſuas adiecit *Chriſtian Theoph. Kuinoel* Lipſiae 1789. 8. — *Euripidis Cyclops* (quod eſt drama ſatyricum,) graece. Recenſuit et perpetua adnotatione illuſtrauit *Io. Georg. Chriſti. Hoepfner.* Lipſiae 1789. 8. Editor clar. in notis res verbaque poetae doctiſſime vberrimeque explicuit et in praefatione praeter alia de poeſi ſatirica plene egit. conf.

quoque

quoque cl. *Hoepfneri* disſ. ſiue ſpecimen vberrimi commentarii in Cyclopem Euripidis. Lipſiae 1787. 4. — *Electra* eſt quoque in noua Chreſtomathia tragica graeco-latina, edita a *Io. Car. Volborth.* Gotting. 1776. 8.

5. Euripides vt in vita, ita in tragoediis ſeuerus et conſtans, patriaeque et virtutis ac philoſophiae ſtudioſus fuit. Plenus ſententiarum, atque cum in omnibus adfectibus ciendis mirus, tum in animis praecipue ad miſericordiam flectendis, ſummus artifex et facile praecipuus. Vbertatem et flumen orationis atque eloquentiam poetae noſtri iam veteres celebrarunt, vide Quinctil. I. O. Libr. X. 1. §. 67. et 68. Hoc autem praecipuum in noſtro fuit, quod primus prologos, in quibus praeſentis materiae argumentum exponeret, adcommodauit ſiue praemiſit tragoediis.

6. *Fabricii* B. G. Vol. I. Libr. II. cap. 18. vol. II. vbi p. 237. ſq. plura de ingenio, ſtilo aliisque rebus ad Euripidem pertinentibus, vberius disputaui. *Barneſii* vita Euripidis (in qua etiam de Aeſchylo et Sophocle aliisque rebus diſſeritur) editioni ſuae praefixa. *Samuel. Petit.* Obſſ. libr. 1. cap. 2. *Q. Septimii Florentis Chriſtiani* et *I. Scaligeri* notae ad Euripidae Cyclopa in *Caſauboni* libro de Satyrica Graecorum poeſi etc. a. Rambachio edito, Halae Saxon. 1774. 8. pag. LVII. ſqq. et pag. 285. ſqq. *I. Gottfr. Hauptmann.* de Euripide Gerae 1743. Biograph. claſſ. Vol. I. Samuel. *Battierii* Obſſ. in varias Euripidis tragoedias in Muſeo Heluetico, Tom. VI. pag. 22. pag. 201. ſqq. quas partim Valckenar. dedit. — *Sam. Frid. Nathan. Mori* elegans progr. de Euripidis Phoeniſſis, Lipſ. 1771. 4. primum oeconomiam tragoediae

perite atque eleganter expoſuit et illuſtrauit, dein ſpicilegium obſeruationum criticarum poſt Valckenaer. dedit. — *Dupuy* commentat. critica in Tragoed. Iphigen. in Tauris in Memoires de l' Acad. des I. et B. L. Vol. 31. nr. 17. — Miſcell. Obſſ. Belg. Vol. I. Tom. II. Vol. II. Tom. I. et III. et Vol. VI. Tom. III. — *Reiskii* Animadu. in Euripidam et Ariſtophanem, Lipſiae 1754. 8. — *Musgraue* Exercitt. in Euripidem Libri II. Lugd. B. 1762. 8. — Lettere del Sig. Abate Giouanni Chriſtofano *Amaduzzi* ſopra vn antico marm. contenente il Catalogo delle Tragedie d' Euripide e ſopra altra coſe antiche ſcritta al Sig. Abate D. Epifanio Brunelli di Rimino, Lucca 1767. — *Chriſtian. Daniel. Bekii* ſpecimen Obſſ. criticarum in Euripidis fabulam, quae inſcribitur *Hippolytus*, ſub diſceſſum e ſchola Thomana 1775. propoſitum, Lipſiae 1775. 4. in quo partim Pierſonii in Veriſimilibus et Valckenarii coniecturas ſub examen vocat, partim ipſe nouas, comprimis in ſcholia, profert. — Sagaces eruditaeque ſunt *Animaduerſiones in Euripidis tragoedias* — auctore *Friderico Iacobs*. Gothae et Amſtel. 1790. m. 8. — *Henr. Aug. Zeibich* disp. qua mos Graecorum infantes exponendi ex variis ſcriptoribus antiquis, maxime Euripidis Ione, illuſtratur. Wittebergae 1753. 4. — *Ion.* Illuſtrations of Euripides on the Ion and the Bacchae. By *Richard Paul Iodrell.* Esq. Londini 1781. II. tom. med. 8. — De tragoedia, *Rheſus*, in vtramque partem a viris doctis eſt disputatum: at ab *Hardione* in recitatione peculiari in Memoir. de Litterat. des Inſcr. tom. X. pag. 323. ſqq. a *Valckenario* in Diatriba Euripidea

dea cap. IX. et X. inprimis a cel. *Beckio* in exercitatione critica de Rheſo – (Lips. 1780.) 4. quae retractata repetitaque eſt in edit. Euripidis tom. III. pag. 444. ſqq. abunde acuteque demonſtratum eſt, drama illud neque a Sophocle, (quod putabat Ios. Scaliger,) neque ab Euripide ſcriptum eſſe. *Mart. Anton Delrio* in prolegg. in Senecae Trag pag. 22. id maluit Euripidi cognominis fratris filio tribuere: quae ſuſpicio haud abſurda videtur *Valcken.* in Diatr. Eurip. pag. 95. Elegans eruditaque eſt cl. D. *Henr. Blümneri* commentat. Veber die Medea von Euripides. Lipſiae 1790. 8. — Sed multo plures V. V. *doctorum* libros maiores minorisque molis de Euripide eiusque fabulis etc. nec non verſiones, quae multae ſunt, indicaui ad Fabricii l. mem. — Paucorum interpretationes hic tantum nominabo. adde: Vollſtändige Sammlung aller Veberſezzungen der Griechen vnd Römer vom 16ten Iahrhundert etc. Francof. et Lips. 1785. 8. pag. 49. ſqq. Germanice verterunt *Hecubam*, *Matheſius* cum notis etc. Lipſiae 1788. 8. atque cl. *Ammon* cum Andromache, et cum animaduerſionibus, Erlangae 1789. 8. — *Iphigeniam in Aulide*, D. *Io. Bernh. Koehler*, cum notis etiam criticis, Berolin. 1778. 8. — Omnes aut plures Eur. tragoedias in linguam *germanicam* transtulit *Io Iac. Steinbrüchel* in Dem. trag. Theater der Griechen, Euripides vol. I. Tiguri 1763. 8. in *gallicam* linguam *Preuoſt*, Paris. 1783. tom. III. 8 quae verſio inſerta eſt nouae editioni theatri Graecorum Brumoiano, Paris. 1785. ſqq. tom. IV — X. 1786. m. 8. – in *anglicam* linguam *Potter*, Londin. 1781. ſq. 8 II. voll. et *Mich. Wodhall*, ib. 1782. 8. IV. voll. — *Alceſte*, ein Trauer-

ſpiel des Euripides, aus dem Griechiſchen, nebſt einer Abhandlung von *Dauid Chriſtoph Seybold.* Lipſ. 1774. 8. — *Hecuba* — cum interpretatione et explicatione accurata, quae ad eorum tamen quoque captum attemperata eſt, qui rudimenta modo graecarum litterarum deguſtauerunt, — autore M. *Matheo Heuslero*, Iaurano, coll. Lipſ. Lipſiae 1554. 8. Textus eſt minutatim deſcriptus, et ſingulis fere verſibus interpretatio notaeque pueris ſcriptae ſunt ſtatim ſubiunctae. De epiſtolis vide Reflections upon ancient et modern Learning. by Wil. Wotton, with a Diſſertation upon the Epiſtels of Phalaris, Themiſtocles, Socrates, *Euripides*, and Aeſops fables by Rich. Bentlei, Lond 1697. 8. lat. vers. a *Lennepio* et edit. Phalar. epiſt. ſubiectam, pag. 80. ſqq. Addere liceat Comparationem chori Euripidei cum Senecae choro in vtriusque Hyppolyto inſtitutam a filio meo, *I. Chr. Frid. Harles* Erlang. 1791. 8. et *Car. Chriſti. Guil. Wuchereri* disp. me praeſide habitam, Erl. 1791. 8. de Hippolyto Euripidis.

§. 44.

EVPOLIS, circa Olymp. LXXXV, Cratini imitator, et *Phrynichus*, circa Olymp. LXXXVI. fuerunt veteris comoediae poetae: quorum fragmenta inuenies in Hertelii Biblioth. vet. comic. et Grotii Excerptis ex Trag. et Comoed. graecis, Paris. 1629. 4. Conf. *Fabric.* B. G. Libr. II. cap. 22. Tom. II. vbi plurium comicorum deperditorum notitia datur vberior.

§. 45.

ANTIPHON.

1. Natus eſt Olymp. LXXV. 1. vel 2. (v. *Corſini* F. A. vol. III. p. 166.) eodem tempore, quo Xerxes Graeciae intulit bellum. Capitis damnatus periit Olymp. XCII. 2. Praetore Theopompo ante Ch. N. 410. v. *Corſini* Faſt. att. III. p. 253.

2. Rhamnuſius, Athenis patre Sophilo ortus, a quo arte dicendi imbutus poſtea tam felici ſtudio eloquentiae excolendae ſe conſecrauit, vt artem rhetoricam vel inueniſſe, vel inuentam amplificaſſe diceretur, frequentiaque diſcipulorum, inter quos eminuit Thucydides, et, id quod primus feciſſe dicitur, orationibus forenſibus pro aliis conſcribundis celebraretur. Primus praeter ea artem rhetoricam conſcripſit: primus quoque fuit, qui ab iis, quibus orationes ſcripſiſſet, mercedem exigeret, quod ei auaritiae contraxit infamiam. Praeter iudiciales ac deliberatiuas orationes concinnauit idem *ſophiſticas*, ſiue tamquam locos communes, quibus vel ipſe, vel alii in ſimili re vterentur: cuiusmodi generis illae *vndecim orationes*, quae ſuperſunt, eſſe videntur. Neque tamen eloquentiae laude tantum floruit inter populares; ſed ad ſummos quoque, quos ciuis conſequi poterat, euectus eſt honores. In bello Peloponneſiaco et terra et mari praefuit copiis, victorias aliquoties reportauit, et, quum opibus abundaret, triremibus aliquot armis virisque inſtructis, ciuium auxit rem naualem. Antipho, an noſter? archon fuit Ol. 90. $\frac{2}{3}$. At, quamquam cautus eſſet, inſignis

ſignis tamen illa auctoritas ei fuit valde pernicioſa. Suae enim eloquentiae vi in primis effecit, vt, priſtina magiſtratuum ratione antiquata, ſumma omnium rerum poteſtas transferretur ad quadringentos viros. Cuius conſilii mox poenituit Athenienſes. Proditionis igitur adcuſato, quod exitio reipublicae legatus ad Lacedaemonios profectus eſſet, et e caſtris naui hoſtili abiiſſet, atrociſſima poena conſtituta eſt, ita vt, bonis publicatis, aedeque ſolo aequata, et ipſe et omnes ex eo nati infamia notarentur, neque is Athenis neque in terra Attica ſepeliretur. Diuerſus vero hic fuit ab *Antiphonte*, qui ſub triginta tyrannis periit, ab *Antiphonte*, aequali Demoſthenis, naualia Athen. incenſuro, (v. *Demoſth.* or. de Corona c. 42. p. meae ed. 313. ibique not.) et ab *Antiphonte* tragico aliisque.

3. *Vndecim* illae orationes ſiue potius declamationes, quae adhuc ſuperſtites a Ionſioque pro ſpuriis ineptisque perperam habitae ſunt, formulis typographicis ſunt exſcriptae gr. in Orationibus veterum oratorum ab Aldo, 1513. — ab Henr. Stephano 1575. fol. — gr. et lat. typis Wechelianis, Hannou. 1619. 8. — ſeparatim Regiomonte 1724. 8. — et a *Reiskio*, Vol. VII. oratorum graecorum, 8. pag. 603. ſqq. collectis atque editis. Reiskius praeter notas ſuas et curas poſteriores addidit *Petri van Spaan* diſſert. elegantem de Antiphonte, praeſide Ruhnkenio, Lugd. Batau. 1765. ventilatam, quae nobis admodum fructuoſa fuit, et *Hauptmanni* ſpecimen tum ſuarum tum Bayeri ac Gesneri obſeruationum ad Antiphontem.

4. Dicen-

4. Dicendi, quae in eo esset, facultas a veteribus magni facta est, ita vt ob suaue orationis flumen Nestor diceretur. Subtilis vero et acutus fuit in inueniendo, et ad mouendum atque persuadendum maxime idoneus artifex. Dionysius tamen Halicarn. de compositione verborum, idem in Isaeo atque Demosthene haud mite de illo tulit iudicium. Conf. *Cicero* in Bruto, cap. 12.

5. Adde *Fabric.* B. G. Vol. II. Libr. II. cap. 26. §. 2. sq.

§. 46.

PHILONIDES.

Aetas illius incidit in Olymp. LXXXVII. 1. ante Ch. N. 430. Fuit Atheniensis, prius fullo, dein comoediae veteris poeta, cuius pauca, quae reliqua sunt, fragmenta collegit Hertelius, v. *Hamberger.* Zuverläss. Nachrichten Vol. I. pag. 148.

§. 47.

HIPPOCRATES.

1. Floruit A. O. C. circiter 3575. Olymp. LXXXVII. 3. ante C. N. 428. V. C. 324. Natum esse illum Olymp. LXXX. 1. in eo omnes consentiunt. Obitus vero annus est incertus: illum quidem alii octogesimo quinto aetatis suae, alii nonagesimo, alii centesimo quarto; alii denique centesimo nono decessisse tradunt. *Saxius* V. C. mortis annum adsignat circiter Olymp. CVI. 1. *Hambergerus* ante C. N. $3\frac{7}{5}\frac{4}{6}$.

2. Hic

2. Hic medicorum princeps, natione Cous, ad Herculem et Aesculapium genus suum retulisse dicitur. A patre Heraclida ipso medicinae artis scientia imbutus, postea Herodicum, Selymbrianum medicum, Gorgiae rhetoris fratrem, habuit doctorem. In philosophia Heracliteam sectatus est haeresin. Itinera medicinae caussa per Graeciam aliasque regiones vtiliter suscepta illum scientia mire auxerunt. Quo factum est, vt non solum apud regem Perdiccam aliosque in summa esset admiratione; sed etiam viuus ab omnibus veluti praesens deus haberetur, et post mortem diuinis adficeretur honoribus. Artem praecipue in Thracia et Thessalia exercuit, atque Larissae, in Thessalia, diem obiit supremum.

3. Sub nomine Hippocratis LXXXVII. circumferuntur libelli, a Fabricio et Hallero diligenter indicati; at iam Erotianus et Galenus haud paucos esse spurios ostenderunt. ὅρκος autem illius et ἀφορισμοὶ sunt celebratissimi. Atque nostra aetate inter *Hallerum*, qui in praefationibus ad Principes medicos, ex gr. volum. IV. Lausannae 1771. at alibi de indiciis genuinorum, dubiorum et spuriorum Hippocratis librorum disputat, et *D. Christian. Godofr. Grunerum*, (Professorem nunc Ienensem celeb.) de integritate librorum nonnullorum lis orta est. *Grunerus* vero v. c. edidit Censuram librorum Hippocrateorum, qua veri a falsis, integri a suppositis segregantur; collegit ex optimis quibusque auctoribus, Erotiano, Galeno, Mercuriali, Foesio, I. Alb. Fabricio, Hallero aliisque, omnia recensuit, diiudicauit, nouumque in ordinem redegit. — Breslauiae 1772. 8. LVII. libellos Hippocratem patrem non

agno-

agnoſcere, cenſet. Multa quidem contra illum monet cenſor in bibliotheca philol. Gottingenſi Vol. I. quem Schneiderum fuiſſe, Grunerus ipſe alicubi, ſe defendendo, prodidit. Equidem, ſacris Aeſculapii haud initiatus, neque de Hippocrate, neque de eius virtutibus, et meritis, quae praeclara fuiſſe, omnes teſtantur, vitiisque, neque de lite iudicare poſſum. Tomo ſecundo ed. van der Linden pag. 951. ſqq. multorum, cumprimis veterum, ſcriptorum auctoritates et iudicia de vita Hippocratis meritis atque eruditione dicendique genere reperiuntur. Sed his miſſis, quasdam

4. Editiones indicabo. Princeps eſt Aldina 1526. fol. — caſtigatior eſt Frobeniana Baſil. 1538. fol. tribus codicibus a *Iano Cornario* collatis. — Tum *Hieronymus Mercurialis* codd. quoque contulit, libros Hippocratis in quatuor ordines digeſſit, et ſcholiis illuſtrauit verſionemque recenſuit, Venet. 1588. fol. — De textus integritate optime meruit *Anutius Foeſius*, qui libros in VIII. ſectiones ex Erotiani mente diſtribuit, et lectiones graecas e multis MSS. collectas, ſuas aliorumque obſeruationes et interpretationem, aliaque ornamenta adiecit, Francof. apud Andr. Wecheli haeredes 1595. fol. repet. 1621; 1645. nouis autem auctuariis, atque Erotiani, Herodoti et Galeni gloſſariis in Hyppocratem inſigniter ornata eſt Foeſii editio, quae optima cenſetur, Geneu. typis et ſumtibus Samuelis Chouet 1657. fol. — *Io. Antonidae van der Linden*, (paullo ante abſolutum opus denati,) editio ad omnes alias editt. adornata, Lugd. B. 1665. 8. Tom. II. rec. Neapol. 1754. 4. II. voll. Venet. 1757.

4.

4. II. voll. cum verſione Cornarii, quam turpiter foedauit, nitida quidem eſt, ſed editor in corrigendo textu eſt ingenio audacius abuſus. — Splendida eſt, at mendoſa eſſe perhibetur editio: *Hippocratis et Claudii Galeni* Pergameni, archiatrῶν Opera. *Renatus Charterius* — plurima interpretatus, vniuerſa emendauit, inſtaurauit, notauit, auxit, ſecundum diſtinctas medicinae partes in *tredecim* tomos digeſſit, et coniunctim graece et latine primus edidit, Lutet. Paris. 1697. XIII. voll. fol. — Cum variis lectionibus tam hucusque vulgatis, quam nondum editis et ex codd. Vindobon. atque Mediceis depromtis, textum ſaepe emendauit et omnia Hippocratis opera edere incepit *Stephanus Mackius*, Viennae Auſtriae Tom. I. 1743. — II. 1749. fol. Plures tomi deſiderantur. — Quaedam opuſcula*) ſeparatim illuſtrata prodierunt. *Aphorismi* ſaepius, e. g. a *Theodoro Ianſon.* ab Almeloueen, 1685. et rec. Lipſ. 1756. 12. a Io. Heurnio. rec. Ien. 1690. 12. — cum I. Iac. Fickii notis, Ienae 1729. 8. — Opuſcula aphoriſtica ſemeiotico-therapeutica VIII. vna cum iureiurando, (ex edit. Zwingeri,) Graece et latine ex interpretatione Anutii Foeſii aliorumque — Baſil. 1747. 8. Inſunt iusiurandum, Aphorismi, Praenotiones, Praedictorum libri II. Coacae praenotiones, de humoribus, de iudicationibus, et de diebus iudicatoriis. v. Acta Erud. 1748. p. 297. — libr. de decoro Medici recenſuit, interpretatione et commentario adiecto, prae-

*) Quorumdam ſunt permultae editt. quos omnes enumerauit cel. *Ackermann*, quem adeant, qui plurium velint parare ſibi notitiam.

praemiſſis prolegomenis de ſtatu antiquae philoſophiae et medicinae graecanicae, additis ineditis ſcholiis et gnomis *Georgii Matthiae*; Gottingae 1740. 4. v. Acta Erudit. 1740. pag. 500. — Ἱπποκρ. Ἀφοριςμοι, *Hippocratis aphoriſmi*, Hippocratis et Celſi locis parallelis illuſtrati, ſtudio et cura *Ianſonii ab Almeloueen*, D. Medic. quibus acceſſit Ludou. Verhoofd index locupletiſſimus, loca parallela ex Boerhauii commentariis, notulas addidit, editionem curauit *An. Car. Lorry*, D. M. Paris. 1784. 16. Laudatur opera Lorry. — *Hipp. aphoriſmi* et *praenotionum liber* per *Boſquillon*, Doct. regentem ordinis medici et Profeſſorem L. Gr. in collegio regio. Paris. 1784. 12. II. tom. Prior tomus continet textum graecum cum verſione latina: poſterior notas et criticas et medicas, vna cum vetere verſione Aphorismorum, quam Bosquillon ex Oribaſii commentariis excerpſit. — *Hippocratis* Aphorismi atque praeſagia latine verſa, cum recognitione et notis *Andreae Paſtae*, Pergomatis, editio altera. Accedunt huic ipſi editioni prolegomena, in quibus de aphorismorum praeſagiorumque auctore, de vtrorumque ſcriptorum praeſtantia et de ſententiarum in iisdem contentarum vſu diſſeritur. Valentiae 1786. — Oeuvres d' Hippocrate, *Aphorismes*, traduits d' après la collation de vingt-deux MSts et les interpretations orientaux: Par. Mr. *Le febure de Villebrune*. Paris. 1786. 12. Ille Le febure iam ediderat Aphorismos graece, (v. Gotting. ephem. litter. a. 1782. pag. 299.) Viginti codd. nec deſcripſit nec indicauit rite, nec modum, quo illis vſus ſit, declarauit. Neque tamen opera defraudanda eſt laude, et ille, iudicibus aliis, bene adhibuit

hibuit verſiones orientales et codices, quam nos habemus, antiquiores. — *Hipp. iusiurandum* exſtat quoque gr. et lat. in opuſculo: *Aeſopi fabulae* etc. Baſil. apud Bryling. 1574. 12. — *Hippocr.* epiſtola ad Damagetum ineſt Meibomio-Relandianae editioni Cebetis et Epicteti, Traiecti Batau. 1711. 4. — *Hippocrate* des Airs, des Eaux, de Lieux. Verſion litterale du Grèc, redigée d' après le Texte vulgaire; par. M. *Magnan*, Medicin ordinaire du Roi, Docteur — Paris. 1787. 8. Verſio dicitur eſſe ad verbum, ideoque ſaepe ſine ſenſu verborum facta. — The Prognoſtics and Prorrheties of Hippocr. translated from the original Greek. etc. (cum largis adnotationibus criticis atque exegeticis, praemiſſa vita Hippocratis, ſiue potius verſione vitae Sorano tributae, cum omnibus illius fabulis falſisque narrationibus,) *by Iohn Moffat*, Med. Doct. Londini 1788. 8. conf. Allgem. Litteratur Zeitung, Ienae 1790. n. 129. — In ſermonem theotiscum Hippocr. opera conuerterunt notisque illuſtrarunt cel. *Gruner.* Lipſiae 1780. 8. et cel. *Frid. Carol. Grimm.* Lipſiae 1784. 8. II. voll. — et Epiſt. ad Damagetum vertit eruditiſſima foemina *Erneſtina Chriſtina Reiske* in libello: Zur Moral, aus dem Griechiſchen veberſetzt. Lipſiae 1782. pag. 179 — 198. — In Hippocratis librum de Fracturis commentaria *Andreae Maximini*, Romani chirurgi primarii, Romae 1776. 4. Praefixa eſt Boerhauii oratio de commendando ſtudio Hippocratico. — Nouam editionem parauerat atque promiſerat *Trillerus*, medicus graece doctiſſimus, Prof. Witteberg. Is enim iam 1728. 4. conſcripſerat, de noua Hippocratis editione adornanda commentationem, vbi ſimul ſpeciminis loco libellum

bellum de Anatome recenſuit. Sed vitam obiit ſupremam, antequam ederet. — Epiſtolae ſunt ſpuriae.

5. Ionice ſcripſit, more antiquo et ſimplici. Praeter ea laudatur in eo ſimplex medendi ratio multarumque rerum, praeſertim medicarum, ſcientia: de his vero Aeſculapii filii iudicent.

6. Cel. *Ackermann* in Fabricii B. Gr. Tom. II. Libr. II. cap. 24. et Fabr. Vol. XII Libr. VI. cap. 7. *Clerc* hiſtoire de la Medicine Part. I. libr. 3. cap. 1. — 32. Biographia claſſica Vol. II. *M. Io. Chriſtian. Rabe* diſp. Hippocratem barbaris operam negantem, Lipſ. 1722. Primum quidem multis vindicat Hippocratem ab iniuriis Nicol. Hieron. Gundlingii, qui in P. II. Otiorum cap. 3. ſcripſit commentat: Hippocrates ἄθεος, dein vero, quod, peſtilentia barbaras regiones vaſtante, barbaris rogantibus opimqaue praemia pollicentibus operam denegauit, quia Graeciae hoſtes eſſent, bonum medicum ſuperſtitionis, barbariei, vanitatis, inurbanitatis atque iniuſtitiae adcuſat. Forſan vero cribro aquam hauſit. — Quae de Animabus Heracliti et Hippocratis ex huius libr. 1. de Diaeta *Io. Matthias Geſner* in Societ. regiae doctrinarum Commentar. Gotting. tom. 1. pag. 67. et 145. atque *Matthiae* in diſſert. Gottingae 1737. habita, diſputarunt, ea *Saxius* quoque iam commemorauit. — In ſupplem. actorum erudit. Lipſiens. tom V. ſect. II. a. 1713. eſt *L. S. S.* obſeruatio de purgatione Hippocratis morali. — Criticas notas v. in *Heringae* obſeruatt. criticis cap. I. et saepius *I. B. C. d' Anſſe de Villoiſon* epiſt. ad Lorry, Paris. medicum, de quibusdam *Hippocratis*, Sophoclis et Theocriti locis. Venet, 1781. 4. —

Bernard. in epiſtola ad Reiskium, (v. I. Iac. Reiskens Lebensbeſchreibung, Lipſ. 1783. 8.) pag. 263. ſq. ſuſpicatur auctorem libelli, Hippocrati vulgo adſcripti, *περὶ ἐυσχημοσ.* eſſe philoſophum ſtoicum, aut medicum Stoicorum dogmatibus imbutum: quam ſuſpicionem probant Reiske pag. 267. et Triller pag. 300. — Inſuper conferantur *Oratio* de vita, moribus, doctrina et profeſſione Hippocratis illius Coi, medicinae parentis et Architecti, habita Tubingae a *Matth. Garbicio*, illyrico. — Adiecta eſt *lex Hippocratis* graece, cum interpretatione et ſcholio breui. Tubingae 1564. 8. Non breue, ſed ſatis longum eſt ſcholion, in quo cum verba, tum inprimis ſententiae illius legis explicantur. — Lettre de M. *de Villiers* ſur l' edition grecque et latine des Oeuvres d' Hippocrate et de Galene, publiée par Ren. Chartier, eſt in Memoires *de Goulin* et ſeparatim quoque Paris 1776. m. 8. typis exſcripta conf. ephem. litt. Gotting. 1778. plag. 35. — Explication d' un paſſage des Epedemies d' Hippocrate, lequel donne occaſion d' en corriger un d' Artemidore mal interpreté par Suidas; dans les notes on retablit un endroit altere de Galien par M. *Iean Goulin.* — Paris. 1783. 8. conf. Iourn. Encyclop. à Bouillon. 1783. tom. VI. par. II. — Apologie des Hippocrates vnd ſeine Grundſätze von *Kurt Sprengel* Lips. 1789. mai. 8. agitur de vita, patria, aetate, praeceptoribus, itineribus. morte, ſcriptis, horum editionibus, arte et dogmatibus Hippocratis, tum verſi ſunt quinque priores Aphorismorum libri cum expoſitionibus. — Deſcriptio rheumatismi acuti et dilucidatio ducentorum et quinquaginta aphorismorum Hippocratis

ad

ad rheumatismum tum acutum tum chronicum etc. data a *Ferd. Saalmann.* M. D. Münſter 1789. 4. — *Io. Henr. Fiſcher* diſp. moderante *Io. Chr. Brieglebio*, de Hippocrate, eius ſcriptis eorumque editionibus, Coburgi 1777. 4. — *Ludouici Dureti*, Seguſiani, interpretationes et enarrationes in Magni Hippocratis Coacas praenotiones — *curante Adriano Pelerin Crouët*, M. D. Editio noua, ad eam, quae 1585. (ſcribi debuerat 1588,) prodiit, recenſita et prioribus longe accuratior atque emendatior. Lugd. 1784. fol. valde laudantur. Ludouico Dureto operi immortuo, *Ioannes* fil. reliquas explicuit theſes et latinam addidit verſionem, a patre diſcipulis antea dictatam, opus primum edidit Paris. 1588. fol. apud Iac. du Bays: quae edit. adhuc optima cenſetur inter reliquas, quae multae fuerunt, editiones, vsque ad nouiſſimam Crouëti eminuit Argentorat. 1621. apud Petr. Billainum. — De rebus aliis ad Hippocratem pertinentibus conſules Hiſtoire de l' Anatomie et de la Chirurgie par M. *Portal.* Paris. 1760. tom. I — VI. — Hiſtoire de la Chirurgie depuis ſon origine jusqu' à nos jours par *Dujardin* Paris. 1774. et continuatam a *Peyrilhe.* 1780. — *Halleri* Bibliothecam Anatomicam tom. 1. Tiguri 1774. 4. pag. 15 — 28. vbi de MSS. edd. et libris, qui ſpurii aut genuini ſibi videantur, diſſerit: *eiusdem* Biblioth. botanicam tom. 1. Tiguri 1771. 4. pag. 16 — 29. *Eiusdem* bibliothecam chirurgicam, Tom. I. pag. 7 — 14. — *Eiusdem* bibliothecam medic. practic. Tom. I. Bernae 1776. pag. 29 — 102. vbi pari modo de libris Hippocratis genuinis, ſpuriis et dubiis, de editionibus et de iis, qui Hippocratis vitam, fata ſcriptaque illuſtrarunt, copioſe diſſeritur.

ritur. — *Bruckeri* Hiſtor. crit. philoſ. Tom. I. pag. 1223. ſqq. et in Appendice p. 324. ſqq. *Baldingeri* Proluſ. de lectione Hippocratis medicis ſumme neceſſaria, Ienae 1768. 4. — Idem cel. *Ern. Godofr. Baldinger* edidit *ſelecta doctorum virorum opuſcula, in quibus Hippocrates explicatur.* Gottingae. 1782. 8. — *Triller* exercit. medico-criticam ad emendandum obſcuriſſimum hactenus et corruptiſſimum quemdam Hippocr. locum ex libro de ſeptimeſtri partu deſumtum, Witteb. 1772. 4. *Anutii Foeſii* Oeconomia Hippocratis, alphabeti ſerie diſtincta, Francof. 1588. fol. min. et Geneu. 1662. fol. mai. eſt Lexicon, non ſolum Hippocratis et Galeni lectoribus, ſed etiam cuicumque graecarum litterarum amanti quam vtiliſſimum.

7. Addam *Polybum*, generum et diſcipulum Hippocratis, auctorem quorumdam libellorum, qui vulgo tribuuntur Hippocrati, v. cel. *Ackermann* in *Fabric.* B. G. Libr. II. cap. 24. Tom. II. p. 610.

§. 48.

SOCRATES.

1. Floruit circiter A. M. 3581. Olymp. LXXXIX. 1. ante C. N. 422. V. C. 330. natus Olymp. LXXVII. 3. docente *Corſino* in F. A. R. p. 46. quem ſequitur *Saxius* Onom. I. p. 45. (ſecundum Hamberger. anno 4.) poculo veneni exhauſto periit ſecundum *Saxium* Olymp. XCV. 1. Secundum *Fabricium* et *Hambergerum* Olymp. XCIIII. 2. annos ſeptuaginta natus.

2. Athenienſis, Sophroniſci, lapidarii, et Phaenaretae, obſtetricis, filius. Crito, diues philoſophus

phus, Socratem, amore illius et ſtudio philoſophiae cognito, in domum liberaliter recepit, et ad philoſophiam acrius perdiſcendam incitauit, optimisque praeceptoribus, praecipue Prodico aliisque ſophiſtis, commiſit inſtituendum. Socrates autem omnium fere artium et diſciplinarum magiſtros, quos nouerat, peritiſſimos adiit: num vero philoſophiae diſcendae cauſſa ſectatus ſit Anaxagoram et Archelaum, res dubia eſt. Certe id negant alii, cum primis *Heinius* in vita Anaxagorae, germanice verſa in *Hiſſmanni* Magazin, tom. V. p. 257. Libros tamen Anaxagorae legit. Attigit praeter ea poeſin, eloquentiam artemque muſicam. Stipendia quoque meruit, et in militia tantam ſibi peperit laudem, quantam conſequutus eſt ex adminiſtratione reipublicae, prouecta iam aetate in ſenatum lectus. Duas dicitur ſimul duxiſſe vxores, *) quarum altera Xantippe ob mores intolerabiles, iurgiorum et rixarum amorem et linguae aliarumque moleſtiarum importunitatem in prouerbium abiit. (Laert. II. ſ. 36 ſqq. ibique *Menage: Heumann* tamen Act. philoſ. Tom. I. pag. 103 ſqq. illam ab omnis memoriae opprobriis

 vindi-

*) Fama quidem vetus eſt, a Socrate ſimul duas vxores, Myrtonem et Xantippen, in matrimonium ductas eſſe: ſed id iam negauit *Panaetius Rhodius* apud Athenaeum XIII. init. pag. 555 ſq. quem plures ſequuti ſunt, *Bentleius* in diſſ. de epiſt. Socratis §. XIII. pag. 73 ſq. vers. lat. Lennepii, *Hindenburg* in Animaduerſſ. in Xenoph. M. S. Lipſiae 1769. 8. p. 71. *Meiners* in Geſchichte des Urſprungs, Fortgangs und Verfalls der Wiſſenſchaften in Griechenland und Rom, tom. II. (vbi libri VII. cap. II. perſequitur hiſtoriam Socratis huiusque philoſophiae,) pag. 522. not.

vindicare coepit.) At famam ſibi immortalem parauit ex ſollerti, indefeſſa et prudenti ciuium inſtitutione. Ars vero et via, more dialogi per quaeſtiones tectas, ſubinde ex ipſis reſponſionibus natas, ingenioque et ſermoni alterius adcommodatas docendi, ab eius inſtituto et conſuetudine dicitur adhuc Socratica. In primis doctrinam de moribus tractauit, quam ab argutiis et ſubtilitatibus aliorum, praecipue Sophiſtarum ſeparatam, primus tradidit, aut potius emendauit et in primis commendauit, ideoque, (quoniam ad veram tam ſingulorum hominum quam integrarum ciuitatum felicitatem eſt efficaciſſima atque vtiliſſima,) de coelo vocaſſe et deduxiſſe dicitur. Scholas quidem non aperuit, ſed circumeundo et quaſi ludendo, ironiaque ſuaui grataque homines ad acre virtutis ſtudium et perpetuam vitiorum fugam ac deteſtationem ſcite exhortatus eſt. Multos tamen nactus eſt adſeclas, qui poſtea in diuerſas abierunt ſectas. Ex ſchola autem Socratica, tamquam ex equo Troiano, ſummi et ſagaciſſimi philoſophi prodierunt, et proſeminatae ſunt quaſi familiae diſſentientes inter ſe, et multum diſiunctae et diſpares. (vide *Ciceron.* de Orat. III. capp. 16. et 17.) Genio ſuo, qui eruditos homines in diuerſas traxit ſententias, multum tribuit, aut, ad homines forſan interdum illudendos, tribuere ſibi viſus eſt. Mauvillon im Deutſchen Muſeo, mens. Iun. 1777. de Genio Socratis ſententiam tulit, religioni Chriſtianae pernicioſam, a Leſſio tamen, Profeſſore tum Gottingenſi, *) iam refutatam in ſingulari quo-

*) Meinerſii, Iuſti, Federi, Koenigii aliorumque ſententias ac libellos iam vberius indicaui, et quid mihi

quodam libello. Quoniam vero hoſtis erat ſophiſticae loquacitatis, vitiorum et tyrannidos maior, quam vt flagitioſi ac garruli homines et tyrannidos cupientes perferre poſſent, in multorum incurrit inuidiam, quae non ſolum opprobriis et conuiciis obrueret, ſed ad mortem quoque compelleret ſapientiſſimum, virtutis amantiſſimum atque pro aetatis illius ratione integerrimum Socratem. Ab Ariſtophane, in comoedia Nubes, et ab aliis comicis antea iam, palam exagitatus, tandem a Melito atque Anyto, corruptor iuuentutis et deorum irriſor, qui publicas euerteret religiones, nouamque profiteretur religionem, adcuſatus eſt. Socrates autem recti conſcius nec adulari nec pecuniam, litis aeſtimationem, a ſeueris atque iniquis iudicibus irrogatam, ſoluere, nec, more ſueto, ſe defendere ac oratione ciuili ſibi oblata liberare voluit; ſed in carcere animo fortiſſimo, de animi immortalitate ſubtiliter disputans, cicutam bibit et placide obiit. Hanc vero iniuſtitiam et crudelitatem omnium bonorum per totam Graeciam indignatio ſequuta eſt: et Athenienſes ipſos conſilii et malignitatis mox poenituit, ita vt Melitum capitis damnarent, Anytum ciuitatem eiicerent, amicos Socratis exſules in patriam

 reuo-

mihi videatur, declaraui ad *Fabricii* B. Gr. tom. II. pag. 681. ſqq. Veterum de genio Socratis opiniones collegit *Olearius* in peculiari diſſert. Lipſiae 1702. rec. 1720. iterum repetita in *Stanleii* hiſtoria philoſophiae, ex verſione Olearii latina atque editione. Venet. 1731. 4. vol. I. pag. 134. ſqq. vbi pag. 208. ſqq. inſertum quoque eſt *Gottfridi Olearii* de ſcriptis Socratis contra Leonem Allatium ſchediasma.

reuocarent, et in Pompeo ex aere ſtatuam ponerent optimo Socrati.

3. Socrates ipſe nihil ſcripſit; ſed monendo docendoque diſcipulos ciuesque ſuos a vanitate verborum vitaque ſceleſta ad veri virtutisque curam reuocare ſtuduit. Epiſtolae enim, quae illi tribuuntur, ſunt ſerioris aetatis a ſophiſta quodam confictae, quamquam Allatius Socrati illas vindicare, ſummopere contendit. Eius tamen doctrina e ſcriptis ſuorum, qui multi fuerunt, diſcipulorum, in primis ex dialogis Xenophontis ac Platonis cognoſci poteſt. Plato tamen multa addidit, quae a mente et diſciplina Socratis abhorrerent, ex philoſophia Aegyptiaca et Pythagorica de ſuoque ingenio infarſa. Xenophon contra puriorem et a fuco orationis laciniisque ſententiarum alienarum liberam repraeſentauit Socratis ſui mentem et diſciplinam.

4. *Socratis*, Antiſthenis et aliorum Socraticorum epiſtolae. Leo Allatius hactenus non editas primus graece vulgauit, latine vertit, notas adiecit; dialogum de Socratis ſcriptis praefixit, Paris. 1637. 4. — Septem epiſtolis Socrati hic tributis binas alias e codice bibliothecae Bodleianae addidit *Gottfried Olearius* in Exercitatione ad Leon. Allat. de ſcriptis Socratis dialogum, (quem refutat,) Lipſ. 1696. 4. Conf. *Fabric.* B. G. Vol. I. Libr. II. Cap. X. nr. 35. *Brucker.* Tom. I. pag. 554.

5. De Socrate varii varie ſcripſerunt. E multis ſcriptis pauca indicabo. *Diogen. Laert.* Libr. II. ſect. 18. ſqq. *Fabr.* B. G. II. cap. 24. vol. II. pag. 674. ſqq. vbi nubem eorum, qui de Socrate, eius vita, moribus, philoſophia etc. vario modo disputarunt, excitaui, et ipſe copioſe de eius philo-

ſophandi

ſophandi docendique ratione diſſerui. Quae omnia ſi hic repeterem, moleſtus et mihi forem et lectoribus. Quare iis, quae in priore huius libri editione iam congeſſeram, pauca tantummodo addam. *Brucker* in hiſtor. crit. philoſ. Vol. I. pag. 522 — 569. Quoties Cicero de Socrate eiusque philoſophandi ratione morteque egerit, videre licet in *Erneſti* claue Ciceroniana, pag. 264. — Socratis theologiam e reliquiis dictorum ipſius et factorum, per diſcipulos memoriae poſteritatis conſecratorum, erutam et ad quasdam naturalis cognitionis claſſes breuiſſime reuocatam eruditorum ſubmittit iudicio *M. Ludov. Theophil. Mylius*, Ienae 1714. 4. — *Io. Frid. Auffchlager* diſſ. praeſide Io. Schweighaeuſero, *theologia Socratis* ex Xenophontis Memorab. excerpta. Argentor. 1785. 4. — Eodem praeſide ventilauit *I. A. Kamm* disp. *Mores Socratis* ex Xenoph. M. S. delineati, ibid. 1785. 4. — *Edwardus Edwards*, ratus, Xenophontem in M. S. philoſophiae moralis ambitum diſciplinamque complexum eſſe, edidit: The Socratic Syſtem of Morals, as delivered in Xenophon's Memorabilia, Oxon. 1773. — Ad cognoſcendam Socraticam philoſophiam, et quatenus a Platonica ſit illa diuerſa, vtilis liber eſt: Lehren und Meinungen der Sokratiker über die Unſterblichkeit, von *M. Wilh. Gottlieb Tennemann*. Ienae 1791. 8. in ſect. II. pag. 170 ſqq. oſtendit diſcrimen inter philoſophiam *Socraticam*, quae erat actionis ſiue practica, ad ſalutem ciuium vnice ſpectans, ac *Platonicam*, quae potiſſimum erat cognitionis ſiue theoretica. Idem de Platonis dialogis diſſerit. — *Georg. Chriſtian. Ibbeken* disp. de Socrate, mortem minus fortiter ſubeunte, Lipſiae

Lipſiae 1735. Ab illius tamen criminatione vindicauit Socratem *Io. Samuel Müllerus*, Rector Hamburgenſis, in ſingulari programmate, Hamburg. 1738. — *Sigismundi Frider. Dreſigii* (iniuſta) epiſtola de Socrate iuſte damnato, Lipſiae 1738. — *M. Theoph. Adami* disp. de ſtatua Socratis Athenienſium poenitentiae monimento publico, Lipſiae 1745. — *M. Io. Frider. Leisneri* proluſ. Socratem non fuiſſe *μεριμνοφροντιστὴν* contra Ariſtophanem etc. Cizae 1741. — La vie de Socrate, par *François Charpentier*. III. Edit. à Amſtel. 1699. 12. in linguam theotiscam translata a Chriſtiano Thomaſio, Halae 1693. et 1720. 8. — *Io. Bened. Carpzov.* nunc Abbatis et Prof. Helmſtad. Paradoxon Stoicum Ariſtonis Chii — apud Diog. Laert. etc. Lipſ. 1742. Sect. II. Cap. VIIII. pag. 450 — 486. qui haud fauet Socrati, ſed eum ſcurram Athenienſem vocat — *I. I. Zimmermanni* Apologia Socratis contra calumnias Ariſtophanis, in qua ſimul praeter alia aduerſus Max. Tyrium, et Io. Clericum oſtenditur, male egiſſe praeſtantiſſimum virum, quod cauſſam ſuam coram iudice non perorauerit, in Muſeo Heluetico Tom. VI. Part. XXIIII. — *Iac. Wilhelm Feuerlini* diſſ. ius naturae Socratis delineans, Altdorfii 1719. — *Io. Matth. Gesneri* Socrates ſanctus paederaſta, Tom. II. Commentar. reg. ſociet. Gottingenſis. — Noſtra quoque aetate *Eberhardus* in Apologia Socratis aliique viri docti et Germani et Belgae de virtutibus Socratis, atque num ſalutis aeternae particeps factus ſit, nec ne? in vtramque partem, modo ſeuerius acriusque disputarunt. Conf. *Walchii*, Profeſſ. Gottingenſ. neueſte Kirchengeſchichte, paſſim, et *Adam. Fried. Ernſt Iacobi* von dem neueſten

neueſten Religionszuſtand in Holland, Gothae 1777. Sect. II.

§. 49.

ARISTOPHANES.

1. Euripidis et Solonis aequalis Olymp. LXXXV. 4. iam floruit: *Saxius* in Onom I. pag. 46. refert. eum ad Olymp. LXXXXIX. 1. a. m. 3581. ante C. N. 422. V. C. 330, quo anno Νεφέλας edidit: quamdiu vero vltra Olymp. XCVII. 4. quo anno filio Aratori Plutum agendum permiſit, in viuis adhuc fuerit, non conſtat.

2. Patria incerta; ciuitate Athenienſis: Antiquae, mediae et nouae Comoediae auctor lepidus, ingenioſus; at etiam dicax et virulentus, leges et aequitatis et decori et pudoris ſaepe migrans. Vim comicam, quae in illo maxima fuit, cum optimates aliique boni malique ciues, tum in primis Euripides, cuius verba tragica ſaepenumero exagitauit, atque Socrates ſenſerunt.

3. Multis comoediis leuitatem mobilium et curioſorum Athenienſium aluit; adhuc exſtant XI. de quibus v. *Clodii* Verſuch etc. Part. II. et *Brumoy* theatrum graecum Tom. III. 4. Quaedam editiones ſtipatae ſunt ſcholiis graecis, quae ſunt quadruplicia. *Prima* ſunt antiqua et pererudita ad comoedias nouem primores, a Marco Muſuro Cretenſi ad editionem aldinam deſcripta atque recenſita, quae ex variis grammaticis et commentatoribus Ariſtophanis antiquioribus a Thoma Magiſtro, Io. Tzetza, Demetrio Triclinio aliisque recentioribus

tioribus grammaticis collecta ſunt. *Secunda* in easdem IX. comoedias ad Muſuri editionem ab Arſenio editioni Florentinae paſſim ſunt adiecta et e Galeno, Athenaeo, Suida, Euſtathio aliisque excerpta. *Tertia*, quae vniuerſas illuſtrant comoedias, et in edd. Geneu. atque Küſter. occurrunt ab *Odoardo Biſeto* ex Suida et Euſtathio potiſſimum ſunt conſarcinata. *Quarta* eaque leuia in ſolas Thesmophoriazuſas conſcripta ſunt ab *Aegidio Burdino*, et edita Paris. 1545. 8. adhaerent quoque editionibus Geneuenſi atque Küſterianae. — Hiſtoriam editionum criticam vberiorem dedi in praefatione ad Nubes Ariſtoph. et contractam ad Fabricii B. Gr. vol. II. pag. 379. ſqq. vbi tamen plures et omnium et ſingularium comoediarum memoraui editiones. Potiores ac rariores indicabo.

Princeps editio eſt Aldina: *Ariſtophanis comoediae nouem*, *Plut. Nebulae*, *Ranae*, *Equit. Acharn. Veſpae*, *Aues*, *Pax*, *Contionantes:* graece. In calce: Venetiis apud Aldum 1498. in fol. cum ſcholiis graecis. — Ex Aldina expreſſa eſt, ita tamen vt hinc inde meliores nanciſceretur lectiones, editio comoediarum *Ariſt. Florentina*, gr. apud Phil. Iuntam, 1515. 8. — Eodem anno iisdemque typis ac forma *Bernardus Iunta* ex cod. vetuſto Vrbinat. primus edidit *Ariſtoph.* Thesmophoriazuſas, ſiue Cereris ſacra celebrantes, et Lyſiſtratam. — Aldinum exemplum ita reddidit *Ant. Fracinus*, vt interdum quidem ab illo diſcederet; at e recentioribus notaeque peioris libris deteriorem lectionem natiuae ſupponeret, ſcholia antiqua Aldina nouis haud aeque antiquis et praeſtantibus, ab Arſenio Cretenſi collectis,

augeret

augeret, et in Comoedia, Pax inscripta, ad LX. versus repertos restitueret, *Florentiae* per heredes Phil Iuntae. 1515. 4. — *Nouem Arist. Comoediae*, gr. sine scholiis, sumtu Aegidii Gormontii, studio *Io. Cheradami*, labore et industria *Petri Vidouaei.* Lutetiae, 1528. 4. — *Vndecim Arist. comoediae* graece, sine scholiis, Basil. apud A. Cratandrum et Io. Bebelium 1532. 4. Praefatus est *Simon. Grynaeus.* Correcta est editio: Aldinam tamen lectionem is, qui praefuit operis hinc inde deseruit. — Poeta est interdum interpolatus, et Fracini errores sunt vitati in ed. graeca *Veneta* apud Bartholom. Zanettum, 1538. 8. — Nitida et emendata, atque ex Aldina et Cratandriana ducta est editio, gr. apud Christ. Wechelum *Paris.* 1540. 4. 1546. 1550. 4. (folio inscriptionis forsan tantum mutato.) Singulae tamen comoediae peculiarem habent inscriptionem. — Rarissimis libris accensenda est ed. *Arist. com.* IX. gr. Florent. apud Bened. Iunctam. 1540. 8. — Famosa est editio, ex Zanetti editione forsan repetita, quam Berglerus nimis celebrauit, et Hemsterhus. plus iusto depressit, *Com. Arist.* XI. Venet. apud Io. Farreum et fratres, 1542. 8. graece. — — *Brubachiana* XI. com. edit. Francof. 1544. 8. gr. habuit basin quidem ed. Aldinam, ita tamen vt corrector e Florent. atque Cratandr. editt. aut aliunde alias interdum reponeret lectiones. — *Comoediae nouem* cum commentariis, antiquis graecis, duaeque sine commentariis, gr. recensente *Sigismundo, Gelenio*, (qui vt plurimum retinuit lectionem, etiam vitiosam, edit. Florent. 1525.) Basil. in offic. Froben. 1547. fol. — Emendata est ed. *comoediarum XI.*

gr. curante *Caninio*, apud Io. Gryphium. 1548. 8. — *Nicodemus Frischlinus* edidit fabb. *Plutum*, *Equites*, *Nubes*, *Ranas* et *Acharnenses*, textum correxit saepius, praecipue melius rectiusque interpungendo iuuit sensum, et metricam latinam adiecit versionem, ipsasque comoedias contra morem Graecorum in actus et scenas diuisit, Francof. ad Moen. 1586. 8. rec. 1597. et 1625. 8. — Rara, commoda et adcurata est editio *com. XI.* ex officina Plantin. apud Christoph. Raphelengium. Lugd. Batau. 1600. 12. gr. — Minus commendabilis, quamquam multis accessionibus, n. scholiis graecis *Odoardi Briseti* in XI. comoedias, *Aegidii Bourdini* scholiis gr. in Thesmophoriazusas, *Car. Girardi* comment. in Plutum, *Q. Septimii Florentis Christiani* notis in Pacem, Vespas et Lysistratam eiusque metaphrasi poetica latina, minus comta, facili et perspicua, locupletata, est editio *Arist. com. XI.* ab *Aemilio Porto*, qui fabulas in actus et scenas diuisit, curata, Aureliae Allobrog. 1607. gr. et lat. — *Aristophanis com. vndecim graece et lat. cum indice Paroemiarum selectiorum et emendationibus virorum doctorum praecipue Iosephi Scaligeri. Accesserunt praeter ea fragmenta eiusdem ineditarum comoediarum Aristophanis.* Lugduni Batau. ex offic. Ioan. Maire. 1624. 12. Haec est integra mei exempli inscriptio et vera sunt, quae Fabricius de illa notauit editione Porti lectiones vt plurimum referente. Fragmenta sunt omnino in meo exemplari; at ab initio posita. Nimirum praefationem excipiunt Aristophanis vita et scripta; tum ex Nicodemo Frischlino agitur de comoedia veteri eiusque partibus: sequuntur epigramma in Aristophanem et Aristophanis

nis Pluti ὑπόθεσις. Haec omnia carent paginarum ſignis. Iam, tamquam peculiaris libellus, paginis ſuis a 1 — 56 notatus occurrit, ita inſcriptus: " Ariſtophanis fragmenta a Gulielmo Cantero iam pridem collecta; cum praefatione V. Cl. *Andreae Schotti;* recognita vero plurimum et non parua acceſſione locupletata a *Gulielmo Coddaeo.*" Poſt haec incipit Ariſtophanis Plutus et noua paginarum ſeries. Haec ideo fuſius adnotaui partim vt inde, quae ad Fabricium pag. 385 ſcripta ſunt, illuſtrarentur, partim quoniam maxime probabile mihi videtur, reperiri exemplaria, in quibus deſint illa fragmenta, et quae vel in titulo non habeant verba illa: *Acceſſerunt praeter ea* etc. In praefatione quidem etiam mei exemplaris editor ſcripſit: *Cui*, praetermiſſis *conſulto fragmentis aliorum huius Comicis dramatum, quae integra non conſtant; inſigniorum aliquot paroemiarum —— index additus eſt* etc. Sed enim vel ſcribi debuerat *praemiſſis*, vel editor intellexerat alia, in hac collectione omiſſa, fragmenta. — Recuſa eſt illa editio, ad minus adcurate, additis tamen verſione latina Eccleſiazuſarum et Tan. Fabri in illam comoediam notis, Amſtel. 1670. 12. — Locupletiſſima et variis nouis acceſſionibus ornata, ad Aldinam editionem, a qua reliqui perperam diſceſſerant, emendata nec tamen ſatis diligenter expreſſa, nec omnino commoda editio eſt Küſteriana, de qua ad Fabric. II. p. 386. plura notaui:

Ariſtophanis comoediae vndecim, gr. et lat. ex codd. MSS. emendatae, cum ſcholiis antiquis, inter quae ſcholia in Lyſiſtratam ex cod. Voſſiano nunc primum in lucem prodeunt. Accedunt notae viro-

 rum

rum doctorum in omnes comoedias: inter quas nunc primum eduntur Is. Casauboni in Equites; Ez. Spanhemii in tres priores; et Rich. Bentleii in duas priores comoedias obseruationes. Omnia collegit et recensuit notasque in nouem comoedias et quatuor indices in fine adiecit Ludolph. Küsterus, I. V. D. Amstelod. sumt. Thomae Fritsch, bibliopolae Lipsiensis 1710. fol. — Cum noua octo comoed. interpretatione latina notisque, in quibus Aristophanes praesertim ex Tragicis, quorum verba adtulit et perstringit, explicatur, *Stephani Bergleri*, et *Caroli Andreae Duckeri* ad quatuor priores, editae a *Petro Burmanno* II. Lugd. Batau. 1760. 4. II. Tom. Accedunt fragmenta, (de quibus Burmannus in praefatione pag. 16. sqq. copiose docteque agit,) atque catalogi deperditarum Aristophanis comoediarum a Meursio et Fabricio confecti. — Plane noua recensio e multis codd. editionibus et e coniectura facta, et adcurata edit. est: *Arist. comoediae ex optimis exemplaribus emendatae studio Rich. Franc. Phil. Brunck.* Argentorati 1783. 8. Tres tomi continent graecum textum: totidem nouam Brunckii vers. latinam et totidem notas atque emendationes editoris, fragmenta Aristophanis auctiora et supplementa.

Seorsum editae sunt comoediae quaedam, de quibus vide ad Fabricium loco memorando p. 388. sqq. Quasdam hic memorare iuuat. *Aristophanis comoedia Plutus*, graece, cum scholiis gr. et notis egregiis *Tiberii Hemsterhusii*, Harlingae 1744. 8. textus saepe e melioribus libris a criticorum, qui vmquam vixerunt, sagacissimo, graeceque doctissimo sunt emendata. — Eamdem comoe-

comoediam typis exſcribi feci cum Bergleri et Duckeri integris, Küſteri vero et Hemſterhuſii, (quem in textu conſtituendo ſaepiſſime ſequutus ſum,) ſelectis meisque animaduerſionibus, addito *Coluthi* raptu Helenae, Norimberg. 1776. 8. — Eamdem com. cum ſelectis variorum ſuisque notis edidit *Io. Dieter. Münter.* Cellae. 1784. 8. — *Plutus et Nubes* editae graece a *Wolfg. Iaegero*, Noribergae et Altdorfii. 1790. 8. — Minus frequentes ſunt editiones ſequentes: Ἀριϛοφ. — — *Ariſtophanis Comici facetiſſimi Plutus, graeci ſermonis ſtudioſis mire vtilis.* In calce: Hagenoae ex academia Anshelmiana, mens. Nou. A. M. D. XVII. (1517.) 4. editor eſt *Petrus Moſellanus* cuius epiſtola dedicatoria ad Io. Caeſarium, medicum, data eſt Lipſiae. 8. Kal. Sept. 1517. — *Ariſtoph. Nubes* Vuittembergae. in calce: Wittembergae apud Melch. Lottherum iuniorem. A. M. D. XXI. (1521.) in 4. graece. cum notis lat. marginal. Melanchthon edidit et dedicauit D. Nicolao Amsdorfio. — *Ariſtoph.* — *Nubes ac Plutus, com. vt elegantiſſimae ita ſane doctiſſimae, P. Mel. ſcholiis breuiſſimis adnotatae, graecique ſermonis vtiliſſimae.* Hagan. per Io. Secerium m. Iun. 1528. 4. cum dedicat. Melanchth. vt in ed. 1521. — *Nubes* cum ſcholiis antiquis e recenſione *L. Küſteri*, Harderouici, 1744. 1752. 8. — recuſ. cum praefatione Erneſti, in qua ſcholia pluribus locis pulcre emendantur, illuſtrantur, Lipſiae 1753. 8. — gr. curante *Chriſti. Godofr. Schützio.* Halae 1786. mai. 8. — ego quoque edidi *Nubes*, graece et lat. cum ſcholiis graecis meisque animaduerſionibus. Lipſiae 1788. mai. 8. — *Aues* gr. recenſuit, et perpetua eaque

docta adnotatione illuſtrauit *Chriſti. Dan. Beck.* Lipſiae 1782. mai. 8. — Francice omnes comoediae Ariſtoph. verſae ſunt a *Poinſinet de Sivry*, Paris. 1783. 8. IV. voll. — par. M... in Theatre des Grecs par le P. Brumoy, nouvelle edit. Paris tom. X — XIII. — *Nubes* german. verſae ſunt ab *Herwigio*, Würzburg. et Bambergae 1772. 8. — ab alio, in *Litterariſchen Spaziergängen*, mens. April. 1784. Halae Sax. in 8. Le Plutus et les Nuées d' Ariſtophane traduites en François, avec des Remarques et un Examen de chaque pieçe ſelon les Regles du theatre, par *Anne Dacier* à Paris 1692. 12. Lugduni, 1696. 12. et Altenburg. 1762. 8.

4. Ingenio fecundiſſimo atque elegantiſſimo ornatus, ita docuit comoedias, ſale vberrime conſperſas, vt leporis et feſtiuitatis elegantiaeque atticae norma quaſi et regula, atque optimus artifex haberetur. Ad intelligendos Athenienſium mores, illorumque antiquitates, ciuitatis formam, religiones fraudesque perſpiciendas in primis facit. Viciſſitudines autem comoediae probe ſunt diſcernendae. Mores ſeruat: minus vero curat reliqua praecepta Comicis praeſcripta.

5. *Fabric.* B. Gr. Libr. II. cap. 21. voll. II. p. 356. ſqq. vbi et plures laudaui V. D. qui de comico noſtro eiusque fabulis egerunt, et ego meam de eius ingenio fabulisque ſententiam latius expoſui. — *Nicodemi Friſchlini* vita Ariſtophanis, edit. Küſterianae praemiſſa. — *Reiskii* Animaduvide ad Euripidem laudatas. — Ad ſcholiaſten Ariſtoph obſeruatt. in Miſcell. obſeru. Vol. III. T. I. et (I. Alberti) ſcholiorum in Lyſiſtratam Ariſtophanis cum Barrocciano codice collatio, Vol.

VII.

VII. Tom. I. — De Ethopoeia comica Ariſtophanis libellus, auctore *Io. Gottl. Willamouio*, Berolini 1766. 8. — *Io. Floderi* diſſ explicans antiquitates Ariſtophaneas, Vpſalae 1768. quae vero materiam nondum exhauſit, aut omnino abſoluit. Adde Memoires de litterature, Tom. VI. et XXX. Paris. *Sulzer* Algemeine Theorie der ſchoenen Künſte, ibique cel. de Blankenburg notitiam litter. tom. I. pag. 149. ſq. et p. 368. ſqq.

§. 50.

TELECIDES.

Athenienſis, auctor priſcae comoediae, vixit cum Ariſtophane. Pauciſſima fragmenta attulit Grotius in Exc. ex Trag. et Comicis graecis p. 872. vid. *Fabric.* B. G. Tom. II. Libr. II. cap. 22. p. 499. ſq.

§. 51.

Sophron, Syracuſanus, comicus et mimographus, Euripidi aequalis. Scripſit *Mimos in viros et foeminas*, dorica, eaque veteri atque aſperiore, dialecto, oratione quidem ſoluta, ſed tamen numeris ſuis, rhythmis quibusdam et colis poetarum illigatos. Hinc viri quidam docti male putabant, illum ſcripſiſſe verſibus. Plato philoſophus Ariſtophanis comoedias et *Sophronis* mimos lectitabat ſtudioſiſſime. v. plura apud *Mongitor.* in Bibl. Sicula tom. II. pag. 233 — 35. *Valcken.* ad Theocriti Adoniaz. pag. 193 — 209. *Fabricium* B. Gr. vol. II. pag. 493. ſqq.

§. 52.

ARISTIPPVS.

Cyrene ex Africa Athenas venit ad audiendum Socratem. Commoratus quoque eſt in aula Dionyſii, quem ſordide adulatus eſſe dicitur. Ab eo autem *Cyrenaica* philoſophia manauit. Fecundo fuit ingenio et omnium horarum; vitamque amauit lautam atque delicatam. Hinc a multis vituperatus eſt, et, quia in quibusdam rebus diſceſſionem fecit a doctrina Socratis, Platonem, Xenophontem aliosque habuit aduerſarios: quos quidem reor Ariſtippo ſaepius feciſſe iniuriam. Scholae potius, quam ſcriptorum fama inclaruit. Sub illius tamen nomine circumferuntur quatuor epiſtolae, quae conſeruatae leguntur in *Leonis Allatii* Epiſtolis Socratis, Paris. 1637. 4. De eo vide *Ciceron.* de Orat. III. 17. et quae ibi adſcripſi, *Diogen.* Laert. II. ſect. 65 — 104. *Brucker* in Hiſt. crit. phil. Tom. I. pag. 584 — 599. et in Appendice pag. 224. *(Frid. Menzii)* vita Ariſtippi, Halae 1719. 4. in qua et vita et doctrina philoſophi vberius explicatur atque vindicatur ab aliorum crimine. Sub examen tamen vocauit, et Ariſtippum ſcurram Siculum adpellandum eſſe contendit *Io. Bened. Carpzou.* in Paradoxo Ariſtonis Chii etc. Sect. II. cap. 10. — Ariſtippum defendit cel. *Wieland* in vers. germanica Horatii epiſtol. I. 17, 23. p. 248. adde eumdem ad Hor. Epiſt. I. 1, 18. pag. 42. ſqq. De Ariſtippi doctrina morum diſputat *Batteux* in Memoires de Litterat. tom. 26. Adde ad *Fabricii* B. Gr. II. pag. 700. ſqq. *Ignatii Roſſii* commentatt. Laertianas. Romae 1788. 8. pagg. 36. ſqq.

§. 53.

ANTISTHENES.

Athenienſis, primum Gorgiae Leontini auditor, deinceps Socratis diſciplinae ſe tradidit: ſectae *Cynicae* princeps et Diogenis magiſter. Paucos alioquin habuit auditores; forſan ob ſordidam vilemque viuendi rationem; aut ob ſeueritatem paullo grauiorem. Opes et honores ſpreuit, virtutum contemplatione delectatus. Multa ſcripſit: (vide *Diogen.* Laert. Libr. VI. ſect. 1 — 19.) Superſunt autem orationes duae, ſiue potius declamationes, *Aiax et Vlyſſes*, in Aldi, Stephani, et Reiskii (Vol. VIII. pag. 52. ſqq.) oratorum graecorum collectionibus. — Epiſtola quoque noſtro inter epiſtolas Socraticorum *Leont. Allatii*: a Stanleio autem in hiſtor. philoſ. etc. Lipſ. 1711. 4. Platoni tribuitur. Conf. *Fabric.* B. Gr. Libr. II. cap. 24. §. 32. vol. II. pag. 697. ſqq. *Brucker.* hiſtor. critic. phil. Tom. I. pag. 862. ſqq. *Gottlob Ludou. Richteri* diſp. praeſide *Gottlieb Stollio* habita, de vita moribus et placitis Antiſthenis Cynici, Ienae 1724. *Chriſti. Guil. Franciſci Walchii* antiquitates pallii philoſophici veterum Chriſtianorum. Ienae 1746. 8. §. XII. pag. 55 — 68 et §. XIV. p. 72. ſqq. de Ariſtipp.

§. 54.

CEBES.

1. Thebanus, Socratis auditor et adſecla, philoſophus grauis.

2. Tres ſcripſit dialogos, e quibus tertius, Πίναξ inſcriptus ad nos peruenit: quem Cebeti Socratico tribuunt veterum plurimi: Hieronymo tamen Wolfio aliisque viſum fuit, ad iuniorem quemdam referendum eſſe: quorum argumenta ſub examen vocarunt atque ſolide euerterunt *Iac. Guil. Feuerlin*, Profeſſor quondam Gottingenſis, in Miſcell. Lipſienſ. Tom. III. Obſ. LV. pag. 14. ſqq. et *Brucker* in hiſtor. critica philoſoph. Tom. I. de ſchola Socratica pag. 578. ſqq. adde quae ego ad Fabr. B. Gr. vol. II. pag. 703. ſqq. collegi, vbi quoque Meinerſii, (qui ſeriori cuidam ſophiſtae tabulam tribuit,) iudicium memoraui.

3. Cum Epicteto aliisque ſaepe editus eſt. Princeps editio eſt gr. et lat. cum Conſtant. Laſcaris libro de octo partibus orationibus etc. Venet. 1512. 4. *) — Venet. 1557. in 8. apud Paull. Manut. — cum *Heſiodi* II. libr. Georgicon et Catonis moralibus aliisque, gr. et lat. — *Ottomar. Aidos* (ſ. Nachtgall) edidit. Io. Knoblouch formulis excuſit. Argentor. ſine anni nota, (forte 1515.) in 4. — In eiusdem Nachtgalli Moralibus, Aug. Vindel. 1523. 8. — Nouam editionum claſſem conſtituit *Hier. Wolfius* qui Enchiridion Epicteti cum Simplicio et Arriani comment. et cum *Cebete* latine vertit. gr. et lat. cum adnotationibus. Baſil. (1560.) 8. pag. 86. 1563. III. tom. 8.

*) De *Ludouici Odoaxi* verſione latina, quam Philippus Beroaldus primum edidit Bononiae 1497. fol. et edd. Cebetinae tabulae permultis copioſeque diſſerui ad Fabr. B. Gr. II. p. 705. ſqq. Catalogum editionum confecerunt quoque *Relandus* in ſua Cebetis atque Epicteti editione, atque cl. *Schilling*.

8. Colon. 1595. III. tom. 8. Ex Wolfii recensione plures fluxerunt Cebetis editiones notis destitutae; quarum omnium enumeratio foret molesta. — graece cum Pythagorae aureis carminibus, Paris. 1531. 1537. 1557. 4. quarum vltima elegans et emendata esse censetur et laudatur a Gronouio. — *Cebetis Tab.* gr. cum notis grammaticis, criticis et moralibus *M. Aug. Bischof.* Ienae 1709. 12. — Nouam molitus editionem, in Cebetis contextu pauca mutauit, in notis autem tentauit quaedam *Marcus Meibomius*, qui vero labori immortuus, adfectum reliquit opus, a Relando, qui relictas passimque dissipatas Meibomii notas in ordinem redegit, demum absolutum: *Epicteti manuale — — tabula Cebetis et alia affinis argumenti in linguam lat. conuersa a Marco Meibomio. subiiciuntur eiusdem notae — — et varians scriptura codicum manu exaratorum cura Hadriani Relandi.* gr. et lat. Traiecti Batau. 1711. 4. — cum versione et notis *Io. Caselii*, per *Geuerhart. Elmenhorstium*, Lugd. Bat. 1618. 4. — cum versione Lud. Odaxii latina et Arabica metaphrasi e bibl. Io. Elichmanni, etc. Lugd. Bat. 1640. 4. e bibl. Claudii Salmasii ad calcem Epicteti et Simplicii, Salmasii (qui p. 79. contendit, omnes edd. ad sua vsque tempora ex vno codice fluxisse.) commentariis illustrati: — quam editionem non admodum adcuratam *Abrah. Berkelius* in praefatione et alibi notat in editione: hic enim cum Epicteti Enchiridio typis repetendam curauit *Cebetis tabulam* cum suis et Wolfii, Casauboni, Caselii integris, ac quibusdam Snecani animaduersionibus, Lugd. Bat. 1670. 8. et Delphis Batau. 1683. 8. parum noui attulit: — Meliorem vero vestitum atque criticum

ornatum induit Cebeti *Iacobus Gronouius*, qui *Cebetem* cum H. Wolfii verſione ſuisque notis edidit, Amſtel. 1689. 8. conf. Acta Erudit. a. m. Iul. p. 373. ſq. vbi multae edd. nominantur. Baſis eſt editio Pariſina, tribus praeterea Gronou. vſus eſt codicibus, vnde etiam in fine repoſuit quasdam periodos, quas quidem ſuperiores editiones non exhibuerunt; ſed, licet breuiores, iam metaphraſtes Arabicus dederat, et Odaxius, vergente ſaeculo decimo quinto florens, pridem verterat latine. At pannum illum, Cebeti haud idoneum, et reſecandum eſſe ſtatuit, aliaque plura de Cebete eiusque interpretibus, et pro Salmaſio contra Gronouium disputat *Io. Iacob. Wippelius* in epiſtola —: de Cebetis Thebani tabula, veriſimilia, Altonae 1744. — Integritatem textus curauit, Gronouianas lectiones et duas principes editt. ſequutus, *Thom. Iohnſon*, qui *Cebetis* tabulam cum ſelectioribus criticorum ſuisque notis, verſione tam noua in puerorum vſus, quam Ludou. Odaxii, et indice locupletiſſimo, Londin. 1720. 8. in lucem exire iuſſit. — cum Epicteto cura *I. Caſp. Schroederi*, Delphis 1723. 8. — cum notis theotiſcis (M. *Leonhard. Chriſtoph. Kühl*,) et lexico edita a *Io. Chriſt. Meſſerſchmid.* Lipſ. 1757. 8. 1773. — Epicteti Enchir. cum *Cebete* et Theophraſti charact. *ex recens. Ios. Simpſoni.* Londini 1739. ibid. 1740. 1744. 1758. 8. cum notis variorum. — *Cebes* et Epictetus graece, cum notis germanicis, et indice, editi a *M. H. Thieme.* Berolini, 1786. 8. — Specimen nouae futurae editionis dedit cl. *I. G. Schilling*, in Magazin für öffentliche Schulen und Schullehrer, Bremen. 1790. 8. vol. 1. part. 1. pag. 218. ſqq. praemiſſa eſt commentatio de Cebete,

et

et num tabula genuina ſit nec ne? propoſitis variorum iudiciis; quam excipit plurimarum Cebetinae tabulae editionum atque verſionum catalogus, qui locupletatus eſt part. II. pag. 503. ſq. et vol. II. part. I. pag. 184. ſq. — Tabula in alias linguas ſaepe conuerſa eſt: ſed ſufficiat hic tantum germanicas memorare, Halberſtad. auctore *Grillo* 1771. 12. Noribergenſem 1781. *G. Melch. Kipp*, Kehl. 1788. Halenſem 1789. 8. — Doctiſſimae foeminae, *Erneſtinae Chriſtinae Reiske*, in libello: Zur Moral aus dem Griechiſchen überſetzt. Lipſiae 1782. 8. pag. 257. — 284. Die Gemüths-Bildungen des Epictets, nebſt der Erklärung des Gemäldes des *Cebes*, aus dem Franzöſiſchen des Herrn Abts von Bellegarde ins deutſche überſetzt von A. B. C. Lips. et Görlitz 1747. 8. *Cebetis* tabula cum adpendice et notis Bellegardii legitur pag. 159 — 203. *Bellegardii* gallica verſio primum Trivolt. (Trevoux) 1700. 12. dein ſaepius, nouiſſime Argentorati 1787. prodiit. — *Henrici Scholz* Chreſtomathia Cebetina, Altonae 1741. 4.

4. In hac tabula, forſan a ſemetipſo ficta, quam ſe quidem in templo Saturni dedicatam inueniſſe tradit, Cebes enarrat, quae animis, antequam in corpora immittantur, contingant; deinde varios hominum in hac vita mores, opiniones praeoccupatas, ſcopos, ſtudia, et exitum tam eorum, qui per auguſtam virtutis ſemitam coelum tendunt, quam, qui in lata voluptatum vitiorumque via errant. Et ſententiae graues et verba laudem merent.

5. *Fabric.* Bibl. Gr. Libr. II. cap. 23. nr. 34. et *Caylus* ſuper tabulam Cebetis in Hiſtoire des I.

et

et B. L. tom. 29. p. 149. ſqq. quae comment. cum aliis Cavli recitationibus germanice verſa eſt a cel. Meuſelio in Herrn Grafen von Caylus Abhandlungen zur Geſchichte und Kunſt, tom. II. Altenburg. 1769. 4. de tabula Cebetis pag. 184. ſqq.

§. 55.

AESCHINES.

1. Athenienſis, Lyſaniae filius, Socratis auditor et cultor perpetuus, ab Aeſchine oratore diſtinguendus.

2. Hodie ſub eius nomine circumferuntur tres dialogi, de virtute; Eryxias, ſ. Eraſiſtratus, de diuitiis; Axiochus ſ. de morte: eos tamen Aeſchinem non habere auctorem, et nonnulli olim iam ſuſpicati ſunt, et argumentis idoneis confirmauit cl. *Io. Frid. Fiſcherus* tam in praefatione, quam in notis ad alteram et tertiam ſuas editiones. Elegantia quidem ſimplici et natiua non carent, immo vero et ob teſtimonia veterum et ob orationis formam haud longe ab Aeſchinis aetate abeſſe videntur: ſed in iis tamen copiam et vbertatem orationis, quam veteres tantopere admirati ſunt in philoſophis Socraticis, deſiderat cl. Fiſcherus. cl. *Meiners* in Commentation. regiae ſocietat. Gottingenſis doctrinarum, vol. V. hiſtor. et philol. claſſis, tom. V. pag. 45. ſqq. in iudicio de quibusdam Socraticorum reliquiis in primis de *Aeſchinis* dialogis, de Platonis eiusque condiſcipulorum epiſtolis, nec non de *Cebetis* tabula, cenſet, *Aeſchinis* dialogos a recentioribus quibusdam ſophiſtis eſſe confictos. Ab illius tamen ſententia diſceſſit

ceſſit *Fiſcher* ad III. edit. Plura protuli ad Fabricii B. Gr. vol. II. pag. 691. ſqq.

3. Olim cum Platone, cui interdum attributi ſunt, edebantur. Primum ſeparatim vulgauit illos ſecundum editionem Platonis Stephanianam et MStum codicem Florentinum, gr. et latine cum verſione notisque ſuis et ſiluis philologicis *Io. Clericus* Amſtel. 1711. 8. — tum cum noua verſione (haud commendanda) ſuisque animaduerſionibus *Petrus Horreus*, Leovard. 1718. 8. — Ex his fluxit prima I. Fr. Fiſcheri editio, graece, cum variis lectionibus, Lipſiae 1753. 8. — Is quoque *Axiochum*, (qui antea aliquoties fuit ſeparatim a variis V. D. editus,) graece, recenſuit, notis illuſtrauit indicemque verborum locupletiſſimum cum Hier. Wolfii verſione latina notisque vberioribus adiecit, Lipſiae 1758. 8. Plenior trium illorum dialogorum eſt editio, quam ille idem *Fiſcherus* iterum curauit, animaduerſionibusque criticis et grammatico indice egregio ornauit, Lipſ. 1766. mai. 8. Contulit enim non ſolum ſuperiores Aeſchinis; ſed etiam primas Platonis edd. et Stobaeum, aliaque habuit ſubſidia, e quibus, interdum quoque de coniectura, textum integritati ſuae reſtitueret. Addidit et veterum teſtimonia et fragmenta Aeſchinis aucta. Praeterea in praefatione de recentionibus et latinis interpretationibus intelligenter docteque diſſerit. Denuo idem V. C. recenſuit tres dialogos, emendauit, vberius explicuit, indicemque egregium adiecit Lipſiae, 1786. mai. 8. — Quartum, omiſſis animaduerſionibus, ſed ſubiectis fragmentis et indice pleniſſimo, e ſua recenſione edidit idem *Fiſcher*. Miſeni. 1788. mai. 8. — Germanice verſi ſunt

dialogi

dialogi. Lipſiae 1779. 8. et a Schulteſio in Bibliothek der griechiſchen Philoſophen. vol. III. n. 2. Turic. 1779. 8. etc.

4. Et ob ſcribendi rationem, quae popularis, pura, ſimplex, dialogisque apta eſt, et ob morum praecepta, quae ſunt egregia, lectio illorum dialogorum iam pubi ſcholaſticae eſt commendanda.

5. Fabric. B. G. Libr. II. cap. 24. n. 31. vol. II. pag. 691. ſqq. *Diogen. Laert.* Libr. II. ſect. 60. ſqq. *Bruckeri* hiſt. philoſoph. crit. T. I. pag. 574. ſqq. *Leuſchneri* ep. ſuper loco Aeſchinis ſocratici e dialogo περὶ ἀρετῆς etc. Hirſchberg.

§. 56.

THVCYDIDES.

1. Natus Olymp. LXXVII. 2. ante Chriſt. natum 469, *Larcher* tamen in Chronologia Herodotea ex *A. Gellio* A. N. lib. XV. cap. 23. colligit, Thucidydem natum eſſe vere a. periodi iulianae 4243. ante C. N. 471. Olymp. LXXVII. 1. V. C. 283. Quanto mortuus ſit, haud conſtat: Dodwell, argumentis vero haud omnino firmis, efficere et probare ſtuduit, eum annum LXXX. attigiſſe.

2. Athenienſis, Olori ſ. Oroli filius, Anaxagorae philoſophi, (quod tamen alii negant,) certe Antiphontis prioris, Rhamnuſii, oratoris diſcipulus. Poſt praeturam ad Amphipolin male geſtam, patria annos viginti exſulauit, et Scapteſulam, Thraciae ciuitatem, ſe contulit; vnde vxorem duxerat valde locupletem: et magnam opum

opum partem in colligendo ad componendam de bello Peloponnesiaco historiam adparatu consumsit. Nam vt a ducibus vtriusque partis et Atheniensibus et Lacedaemoniis rerum veritatem acciperet, nullis pepercit largitionibus. In patriam demum reuocatus est: at num Athenis, an in Thracia vita defunctus sit, haud liquet.

3. Conscripsit historiam belli Peloponnesiaci, quod per XXVII. annos durauit, ab bello inter Corinthios et Corcyraeos, quod septem annis Peloponnesiacum antecessit, vsque ad annum belli memorati vicesimum. Historiam postremorum belli annorum suppleuerunt Cratippus, Theopompus et Xenophon. Vulgo in VIII. libros distributa est Thucydidis historia: liber tamen octauus, qui sublimi et elaborato dicendi genere a superioribus aliquid remisisset, a nonnullis alii cuidam tributus est; a Marcellino autem aliisque Thucydidi, iam morbo laboranti et languido, vindicatus.

4. Editionem, quae et voluntati sagaciorum criticorum, et praestantiae atque dignitati historici nostri vel maximam partem respondeat, nondum habemus; a Baueri tamen eruditione atque diligentia editionem prioribus meliorem exspectare atque sperare fas est. Princeps vero est *Aldina*, Venet. 1502. fol. anno post Aldus separatim edidit scholia cum Xenophontis Hellenicis, Georgio Gemisto et Herodiano. — apud Bernard. Iuntam, Florent. 1506. et 1526. fol. gr. cum scholiis. — cum castigationibus *Ioachimi Cemerarii*, qui ex MSto Basileensi tum textum, tum scholia emendauit, graece Basileae, ex officina Herwag. 1540. fol. — *Henricus Stephanus* bis de Thucydide meritus

meritus eſt; primum graece edidit eum cum ſcholiis emendatioribus 1564. fol. tum emendatius ex fide MSS. codd. cum Vallae verſione correcta, vita Thucydidis, auctore Marcellino, et Dauidis Chytraei Chronologia etc. 1588. fol. — repetita eſt poſterior edit. ab *Aemilio Porto* cum ſui patris Franciſci Porti animaduerſion. Francof. apud Wechel. 1594. fol. Stephanianam ſecundam quoque expreſſit *Io. Hudſon*, qui varias lectiones ex ſuperioribus edd. et MSStis, item Stephani, Palmerii ſuasque animaduerſiones aliaque ad ornandum et interpretandum hiſtoricum adiecit, et ſplendide, nec tamen vbique ſatis diligenter et adcurate, edidit *Thucydidem*, Oxoniae 1696. fol. — Hudſonian. editionem, variis acceſſionibus ornatam recudendam curauit Dukerus; — cum adnotationibus integris Henrici Stephani, et Io. Hudſoni. Recenſuit et ſuas notas addidit *Ioſeph Waſſe.* Editionem curauit ſuasque animaduerſiones adiecit *Carol. Andreas Duckerus*, cum variis diſſertationibus, MStorum (n. Pariſini, Danici, Caſſelani, Vltraiectini, Baſileenſis) collatione, et indicibus nouis locupletiſſimis, Amſtel. 1731. fol. Io. Gramm Hafnia miſit emendationes ſcholiorum, ſed priſcas editt. praeter Baſileenſem non conſuluit editor. (Critici multa deſiderant in hac alias venuſta et praeſtanti editione), quae tamen repetita eſt Glasgou. 1758. octo voll. 8. et, textu tamen, ſcholiis, et notis (interdum auctis,) minus commode diſperſis, Biponti, 1788. et 1789. VI. voll. 8. — cum variis lectionibus codd. Vindobon. aliorumque, cum locis Thucydidis a Stobaeo collectis et e codice Vindobon. exſcriptis et cum indicibus, graece ad editionem Duckeri,

Duckeri, curante *Altero*, Viennae. 1785. II. tom. 8. — Melior lux et ſinceritati contextus et vero interpretationi oriri videtur in editione, quam inceperat *I. Chr. Gottleber* et poſt eius mortem perficiet *Carol. Ludou. Bauer. Thuc - - ad edit. Andr. Duckeri cum omnibus auctariis recuſi: acceſſerunt variae lectiones duorum codicum, animaduerſiones I. Chriſtoph. Gottleberi — coeptum opus perfecit, ſuas notas adiecit, indicem Duckeri et gloſſarium Gottleberi auxit M. C. L. Bauer. ſcholae ad Hirſchbergam rector.* Lipſiae 1790. 4. gr. et lat. vol. I. qui continet quinque Thuc. libros cum ſcholiis, Duckeri, Gottleberi, Baueri et reliquorum ſuperiorum editorum notis ſubiectis. — In vſum ſcholarum commodam editionem incepit parare cl. *Bredenkamp*, Subrector, cuius pars I. prodiit gr. Bemae 1791. 8. — Platonis Menexenus et *Periclis Thucydidei oratio funebris.* Recenſuit et animaduerſionibus illuſtrauit *I. Chr. Gottleber*, collegii prouincialis Miſenienſis Rector. Lipſiae 1782. mai. 8. — *Thucydidis*, Platonis et Lyſiae orationes funebres gr. cum notis et obſeru. angl. Oxon. 1746. 8. — Thucydidis orationes cum animaduers. egregiis edidit *Car. Lud. Bauer*, Lipſ. 1759. 8.

5. Fidus eſt hiſtoricus, grauis, ſubtilis, et acutus. Poſt Herodotum ille omnes dicendi artificio, vt ait *Cicero* de Orat. II. cap. 13. facile vicit: qui ita creber eſt rerum frequentia, vt verborum prope numerum ſententiarum numero conſequatur; ita porro verbis aptus et preſſus, vt neſcias, vtrum res oratione, an verba ſententiis illuſtrentur. Tanta in illius verbis eſt ſuauitas et elegantia, vt atticismi quaſi norma habeatur:

eiusque hiſtorias Demoſthenes octies manu ſua deſcripſit. At propter conciſum ſcribendi genus eſt difficilis et obſcurus ſcriptor. Hinc *Cicero* Orat. cap. 9. §. 30. vbi de illo fuſius diſſerit, eum oratorum numero eximit, eiusque conciones, quas ad oſtentandam eloquentiam finxit, multas habere ſcribit obſcuras abditasque ſententias, vix vt intelligantur, quod eſt in oratione ciuili vitium vel maximum. Durius de illo et iniquius iudicium tulit Dionyſius Halicarn. Adde *Quinctil.* X. 1. 33. 73. ſq. 101. IX. 4. 16.

6. *Fabric.* B. Gr. Libr. II. c. 25. vol. II. pag. 721. ſqq. vbi plura adtuli. — *Io. Grammii* Caſtigationes et ſcholia in Thucydidis libros, diſp. Hafniae 1721. 1722. — Incerti cuiusdam Britanni Obſſ. in Miſcell. Obſeru. Vol. II. Tom. I. et II. — *H.* h. e. *Frider. Ludou. Abreſchii* in Thucyd. animaduerſiones in Miſcell. Obſeru. Vol. III. Tom. I. et II. *Eiusdem* dilucidationes Thucydideae II. part. Traiecti ad Rhen. 1753. et 1755. *eiusque* auctuarium dilucid. in Animadu. ad Aeſchylum Zwollae 1763. a pag. 213. ſqq. cum quo quidem ſaepe res eſt et certamen Bauero in notis ad orationes. — *I. Iac. Reiskius* in Animaduerſ. ad Graecos auctores Vol. III. Lipſ. 1761. 8. multa in textu noſtri corrigit: idem Orationes Thucydideas in linguam theotiscam ſingulari ſcribendi ratione transtulit. — Diligenter curateque in linguam transtulit vernaculam Thucydidem et obſeruationibus criticis illuſtrauit *Io. Dau. Heilmann.* Lemg. 1759. 8. idem de notatione Thucydidis et ſcribendi genere ſollerter atque intelligenter egit, et locis quibusdam luxatis medicam adtulit manum in Kritiſchen Gedanken von dem Chara-

Character vnd der Schreibart des Thucydides, Lemg. 1758. 4. rec. in eius Opusc. vol. II. Jen. 1778. 8. — Italica versio cum notis eruditis prodiit Romae, tom. I. 1789. tom. II. 1790. 4. — *Car. Frid. Bauer* in Exercitatione de lectione Thucydidis optima interpretandi disciplina, Lipf. 1753. 4. praestantissimum intelligentiae studiique dedit specimen. *Aug. Matthiae* dedit obseruatt. in Thucyd. librum primum in Magazin für öffentliche Schulen etc. vol. I. part. II. Bremae 1790. 8. pag. 423. sqq. etc.

7. Addi possunt *Ephorus*, Cumaeus historicus, Isocratis discipulus, *Diyllus*, Atheniensis, qui Ephori historiam ad Philippi vsque obitum continuauit, (alibi notatis adde *Casaubon.* ad Diogen. Laert. V. 76. Burmann ad Vales. Emend. pag 228. qui plures laudat,) *Psaon* (cuius nomen saepe corruptum et *Saon* exaratum est,) Plataeensis, circa tempora Agathoclis, qui *Diylli* historiam continuauit, *Nymphodorus*, Syracusanus, historicus vetustissimus, incertae aetatis, de quo v. *Mongitor* in biblioth. Sicula tom. II. pag. 104. et quae ego de illo et reliquis memoratis aliisque notaui ad Fabricii B. Gr. vol. II. pag. 348. sqq. et pag. 744. — Huc quoque referri possunt *Mythaecus*, sophista, poeta, grammaticus et bonus coquus, Syracusanus, flor. Olymp. LXXXX. (v. *Mongitor.* B. Sic. II. pag. 83. sq.) *Nicias*, Syracusanus orator, Lysiae praeceptor fuisse dicitur, (*Mongit.* l. c. pag. 85. coll. tamen *Tayloro* in Lysiae vita pag. 110. ed. Reiske, not. 15.) *Nicolaus*, Syracusanus, orator, Olymp. XCI. (*Mongit.* l. m. pag. 85.) etc.

§. 57.

AGATHON.

Secundum *Hambergerum* clar. A. M. 3568. a C. N. 416. mort. ante A. M. 3579. a Ch. 405. Secundum *Saxium* floruit circiter A. O. C. 3585. Olymp. CX. 1. ante C. N. 418. V. C. 334. Poeta fuit tragicus et comicus: fragmenta pauca comoediarum reperiuntur gr. et lat. in Hug. Grotii Excerptis ex Trag. et com. gr. pag. 436. Conf. *Fabric.* B. G. Vol. I. Libr. II. cap. 19. vol. II. pag. 281.

§. 58.

ANDOCIDES.

1. Natus Olymp. LXXVIII. 1. ante C. N. 467. Superstes adhuc fuit post. Olymp. XCV. ante C. N. 396. post liberatam auctore Thrasybulo rempublicam.

2. Atheniensis, Leogarae filius. Orator, et homo turbulentus. In bello inter Corinthios et Corcyraeos gesto praefuit copiis Atheniensium auxiliaribus. In exilio demum mortuus est.

3. Quatuor orationes sunt superstites: de quarumdam tamen fide dubitatum fuit: sed vide *Ruhnken* in Historia critica oratorum graecorum Rutilio praemissa pag. XLIX. sqq. Quartae orationis Κατ' Ἀλκιβιάδε verus auctor habetur *Phaeax.* v. Acta erud. 1741. pag. 497. ex *Taylori* Lectionibus Lysiacis vbi cap. V. et VI. de Andocide copiose agitur.

4. Sunt

4. Sunt in collectionibus oratorum graecorum Aldina, Stephaniana, Wecheliana et Reiskiana Vol. IV. a pag. 275.

5. Demoſtheni et Lyſiae multùm cedit; ad hiſtoriam vero graecam cognoſcendam vtilis eſt.

6. *Fabric.* B. Gr. Libr II. cap. 26. n. 3. *Io. Gottfried Hauptmanni* libellus de Andocide, Oratore graeco, in Reiskii orat. graec. Vol. VIII. pag. 535. ſqq.

§. 59.

LYSIAS.

1. Natus Olymp. LXXX. 2. ante Ch. N. 458. denatus Olymp. C. 2. vel 3. ante C. N. circ. 378. annos natus 80. vel. 81.

2. Athenienſis, patrem habuit Cephalum, Syracuſanum, qui Athenas commigrauerat, hominem diuitem. Noſter vero, Athenienſibus Sybarin, ad ſinum Tarentinum in magna Graecia ſitam, ſiue Thurios coloniam deducturis, ſe colonis adiunxit hereditatis adeundae gratia. In noua vrbe condita Lyſias XXXII. annos commoratus, poſtquam Tiſia*) atque Nicia, rhetoribus Syracuſanis, vſus eſt magiſtris, rebus Athenienſium in Sicilia fractis, ſolum vetere cogitur, et Olymp. XCII. 1. in patriam reuertitur. Reditus eius in ſummas reipublicae turbas et miſerias incidit, et captis a

 Lyſan-

*) *Corax*, circa Olymp. LXXVI. et *Tiſias*, eius diſcipulus, vterque Siculus, primum artem et praecepta orandi conſcripſiſſe feruntur. vide *Quinctil.* I. O. lib. II. 17, 7. lib. III. 1, 8. *Taylor* in vita Lyſiae pag. 110. ed. Reiskii not. 15.

Lyſandro Athenis, a tyrannis vero multis ciuibus interfectis, Lyſias fuga vitam ſeruat. Thraſybulum vero ceterosque patriae libertatis vindices militibus et pecunia iuuat, atque poſt reditum tyrannidemque ſublatam hoſtes patriae orationibus perſequitur. Opera Thraſybuli per plebiſcitum ciuitatem quidem impetrauit; quod autem antea hac de re ad Senatum non relatum fuit, ſpe ciuitatis depulſus, reliquum vitae tamquam *ἰσοτελὴς*, inquilinus, h. e. in eo gradu egit, qui proxime infra ciuem cenſeretur. Orationes in ſenectute demum exaraſſe videtur: paucas vero ipſe in curia aut in concione dixit contra aliis plurimas ſcripſit: artem quoque dicendi profeſſus eſſe dicitur apud *Ciceron.* Brut. 48. Ad *Lyſiam* Sophiſtam, ab oratore noſtro diſtinguendum, pertinere videntur Epiſtolae amatoriae et *λόγος ἐρωτικὸς* in Platonis Phaedro.

3. Vltra ducentas orationes ab ipſo conſcriptas antiquitas habuit: noſtra vero aetas XXXXIIII. tantum ab interitu ſeruatas legere poteſt.

4. Primum illas edidit *Aldus Manutius*, ex pluribus forſan MSStis collatis, cum Aeſchine, Antiphonte etc. Venet. 1513. fol. — dein *Henr. Stephan.* 1575. in fol. vſum ſe eſſe ſcribit codicibus, quorum varietatem ad oram paginae adnotabat. Ingenio tamen atque hariolationibus eum interdum indulſiſſe, conſtat. — cum verſione *Iodoci van der Heiden* e recenſione et cum notis *Andreae Schotti*, Antwerpienſis, e. S. I. Hanou. 1615. 8. Textus Stephanianus coniecturis Schotti contaminatus eſt: — haec tamen editio ſine notis Schotti repetita eſt cura *I. Burckhardi Maii*, Marburgi Cattorum 1683. 8. — Splendido veſtitu

ornauit

ornauit et multiplici eruditionis copia atque adparatu inſtruxit Lyſiam *I. Taylor*, qui orationes et fragmenta graece et latine edidit, ad fidem codd. MSStorum recenſuit, notisque criticis, interpretatione noua ceteroque adparatu donauit, et Ier. Marklandi addidit coniecturas, Londin. 1739. 4.*) Baſis quidem eſt ed. Stephaniana, ita tamen, vt meliorem, quae ſibi videbatur, lectionem e codd. ſaepius reciperet, aut ſuas aliquoties admitteret coniecturas. In praefatione de fatis orationum, interpretationibus aut de ſingularum omniumue orationum ſua aeque ac ſuperioribus diſſerit editionibus. Addidit Lyſiae vitam, in qua omnem fere conditionis reipublicae Athenienſis tunc triſtis hiſtoriam, cuius cognitio ad Lyſiae intelligentiam neceſſaria eſt, diligenter expoſuit: ſequuntur vitae Lyſiae a Dionyſio Halicarn. et Photio conſcriptae et notis illuſtratae: tum teſtimonia veterum; porro *lectiones Lyſiacae*, in quibus non ſolum Lyſias, ſed multi quoque ſcriptores et capita antiquitatis ac iurisprudentiae Atticae copioſe explicantur. — Idem *Taylor* in vſum iuuentutis edidit Lyſiae orationes graece et latine cum verſione ſua correcta et breuibus notis, ex maiori exemplo ſumtis et contractis; indicem vero Atticum adiecit et varias, licet leues, lectiones ex cod. Veneto deſcriptas, Cantabrigiae 1740. 8. — Maiorem et minorem Taylori editiones, non quidem aeque nitide et ſplendide; at multo commodius ad vſum lectorum et multis ornamentis mactatam recudi fecit *I. Iac. Reiske* in Oratorum Graecorum Vol.

*) Conf. longam doctamque cenſuram in Actis erudit. Lipſ. m. Sept. 1741. pag. 481. ſqq.

V. et VI. Lipſiae 1772. 8. Is vero Taylorianum exemplum ſaepius ſiue ad codd. MSStorum auctoritatem adcommodauit, ſiue ad principis Aldinae ed. fidem reformauit, ſiue ex ingenio, quo in emendando ſuſpicandoque abundauit et audax fuit, correxit. Interpretationem Taylorianam hiulcam et minus latinam abiecit, ſuamque ſubſtituit. Vitam Lyſiae ad Dionyſio Halicarn. conſcriptam ſuis praeterea et *Matthaei* animaduerſionibus auxit. Denique libellum variarum lectionum a Tayloro et Reiskio ex MSStis collectarum et indices tam Taylorianos quam ſuos addidit. Totum igitur reddidit Lyſiam Taylorianum, ſed meliorem et inſigniter auctum. In praefatione agit de codd. MSStis Lyſiacis. Separatim quoque Lyſiam ſuum typis deſcribendum curauit. — graece et lat. cum verſione noua triplici indice, variis lection. et notis edidit *Athanas. Auger.* Paris 1783. med. 8. II. tom. conf. cenſuram in ephem. litt. Gotting. 1783. nr. 181. pag. 1821. et Neuen Leipz. gelehrt. Zeitungen 1785. plag. 60. — *Lyſiae* orat. funebrem dedi et explicui in Anthol. graeca proſaica. — De ed. illius orationis Oxon. vide ad Thucydidem. — Gallice vertit Lyſiae oratt. *Auger.* Paris 1781. mai. 8. — easdem cum Iſocrateis oration. in anglicum transtulit ſermonem *I. Gillies.* Londin. 1778. mai. 4. —

5. Suauis, ſubtilis, ac diſertus orator et attice venuſtiſſimus eſt Lyſias, quem a perfecto oratore parum abeſſe, iudicat Cicero in Bruto c. 17. Vi tamen, arte, ingenio et eloquentia cedit Demoſtheni: puro fonti, quam magno flumini propior. Antitheſes praeter ea crebriores, duriorem quam-

quamdam membrorum ſtructuram, et dialectum, quae priſcam ſeueritatem paullulum flectebat, recentiorem, dictionis denique breuitatem et ratiociniorum vincula valde amat. Caecilius apud *Longin.* de Sublim. c. 32. p. 74. Lyſiam anteponit Platoni.

6. *Mongitor* B. Sic. h. v. pag. 25. *Fabric.* B. G. Libr. II. cap. 26. n. IV. *Reiskius* in Animaduerſ. ad Graecos auctores Vol. II. tractauit Lyſiam, ſed in edit. ſua neque lectiones has ſuas multum curauit, nec retractauit. I. E. emendatio Io. Meurſii in oratione Lyſiae reiecta etc. in Miſcell. Obſſ. Vol. II. tom. 3. *Paulli Schaffshauſii* diſſ. epiſtol. de inſignibus Taylori in Lyſiam oratorem meritis etc. Hamburgi 1741. 4.

§. 60.

THEOPHILVS.

Medicus Epidaurius et poeta comicus, cuius aetas incidit in vltimam Euripidis ſenectutem, circiter A. O. C. 3595. Olymp. XCII. 3. ante Ch. N. 408 V. C. 344. Fragmenta quaedam reperiuntur in ſententiis vett. Comic. Paris. 1553. 8. pag. 125. et Hertelii ſententiis L. Comic. Baſil. 1560. 8. pag. 677. et Grotii Excerptis pag. 706. v. *Fabric.* B. G. Libr. II. cap. 22. vol. II. pag. 500.

§. 61.

PHILISTION.

Ad eamdem aetatem hunc poetam comicum et mimicum refert *Saxius*; *Hambergerus* vero in

Zuverl. Nachrichten etc. Part. I. pag. 570. ad aetatem Caesaris Octauiani. Pauci, qui non periere cum ceteris, versus reperiuntur in Menandri et *Philistionis* *) sententiis comparatis, graece, cum notis Nic. Rigaltii, Paris. Rob. Steph. 1613. 8. et ad calcem variarum lectionum Iani Rutgersii, Lugd. Bat. 1618. 4. Amstel. 1654. 4. Conf. *Fabricii* B. Gr. Libr. II. cap. 22. vol. II. pag. 480. sq.

§. 62.

CHAEREMON.

Vixit, Philippo in Macedonia regnante, poeta tragicus: cuius fragmenta collegit Grotius in Excerpt. com. gr. pag. 844. v. *Fabric.* B. Gr. Libr. II. cap. 19. vol. II. pag. 292.

§. 63.

ANTIPHANES.

Floruit hic mediae comoediae poeta secundum *Hambergerum* circiter ante C. N. 336. secundum *Saxium* circiter A. O. C. 3597. Olymp. XCIII. 1. ante C. N. 406. V. C. 346. temporibus certe Macedonicis Philippi Amyntiadae, aetate Demosthenis: et senex iuuenem Alexandrum iam regem vidit, cui quidem quamdam suam comoediam legit, sed parum placuit, vid. Athenaeum Libr. XIII. init.

*) Sed legendum est *Philemonis:* nil enim pertinet ad Philistionem. v. *Burmanni* II. not. ad Valesii Emendatt. II. 6. pag. 54.

init. Alii Rhodium, alii Smyrnaeum fuiſſe illum tradunt. Ab elegantia ſtili laudatur. Reliquias eius inuenies in ſententiis vet. com. Paris. 1553. p. 96. — in ſent. Hertel. pag. 448. in H. Grotii Excerptis e Com. gr. pag. 600. multo plures autem collegit, ſciteque explicuit *Petrus Henr. Koppiers* in Obſeruatis Philologicis, Lugd. Batau. 1771. 8. a pag. 1 — 58. Conf. *Fabricii* B. Gr. Libr. II. cap. 22. vol. II. pag. 414. ſqq. Les vies des poetes grecs — par le *Févre* p. 127. ſqq.

§. 64.

ISOCRATES.

1. Floruit circiter A. O. C. 3601. Olymp. XCIV. 1. ante Ch. N. 402. V. C. 350. Natus Olymp. LXXXVI. 1. obiit centenarius propemodum, Olymp. CX. 3. Platonis et Lyſiae fere aequalis.

2. Athenienſis, Theodori filius, qui, licet re familiari mediocri conſtitutus, filium liberaliter educauit. Praeceptoribus vſus eſt Prodico Ceo, Gorgia Leontino, Syracuſano Tiſia, et, ſecundum quosdam, Theramene Rhetore. Aetate prouectus a muneribus reipublicae abſtinuit, et eloquentiae docendae, quae illi valde fructuoſa fuit et quaeſtuoſa, operam ac diligentiam addixit: docuit enim mercede drachmarum mille, et numerus diſcipulorum ſubinde ad centum vsque excreuit. Hinc, quod bene numatus fuit, τριηράρχȣ negotium ſuſcipere Athenis, nec paruos facere ſumtus coactus eſt. Primum vero apud Chios, deinde Athenis ludum aperuit, e quo, vt *Cicero* de

de Orat. II. 22. ait, tamquam ex equo Troiano meri principes exierunt, et domus eius officina habita eloquentiae eſt. (*Cicer.* Orat. cap. 13.) Doctrina autem ſuperiores rhetores vicit, et diſcipulos primus docuit, in ſoluta oratione modum et numerum quemdam ſeruare. Luce tamen forenſi caruit, (h. e.conciones iudiciales nullas habuit,) intraque priuatos parietes ſummam aluit gloriam, tradente *Cicerone* in Bruto cap. 8 conf. *Valkenar.* ad Eurip. Hippolyt. pag. 269. A timiditatis autem crimine eum bene defendit *Schirachius* §. 6. diſput. infra memorandae. In ludis enim olympiacis habuit orationem Panegyricam. Tandem, nuntio cladis Athenienſium in proelio apud Chaeroneam adlato, fame mortem ſibi accelerauit. Diſcernendus autem eſt a noſtro *Iſorates* Apolloniates Ponticus, vel Heracleotes, Amyclae filius, noſtri oratoris diſcipulus et in arte rhetorica docenda ſucceſſor.

3. Plutarchi tempore circumferebantur orationes LX, quae quidem non omnes genuinae habitae ſunt. Photius vero cod. 159. teſtatur, ſe tantum XXI. legiſſe, qui idem eſt numerus noſtra aetate orationum Iſocraticarum. Epiſtolae autem decem ad noſtram ſeruatae ſunt aetatem. Artem quoque rhetoricam ab illo conſcriptam fuiſſe, valde probabile eſt. Mitto Tzetzen, cuius teſtimonia profert I. A. Fabric. loco memorando, qui locupletiorem teſtem habeam Quinctilianum. Hinc enim I. O. Libr. III. 1. 14. *Iſocratis*, inquit, *praeſtantiſſimi diſcipuli fuerunt in omni ſtudiorum genere: eo iam ſeniore, (octauum enim et nonageſimum impleuit annum,) pomeridianis ſcholis Ariſtoteles praecipere artem oratoriam coepit.* — Ars eſt vtriusque,

ſed

ſed pluribus eam libris Ariſtoteles complexus eſt. Artem vero Quinct. II. 14. 5. nominat, *quae diſciplina percipi debet.* Robur quoddam accipere videtur haec ſententia a verbis *Ciceronis* in Epiſt. ad diuerſos I. ep. 9., 67. *Scripſi,* inquit ille, *Ariſtoteleo more — tres libros in diſputatione ac dialogo de oratore: — abhorrent enim a communibus praeceptis ac omnem antiquorum* Ariſtoteleam et Iſocrateam *rationem oratoriam complectuntur.* Quum enim Ariſtoteles nullas ſcripſiſſet orationes, ſed rhetoricam: colligitur, ſub *ratione oratoria* h. l. intelligi artem rhetoricam, atque Iſocratem eiusmodi conſcripſiſſe aut ſuis diſcipulis dictaſſe praecepta. Quae quoniam forte minus acuta plenaque fuerunt, quam Ariſtotelea, haec vero maiorem conſequuta ſunt auctoritatem: facile accidere potuit, vt Iſocratis, ſicut plurium Graecorum praecepta rhetorica, neglecta, memoria manibusque hominum exciderent, et forſan iam multis abhinc ſaeculis perirent. Meam ſententiam fulcit quoque locus apud *Plutarchum* in vita Demoſthenis pag. 699. vol. IV. Opp. edit Reiskii, vbi dicitur Demoſthenes a Callia Syracuſano et nonnullis aliis clam accepiſſe et conſideraſſe (Καταμαθεῖν) τὰς Ισοκράτους τέχνας καὶ τὰς Αλκιδάμαντος. artes illae fuerint ab Iſocrate ſiue ipſo ſcriptae, ſiue cum diſcipulis ſuis communicatae: in manibus tamen plurium hominum eas fuiſſe, fit credibile.

¶ 4. Plenam et adcurate criticam orationum Iſocraticarum recenſionem nondum habemus. Ad Fabricii tamen B. Gr. copioſius perſequutus ſum hiſtoriam editionum, et ſingularium quarumdam orationum permultas enumeraui editiones, quas omnes vt hic repetam, haud neceſſarium eſſe iudico

dico. Praecipuarum tamen editionum notitiam criticam dedit. ven. *Morus* in prolegomenis ad ſuam Panegyrici editionem. Primum, idque diligenter et emendate editus eſt *Iſocrates* Mediolani curante *Demetrio Chalcondyla* 1493. fol. quae editio poſterioribus editoribus parum cognita fuit. De qua edit. vide ad *Heſiodum* in Fabricii B. Gr. vol. I. pag. 596. Epiſtolae non inſunt. — Deinde Venetiis apud *Aldum*, cuius lectiones ex alio cod. hauſtae, interdum diſcrepant a Mediolan. edit. et eſt fundus reliquarum editionum, 1513. et 1534. cum Alcidamantis, Gorgiae et Ariſtidis quibusdam ac Lexico Harpocrationis. — Edit. Hagonoenſis ex officina Seceriana 1533. 8. eſt repetitio exemplaris Aldini. — Graec. Baſil. 1550. 8. — *Hieronymi Wolfii* merita in Iſocratem ſunt haud contemnenda. Primum Baſileae 1548. apud Oporinum edidit verſionem latinam Iſocratis; poſtea correxit et paene mutauit eam, et cum textu graeco primum dedit 1551. mutato orationum ordine, et adiectis epiſtolis. — Saepius autem minor Wolfii editio commentario deſtituta, typis deſcripta eſt Baſileenſibus, vti apud Fabricium videre licet, et gr. 1558. 1571. 1587. etc. 8. Cum commentario ſaepe nugaci, in quo res plane alienae tractantur, prodiit Baſil. 1570 fol. Plures edd. (praeter Mediolanenſem) contulit, e cod. Fuggeriano multas lectiones adtulit, multasque caſtigationes et coniecturas, futuro editori perpendendas, ſuppeditauit; at in textu quoque frequenter correxit e coniectura, et contra editiones antiquas abuſus eſt apoſtrophis. — Adde duas Baſileenſes, per Thomam Guarinum 1565. 8. graece, vbi quidem in fronte promittuntur Iſocra-

Iſocratis orationes partim doctorum virorum opera, partim meliorum exemplarium collatione, nunc demum multo quam antea emendatiores excuſae: ſed maximam partem ex Aldino exemplo duxiſſe videtur editio, nec pauci irrepſerunt operarum errores, qui vero in poſteriore Baſileenſi 1579. 8. priori alias omnino ſimili, maximam partem ſublati ſunt. In margine Wolfianae coniecturae ſaepius indicantur. — Nouam inſtituit recenſionem *H. Stephanus*, qui Iſocratis orationes et epiſtolas (IX.) cum H. Wolfii interpretatione nitide foras dedit. Accedunt *H. Steph.* in Iſocratem diatribae VII. quarum vna obſeruationes Harpocrationis in eumdem examinat; *Gorgias* de Raptu Helenae, et *Ariſtidis* Panathenaicus et in Romam oratio etc. Guil. Cantero interprete. 1593. fol. Wolfiana recenſione interdum relicta, Aldinam ſeruauit lectionem, quaedam habet quoque ſingularia. — *Iſocr.* orationes et epiſtolae. editio poſtrema, (ſine praefat. editoris; at ex Wolfiano exemplo repetita: praemittitur Hier. Wolfii diatr. de vita Iſocratis et orationum eius diuiſione,) Londini apud hered. Io. Norton et Io. Bill. 1615. 8. graece. — Eaedem orr. atque epiſtolae gr. cum interpretatione lat. interlin. cura *I. T. P.* Paris. 1621. 8. — *Iſocr.* quatuor oratt. gr. acc. Gnomae monoſtichae ex diuerſis poetis. Francof. ap. Io. Wechel. 1585. 8. — Meliorem recenſionem dare potuiſſet *Guil. Battie*, ſi ſubſidia, quae habuit, ſcitius vſus, et ſagaciores ſuos populares, de Graecis auctoribus meritos, cautius imitatus fuiſſet. At Mediolanenſe exemplar ad manum ipſi non fuiſſe videtur; ſed expreſſit Wolfiano Oporinianum: paucas Wolfii notas, et lectiones

ctiones varias ex Ald. et Stephan. edd. et ex quinque Oxonienſibus duobusque Harleianis codd. excerptas hiſtoricis ſuis animaduerſionibus adiecit: nouam vero ſubminiſtrauit verſionem: edidit vero *Battie* Orationes VII. et epiſtolas (IX.) Cantabr. 1729. 8. ſecundis curis, Londin. Vol. I. 1749. 8. quo anno etiam Vol. II. quod Orationes XIV. complectitur, lucem adſpexit, duoque voll. coniunctim edita et inſcripta ſunt: *Iſocr. Opera*, quae quidem nunc exſtant, omnia. Varias lectiones, verſionem nouam, ac notas adiunxit *Guilielm. Battie*: at criticorum deſiderio non ſatisfecit. v. Ephemer. Lips. litter. 1749. p. 361. — *Iſocratis Opera omnia*, gr. et lat. cum verſione noua, triplici indice, variantibus lectionibus et notis edidit *Athan. Auger*. Paris. 1782. mai. 8. et 4. III. voll. Addidit quoque epiſtolam ad Archidamum. Nitida eſt editio: at, quamquam textus eſt emendatior, et noua quodammodo recenſio; errorum tamen typographicorum magna eſt copia. Multos codices et omnes antiquas editiones conſuluit. At editio Mediolanenſis antiquiſſima in octonis, quam tamquam hucusque incognitam laudauit, et quae conſonat cum principe Mediolanenſi in forma maxima, eſt figmentum et circumciſum exemplum maioris illius editionis. v. programma Catalogo Ducis de la Valliere, tom. I. Paris. 1783. 8. praemiſſum pag. 21. ſq. Notae Augeri ſunt vt plurimum vtiles et doctae; ſed ex hiſtoria debuerat crebrius eruditiusque explicari Iſocrates, et cenſor huius editionis in ephemeridibus Lipſiens. litter. a. 1785. plag. 15. multa grauiter culpat. — Idem doctiſſimus *Auger* gallice vertit *Iſocratis* opera, Paris. 1781. mai. 8. III. voll. et paullo ante edide-

ediderat Penſées morales d' Iſocrate, extractes de ſes Oeuvres, et traduites par Mr. l' Abbé *Auger*. Paris. 1782. 12. Comparauit vero libellum ad Demonicum cum Epicteto, et in notis ſententias Iſocratis exemplis ex hiſtoria tum antiquiore tum recentiore ſumtis illuſtrauit. Separatim vero quaedam orationes et epiſtolae publicatae ſunt. de quibus vide *Fabricii* B. Gr. l. m, et quae adſcripſi. Memorabimus edit. epiſtolarum Paris. 1557. 4. cum epiſtolis Demoſthenis, Aeſchinis, Platonis et Bruti. — tum ad calcem Phraſeologiae Iſocrateae Mich. Neandri, Baſil. 1558. 8. Moſcoquienſem a Matthaei curatam iam ſupra §. vltimo Prolegomenorum circa finem indicauimus. — Epiſtolam ad Archidamum, Lacedaemoniorum regem, ſeorſum publicauit *Io. Dau. Koehler*, Witteb. 1706. 4.

Orationes ad Demonicum, de regno ad Nicoclem, et Nicocles in vſum ſcholarum frequenter editae ſunt, aut Plutarcho de educatione puerorum adiunctae. Eas cum Plutarcho *Io. Chriſtian Clemann* notis theotiscis illuſtrauit Hamburgi 1745. 8. — *Anton. Schorus* in edendo atque interpretando *Iſocratis ad Demonicum libello* ſpecimen dare voluit, quomodo ad pleniorem vtriusque linguae cognitionem apte poſſint graeci auctores legi atque explicari. Graece igitur et latine illum libellum vberrimis adiectis animaduerſionibus edidit atque inſcripſit: *de ratione docendae diſcendaeque linguae graece:* cuius libri vtilis multae editiones praelo exierunt: nouiſſima vero eſt huius ſententiae *Antonii Schori liber aureus de ratione docendae diſcendaeque linguae graecae. emendauit et auxit Frid. Wilh. Ion. Dillenius.* Stuttgard, 1780. 8.

8. — Libell. tamen *ad Demonicum* non ad noſtrum oratorem, ſed ad alium Iſocratem iuniorem retulerunt Harpocration, Dionyſius Halicarnaſſeus, *Henr. Stephanus* diatr. 2. et in praefat. ad Iſocratis orationes, *Muretus* in variis lection. lib. I. cap. 1. ed. in 12. et *Facciòlatus* in praefatione ad lib. ab illo editum: *Monita Iſocratea ad priuatorum et principum inſtitutionem*, (gr. et lat. cum animaduerſionibus,) Patauii 1737. mai 8. recuſa cum obſeruationibus et indice locupletiſſimo *Io. Frickii*, Ienae 1764. 8. — *Iſocr. ad Nicoclem oratio, denuo latine vertit notisque illuſtrauit* — proluſionemque de vera ſcriptores claſſicos interpretandi ratione praemiſit *Io. Chr. Frid. Bährens*. Halae Sax. 1787. 8. — Saepe conuerſae ſunt illae orationes in alias linguas: nouiſſime, *Der Sittenlehrer, eine Rede des Iſocrates an den Demonicus, Frey veberſetzt von Io. Iacob Meyer.* Memmingae 1790. 8. — *Von den Pflichten eines Monarchen, an Nicocles, Koenig zu Salamin: aus dem Griechiſchen des Iſocrates — von I. M. Afſprung.* Vlm. 1785. 8. — *Panegyricum*, (in quo elaborando multos annos conſumſit Lyſiae orationem funebrem, quam contuliſſe neminem poenitebit, frequenter imitatus,) recenſuit, ſeparatim edidit et ànimaduerſionibus egregiis, tam grammaticis et criticis, quam hiſtoricis illuſtrauit *Sam. Frid. Nathan. Morus*, Lipſiae 1766. 8. qui exemplar Mediolanenſe conſuluit. Coniecturam de tempore, quo editus videtur Panegyricus, praemiſit, et docte oſtendit, Panegyricum hunc, qui omne tulit punctum et orationum Iſocraticarum eſt corona, ſexto aut ſeptimo anno belli, ab Artaxerxe Mnemone cum Euagora per decem annos geſti,

gesti, editum esse. — Idem vir humanissimus iterum recensuit *Panegyricum*, cod. Bauar. et edit. Augeriana quoque vsus, contextum interdum aliter constituit, et eruditas notas egregrie auxit, Lipsiae 1786. mai 8. Dolendum vero, *Morum*, virum elegantissimum graeceque doctissimum, a proposito omnium Isocraticarum orationum edendarum multis occupationibus fuisse abalienatum. Ceperat tamen consilium totius Isocratis tractandi *M. Christian Godofred. Findeisen*, at hucusque res est in summa exspectatione. — Diu ante ediderat idem *Findeisen* Ισοκρατους Ευαγορου Εγκωμιον *graece e recensione Hieronymi Vuolfii cum varietate lectionis, animaduersionibus et indice verborum graecorum copiosissimo: addita versione Guarini perantiqua.* Lipsiae 1777. 8. — In bibl. Vinar. ducali est exemplar, *Isocr. encom.* gr. et lat. ex interpretat. Hier. Wolfii, Venet. 1566. 4. cui multa adscripta sunt.

5. Concinnitatis pulcrae structurae, periodorum perpetuitatis, et iucunditatis maxime studiosus, auctor figurarum numerique oratorii, ita vt ab Isocratis tempore noua rhetorices ars sit numeranda, perfectus orationis artifex, interdum sublimis, fuit Isocrates et circumducto genere scribendi vsus. Idem tamen nimis anxius et sedulus in elaborandis orationibus fuisse et limam nimis attriuisse videtur. Hinc a veteribus, at saepe immerito, iam notatus est.

6. *Cicero* in Bruto cap. 8. de Orat. II. 2. et aliis locis permultis. — *Quinctil.* X. 1. 79. IX. 3. 74. XII. 10. 22, et 50. atque alibi. *Dionys.* in vita Isocratis. — *Fabric.* B. Gr. libr. II. 26. nr.

V. — *Ruhncken.* in hiſtoria critica orat. graec. pag. LX. In primis commendandae ſunt binae diſſertatt. — *Gottlob Bened. Schirachii* de vita et genere ſcribendi Iſocratis, additis nonnullis ad loca quaedam Iſocratis obſeruationibus, Halae Magdeb. 1765. in quarum altera diſputat. de ſtilo Iſocratis eiusque vituperatoribus ſollerter agit. — *Frid. Gotthilf Freytag*, oratorum et rhetorum graecorum, quibus ſtatuae honoris cauſſa poſitae fuerunt, decas. Lipſiae 1752. pag. 22. ſqq.

§. 65.

ALCIDAMAS.

1. Ex Elaea, Aeolica Aſiae ciuitate, Iſocratis aequalis, et Gorgiae diſcipulus: Rhetor atque orator. Ab eo quidem τέχνην ῥητορικὴν ſcriptam fuiſſe, (quae vero periit,) teſtatur *Plutarchus* in vita Demoſthen. pag. 848. ſ. pag. 699. vol. IV. ed. Reiske, (v. ſupra ad Iſocratem §. 3. fin.) Orationes autem duae exſtant hodie ſub Alcidamantis nomine.

2. Oratio *Vlyſſis contra Palamedem* eſt in collectionibus Oratorum graecorum Aldina, et Stephaniana; — latine translata a *Guil. Cantero* cum Ariſtide, Baſil. 1566. fol. *contra Sophiſtas* eſt cum Iſocrate Aldino 1513. fol. et 1534. vtraque in collect. Reiskiana Vol. VIII. pag. 64. ſqq. qui ad orationem περὶ σοφιστῶν collationem MS. Pariſini accepit.

3. Planus et facilis eſt, raro ſurgit.

4. *Fabric.* B. Gr. Libr. et vol. II. cap. 26.

§. 66.

XENOPHON.

1. Floruit a. O. C. circiter 3604. Olymp. XCIV. 4. ante C. N. 399. V. C. 353. Natus Olymp. LXXII. 3. obiit Olymp. CV. 1. nonaginta annos natus: vt quidem colligitur ex loco Stesiclis apud. *Diog. Laert.* II. 56. Sed res adhuc est nondum expedita certaque.

2. Atheniensis, ex tribu Aegeide, in toga sagoque et litteris clarissimus, belli peritissimus, manu fortis, sagax, temperans, laborum patiens, officiorum verique diligentissimus in vita scriptisque cultor. E schola Socratis, cui perquam iucundus fuit, hausit philosophiae vtilitatem ac subtilitatem et dialogi artem atque suauitatem. Primum stipendium meruit initio belli Peloponnesiaci, et proelio ad Delium commisso atque Atheniensibus funesto interfuit. Socrates vero tunc eius soter fuit: qui Xenophontem ab equo delapsum in humeros recepit, ab hostium vi defendit, et extremo discrimine feliciter eripuit. Xenophon vero, postquam aliquamdiu doctrina et consuetudine Socratis sui fruitus est, a Proxeno Boeotio inuitatus ad Cyrum, Darii filium, contra fratrem suum, Artaxerxem, Persarum regem, bellum meditantem, se contulit circiter quinquaginta annos natus, (vt Charpenterius in praefatione ad orationem de Agesilao, Gallice a se redditam, probasse sibi visus est,*) Cyro autem in pugna, in

 qua

*) Contra Forster in disp. quae est in *Spelmani* interpretatione anglic. Expedit. Cyri, et *Larcher* in praefat. ad versionem Anabaseos versionem statuunt, Xeno-

qua Graeci milites ſtipendiarii pulcerrime ſteterunt, interfecto, et Graecorum praefectis Tiſſapharnis fraude e medio ſublatis, Xenophon ipſe imperium ſuſcepit aliosque, vt idem ſtrenue facerent, excitauit, e mediaque hoſtium regione, infinitis periculis laboribusque perfunctus, Graecos ſuos, hoſtium, locorum, montium altiſſimorum, deſertorum, inopiae tempeſtatumque victores incolumesque in Graeciam reduxit: quam expeditionem, praeſtantiſſimum artis militaris ſpecimen, ipſe pluribus expoſuit in Cyri *ἀναβάσεως* hiſtoria. Is vero exercitum Thymbroni Lacedaemonio, bellum Tiſſapherni et Pharnabazo inferre paranti, tradidit, et cum Ageſilao, Lacedaemoniorum rege, in Aſiam profectus eſt. Inde cum eodem rediit in Graeciam aduerſus Boeotios, et pugnae ad Chaeroneam interfuit. Quod vero vel ad Cyrum, vel ad Ageſilaum, vtrumque enim hoſtili in ſe animo eſſe norant Athenienſes, ſe adplicuit, exſilio a ciuibus ſuis, qui Artaxerxi fauebant, multatus eſt. Hinc migrauit Scilluntem, oppidum haud procul ab Olympia ſitum, quod Eleis ereptum, Xenophonti a Lacedaemoniis donatum fuiſſe, tradit Pauſanias. Poſtquam vero Elei, bello inter hos et Lacedaemonios orto, Scilluntem vaſtarunt, Xenophon cum ſuis primum Lepreum, deinde Corinthum contulit ſe, vbi reliquum vitae transegit. Memor tamen patriae, Athenienſibus, opem Lacedaemoniis contra Achaeos, Thebanos et Arcades laturis, filios, Gryllum et Diodorum, Athenas miſit militatum. Atque Gryllus in proelio ad Mantineam commiſſo, Epa-

Xenophontem, quum Cyrum ſequeretur, tantum fuiſſe natum ſex aut ſeptem viginti annos.

Epaminondam interfecit; ipſe tamen fortiſſime pugnans, hoſtium vero concurſu circumfuſus periit. Xenophon in ſeceſſu ſuo philoſophiae conſcribendaeque hiſtoriae vacauit. Vt autem in tribuendis animi virtutibus benignam nactus eſt naturam, ita hanc quoque in fingendo corpore, cuius forma fuiſſe dicitur pulcerrima, habuit fautricem.

3. Varia ſcripſit partim philoſophici, partim hiſtorici, partim politici, et, vt dicere mos eſt, ſtatiſtici argumenti. Sunt vero 1) *Cyropaedia*, ſ. de vita et inſtitutione Cyri. De fide huius libelli hiſtorica multum disputatum eſt. Multa quidem ad id ornandum et amplificandum, quod ſibi propoſuit, n. ad Monarchiam commendandam, ſuauiter et vtiliter finxit; ſed factum ipſum, resque praecipuae memoratae carent fraudis et falſitatis ſuſpicione: et eſſe videtur libellus hiſtoricus romanenſis, in quo tamen ipſa veraque Cyri hiſtoria ornate explicatur. Plura de hoc argumento et controuerſia disputant *Fraguier*, (qui negat cum aliis V. D. Cyrum Xenoph. ad fidem hiſtoriae eſſe ſcriptum,) in Diſſertation ſur la Cyropedie de Xenophon. Tom. II. Mem. de l' Acad. des I. et B. L. pag. 47. ſqq. *Banier* in Reflexions ſur la Cyropedie, et ſur l' hiſtoire de Cyrus, ibid. Tom. VI. pag. 400. ſqq. *Thom. Hutchinſon* in Diſſ. I. praefixa eius edit. Cyropediae. *Freret* in Obſeruat. ſur la Cyropedie de Xenophon in Memoires laud. Tom. IV. pag. 588. ſqq. et Tom. VII. pag. 427. ſqq. Banier, Freret et Hutchinſon fidem hiſtoricam Xenophonteo libro vindicare conantur. Cum iis facit cl. *Leutwein*, Rector ſcholae Halenſis in Sueuia, qui Cyropaediam li-

bris adnumerant, in quibus fictio rerum est, in prolusione eleganti de Paedeutica Xenophontis, Halis Sueuor. 1779. — 2) Κύρȣ ἀνάβασις,*) siue *expeditio Cyri iunioris* — 3) Ἑλληνικῶν libri VII. Est continuatio historiae Thucydydeae. — 4) *De republica Lacedaemoniorum*, quem librum Xenophonti olim abiudicauit Demetrius Magnes. — 5) *De republica Atheniensium.* — 6) *Memorabilia Socratis*, siue Ἀπομνημονευμάτων Σωκράτȣς libri IV. ex quibus ingenium, philosophia popularis moresque Socratis melius, quam ex Platonis ex Pythagoreorum commentariis multa haurientis, et Socrati male tribuentis, dialogis intelligi possunt. vide supra ad §. 48. de Socrate. — 7) *Apologia Socratis* ad iudices. Hanc ingenio Xenophontis prorsus indignam, et ab eo conflatam esse, cui finem Cyropaediae debeamus, et alia quaedam, quae vulgo legantur, vt Xenophontea, grauiter pronuntiat *Valkenarius* ad M. S. ab Ernesti edita pag. 238. contra quem Vindicias Apologiae Socratis Xenophonteae scripsit *Io. Michael. Heinzius*, Wimariae 1776. rec. in eius Opusc. pag. 157. sq. in primis fol. pag. 162. de cod. Vatic. Is etiam Apologiam illam theotisce fecit ib. eod. anno 4. — Cl. Schneider in Addendis et corrigendis, praemissis editioni Xen. M. S. ad libr. IV. cap. 8. iudicat. Apologiam olim partem fecisse extremam Memorabilium, et casu inde fuisse diuulsum, multisque in locis a grammaticis interpolatam et mutilatam: 8) *Conuiuium philosophorum.* Confer.

*) Haud defuerunt viri docti, qui Xenophonti illum libellum abiudicarent, quorum argumenta collegit atque examinauit cel. *Morus* in Prolegom. ad Xenoph. histor. graec. cap. VI. pag. XXXV. sqq.

Confer Athenaeum V. pag. 187. et Casaubon. V. 17. ad Athenaei. V. pag. 216. — 9) *Oeconomicus liber.* Cicero, qui hunc librum magni fecit (v. Cat. mai. c. 17.) transtulit illum in linguam romanam. Fragmenta vero latina collegit et contulit H. Stephanus post lexicon Ciceronianum pag. 44 — 49. — 10) *Agesilaus:* Hunc quoque librum Sophistae potius quam Xenophontis esse foetum, iudicat *Valcken.* ad Herodot. III. 134. 9, 271. et ad fragmenta Euripidis pag. 266. partes tamen Xenophontis tuitus est, et ab edicto Valkenariano vindicauit *Reitz* in commentatione de prosodiae graecae accentus inclinatione pag. 38. sq. adde Kühn in fragmentis vindiciarum Agesilai Xenophontei, et Zeunium ad initium Agesilai. — 11) *Hieron* siue tyrannus, h. e. dialogus Simonidis cum Hierone, de misera tyrannorum conditione. v. *Schlosseri* Schreiben veber den Hiero des Xenophon, nebst der Veberfetzung, in Ephemeriden der Menschheit Part. IV. nr. 2. Basil. 1776. — 12) Πόροι siue *de prouentibus* argentifodinis et vectigalibus terrae Atticae, reditibus etc. — 13) *De re equestri.* — 14) ἱππαρχικός, *de praefectura siue disciplina equestri.* — 15) *De venatione.* — 16) Epistolarum quarumdam fragmenta: quae in Allatii epistolis Socraticorum sub nomine Xenophontis venduntur, illae sunt spuriae. 17) *Aequiuoca* sunt ab Annio Viterbiensi supposita, edita autem Romae 1499. 4. 1512. fol. cum Beroso et aliis scriptis; dein in historia antiqua, ex officina Commelin 1599. 8.

4. Princeps editio est: Xenophontis Cyropaedias libri VIII. Anabaseos libri VII. Apomneumaton libri IV. Venatoria; Lacedaemonum et Athe-

nienſium respublicae; Oeconomica; Hieron; Sympoſium; de Graecorum geſtis. Omnia graece, Florentiae in aedibus Phil. Iuntae 1516. fol. Iunta incidit in exemplum ſcriptum, e quo textus eſſet ſumendus, mutilum et vitioſum. — Melior editio eſt Aldina 1525. fol. (Erneſti ſcribit 1527.) curante Aſulano, qui vitia correxit, Ageſilaum, a Iunta inter Plutarchi vitas editum, Xenophonti reddidit, lacunas repleuit, librosque in ordinem redegit meliorem: — ex officina Iuntina 1527. in fol. acceſſerunt quidem ex ed. Aldina lib. Ageſilaus, et de vectigalibus, item Opuſcula quaedam Dionis: reliqua vero omnis ordo librorum, vitia, lacunae, interpolationes et transpoſitiones omnino conueniunt Iuntinae primae. — Iuntinam primam recoxit *Halae Sueuor.* 1540. 8. III. tom. cum praefatione Melanthonis edita cum duplici titulo: verus autem locum annumque exhibet; fictus autem vtraque nota caret. — Textus merus Halenſis ſiue Iuntinus repetitus eſt in editione *Baſileenſi* apud Nic. Brylingerum cum praefat. Albani Torini, Vitodurani, et variorum interpretatione latina, 1545. fol. — altera Baſileenſis ſine anni mentione, non autem multo poſt ex Iſingrinii officina venit, cura *Seb. Caſtalionis*, qui partim ex Aldina, partim vel ex ſcripto libro, vel ex ingenio correxit priorem Baſileenſem, gr. 8. II. tom. — Nic. Brilinger, curante M. *Ioanne Petri* e praelo ſuo iterum emiſit Omnia *Xenophontis* opera ex rec. Caſtalionis et cum lat. variorum interpretatione Baſil. 1555. fol. — Nouum tantum titulum a. 1568. ſignatum, exemplaribus ſuis nondum venditis dederunt heredes Nic. Brylingeri. In titulo quidem iactatur, acceſſiſſe *Io. Bro-*

daei

daei Turonensis in omnia Xenophontis opera adnotationes: quae tamen iam 1559. apud Nic. Brylingerum separatim prodierunt. — Post *Leunclauius* operam Xenophonti addixit salutarem, edit. Stephan. (de qua mox agemus,) maximam partem sequutus, Basil. 1569. graece et lat. quae est emendata editio, tum 1572. et tertium Francof. 1594. fol. (quibusdam exemplaribus in calce additae sunt Aem. et Fr. Porti notae cum indice gr. et praefixus est an. 1596.) fol. apud Wechel. repet Paris. 1625. fol. Textum concinnauit ex edd. Aldina, Castalionis et Stephaniana prima: varias lectiones, etiam coniecturas tum suas tum Stephanianas in margine interiore posuit. Tertia tamen editio, vbi in notis multo plenioribus contra Stephanum saepe disputat, et cui, Leunclauio defuncto, praefatus est Frid. Sylburgius, est reliquis locupletior et variis adcessionibus instructa. Praeter Aem. Porti adnotationes et indicem graecorum verborum copiosum, accessit adpendix, in qua, Chionis epistola de conseruato a Xenophonte Byzantio, Hermogenis de forma dictionis Xenophonteae, et praeter alia, index est glossarum, quas H. Stephanus pro lectionibus variis adtulisset et vendidisset. — *Henricus* vero *Stephanus* de Xenophonte bis bene meruit, primum edidit, et, vti ipse scripsit, a multis mendorum sordibus purgauit, melius interpunxit, lectionibus scriptorum codd. et edd. Aldin. ac Iuntina aliisque subsidiis vsus, Paris. 1561. fol. graece. Latina interpretatio separatim excusa est. Ex libris scriptis et editis ea delegit et textui intulit, quae recta sibi videbantur: reliqua pro variis lectionibus in marginem et notas ad calcem libri reiecit. Accesserunt

runt Epiſtolarum Xenophontis fragmenta. — Tum 1581. textum retractauit, auxit adnotationes, multis locis curatius ſcripſit, et diligentia curaque effecit, vt ſecunda haec editio ceterorum recenſionibus fieret melior. — *Eduard Wells* Xenophontis opera nitide quidem, at parum religioſe et parum idonee fecit excudi, gr. et latine cum *Dodwelli* chronologia Xenophontea et quatuor tabulis geographicis, Vol. I — V. Oxon. 1703. 8. plura de Leunclauii et Stephani coniecturis dedit, nec vllam reddidit facti rationem. — Wellſianum exemplum vt plurimum, at non ſatis diligenter repetitum eſt cura *Caroli Aug. Thieme* Vol. I — IV. Lipſiae 1763. et 1764. cum Hutchinſoni diſſertationibus. At Thieme, qui promiſit, in Vol. V. indicem verborum graecum, obſeruationibus virorum doctorum auctum, et in Vol. VI. Obſeruationes doctorum ad contextus integritatem ſpectantes vna cum varietate lectionis, addere, qui labor fuiſſet vtiliſſimus, ad hunc vsque diem a promiſſis non ſtetit, qua de re Reiske, et alii viri docti iure optimo conqueſti ſunt.

Separatim vero quaedam opuſcula prodierunt. *Cyropaedia* ſaepius: praeſtans editio eſt *Thomae Hutchinſoni*, qui graeca recognouit, cum cod. Oxonienſi et omnibus fere libris editis contulit, plurimis in locis emendauit, verſionem latinam reformauit, notas Mureti, Stephani, Leunclauii, Aem. Porti recenſuit, ſuasque (ex Raphelii adnotationibus philologicis in N. T. e Xenophonte collectis ſaepe deſumtas,) itemque var. lectionum delectum et indicem adiecit, Oxon.. 1727. 4. et contractis notis 1730. 8. et ſexies aut ſepties deinceps Londini — e recenſione Hutchinſoni cum ſelectis

ſelectis eiusdem notis, et indice graecitatis (auctore cl. *Moro*) Lipſiae 1774. 8. — et 1784. 8. — gr. ex rec. Hutchinſoni, cum indice, Francof. et Lipſiae 1776. 8. et Stuttgard. 1789. 8. — Nouam textus recenſionem ad cod. Guelferbytanum, omnes libros editos et verſiones antiquas concinnauit, notasque doctas tam criticas, quam hiſtoricas et grammaticas ſubiecit indicemque graecitatis copioſum atque praeclarum addidit *I. C. Zeunius*, Prof. Viteberg. Lipſiae 1780. 8. — Ex recenſione Zeunii, paucis locis exceptis, cum indice graeco — germanico, edidit Cyrop. *Martin. Henr. Thieme*, Berolini 1784. 8. — *Hutchinſon* pari ſtudio et ratione edidit *Xen. de Cyri expeditione* Libr VII. ad editiones et codicem Etonenſem recenſitos, cum notis criticis et hiſtoricis, adpendice varietatis lectionis etc. praemiſſa diſſertatione de auctore Cyri expeditionis, et toto, quod Graeci confecerunt, itinere. — Oxon. 1735. 4. minori adparatu inſtructos Oxonii 1745. 8. Hanc baſin fecit, notas ſelectas Hutchinſ. et indicem graecitatis, item libellos *Xenophontis de republica Athenienſium et Lacedaemoniorum*, collatis Ald. Leunclau. et Steph. exemplis, Stobaei eclogis et Ioach. Camerarii verſione vtriusque libelli etc. (Lipſiae 1556.) addidit elegantiſſimus *Morus* Lipſiae 1775. 8. — *I. Car. Zeune Xenophontis* de Cyri minoris expeditione commentarios ad codd. Pariſienſes Guelferbytanum, Etonenſem, Brodaei librosque editos et alios fontes recenſuit atque explicuit. gr. Lipſiae 1785. mai. 8. — Idem *Zeune*, vir quondam graece doctiſſimus, pari ſtudio edidit *Xenoph.* opuſcula politica, equeſtria et venatica cum *Arrian*

ani libello de venatione, additis notis atque indicibus, gr. Lipſiae 1778. 8. In praefatione dedit hiſtoriam potiorum editionum Opp. Xenophont. criticam. — *Hutchinſon* denique eadem ratione emendauit, cod. Harleiano vſus, et illuſtrauit *Xenoph. de Ageſilao* rege orationem, Oxonii 1735. 4. — Expeditionem Cyri in linguam gallicam elegantiſſime transtuliſſe et illuſtraſſe dicitur Nicol. Perrot d' Ablancourt, Paris 1671. 8. Amſtel 1744. 8. — *De republ. Lacedaemoniorum* cum rebubl. Athen. et Oeconomico, graece, ex vitioſa edit. Iuntina, cum Ariſtotelis Ethicis etc. Baſil. apud Walderum; et ſeparatim Amſtel. 1647. 8. — de republ. Athenienſ. graece et germanice cum adnotationibus philologicis et politicis; vitaque Xenophontis; auctore *Io. Henr. Wackero*, Dresdae et Lipſiae 1744 8. — item e recenſione Welſii cum Leonclauii verſione et notis aliquot edidit vna cum Ageſilao aliisque libellis *Boltonus Simpſon*. Oxon. 1754. 8. — *Memorabilia Socratis* graece, edidit *Petrus Victorius* apud heredes Iuntae, annis aliquot ante 1561. quam editionem apud nos rariſſimam valde celebrat Stephanus. — Paris. 1559. 4. — ex *Io. Caſelii* recenſione gr. Roſtoch. 1589. 4. ex recenſione et cum notis *I. A. Erneſti*, 1737. 1742. 8. et ſaepius: ſuperioribus tamen praeſtat editio quinta, vbi textum ad MSS. et edd. vett. fidem recenſuit Erneſti atque emendauit illuſtrauitque et doctas *Ruhnkenii* ac *Valckenarii* animaduerſiones adiecit, gr. Lipſiae 1772. 8. in praefatione hiſtoriam edd. Xenoph. operum criticam dedit. — Quinquies ab a. 1741. Oxonii *Boltonus Simpſon* repetiit Erneſtinam edit. cum notis et indice, adſperſis paucis notis et addita

dita Leonclauii verſione latina. In quinta edit. a. 1780. ſub calcem acceſſerunt paucae anonymi cuiusdam adnotationes et coniecturae. — gr. ex rec. Erneſti in vſum ſcholarum, *Stroth*, Gothae 1780. 8. — Melior et critica correctaque eſt editio, quam curauit *Chr. Godofr. Schütz*, Halae 1780. 8. — Docta eſt editio, quam *Zeune* parauit, e ſua recenſione, cum notis Erneſti, Ruhnkenii, Valckenarii, Hindeburgii ſuisque et indice triplici. Lipſiae 1781. 8. — Exorſus eſt *Edwardus Edwards* nouam textus recenſionem, vt verba graeca quam emendatiſſima daret, et nouam confecit verſionem latinam, poſt mortem illius praefatus eſt et adnotationes ac variarum lectionum, ex libris msstis collectarum indicem addidit *H. Owenus*, Oxonii, 1785. 8. — gr. et lat. Baſil. 1789. 8. — Nouiſſima M. S. editio eſt cura *Jo. Gottl. Schneideri*, qui textum recenſuit, Owenii adnotationes, quae non omnino falſae eſſent, retulit, et Erneſti, Zeunii, (quas quidem modo contraxit, modo reſecuit,) ſuisque adnotationibus illuſtrauit, Lipſiae. 1790. 8. — Memorab. theotisce fecit *Heinzius*, director Gymnaſii Vinarienſ. 1777. et auct. atque emendatior, recuſo programmate, in quo Apologia Socr. vindicatur Xenophonti, Weimar. 1784. 8. — et antea, neſcio quis? Tiguri 1738. — *Xen.* Hiſtoriam graecam recenſuit, eruditas animaduerſiones et indicem adiecit *Sam. Frid. Nathan. Morus*, Accedit Leunclauiana verſio. Lipſiae 1778. 8. — Mori editio baſis eſt illius, quam nuperrime cum magna viri illius doctiſſimi adnotationum parte curauit, et Zeunii in libr. I. notis ſuisque doctis illuſtrauit *I. Gottl. Schneider*. Lipſiae 1791. 8.

prae-

praemiſſa eſt epiſtola critica cl. Frid. Aug. Wolfii. — *De re equeſtri* gr. e recens. Welſii cum verſione ſua germanica et paucis notis *I. C. Hayniſch.* Francof. 1743. 4. *Conuiuium philoſophorum.* gr. Louan. 1530. 4. Haganoae 1531. 8. – *Oeconomicus*, *Apologia Socratis*, *Sympoſium*, *Hiero*, *Ageſilaus* cum animaduerſionibus *I. Aug. Bachii*, et epiſtola I. Aug. Erneſti de Xenophontis locis nonnullis, Lipſ. 1749. 8. — repet. e recenſione *Zeunii*, additis huius animaduerſionibus, Lips. 1782. 8. Oeconomicum et de reditibus libellum in gallicum transtulit et notis illuſtrauit *Dumas*, Profeſſor eloquentiae in collegio regio Toloſae, Paris. 1768. 12. — Praeter ea theotiſce verterunt Oeconomicum *Barthold Henr. Brockes*, Hamburgi 1734. et cl. *Fr. Guil. Ionath. Dillenius*, additis notis hiſtoricis Tubingae, 1778. 8. — Hieronem, *Maximilianus Rudolph. Heluetius*, Noribergae 1736. 4. — librum de reditibus *D. Georg. Henricus Zinken*, cum copioſis tam hiſtoricis quam politicis animaduerſionibus, Guelfeb. 1753. 8. — Hellenica *Io. Euſtach. Goldhagen*, Berolini 1762. 8. et *Aug. Chr. Borhek.* Francof. 1783. 8. — *Cyropaediam* cum Ageſilao germ. vertit *Laſius*, Roſtoch. et Wismar. 1761. 8. — et *Frid. Grillo* Lipſiae 1785. 8. — *Apologiam* vertit teutonice et notas addidit *Aug. Guilelm. Pohlmann*, Lipſiae 1790. 8. — *Socrates aus dem Griechiſchen*, (eſt verſio Mem. Socr. auctore *Neide*, Lipſiae 1789. 8. — *Gallice* verterunt 1) *Leuesque* Mem. Socr. Paris. 1782. 12. tom. II. — 2) L. D. L. L. Marechal des Camps, (Paris 1777. mai 8.) et *Larcher* additis notis hiſtoricis geographicis et criticis, Paris. 1778. II. voll. 8. Expedi-

peditionem Cyri, 3) ἱππαρχικὸν vertit et illuſtrauit *Ioly* de *Maizeroy* in Tableau général de la Cavalerie grecque etc. Paris. 1780. et in Memoires de Litterature — des Inſcr. Paris 1780. 4. — *Cynegetica* cum notis in anglicam linguam transtulit *William Blane*. Londini 1788. 8.

5. Quod iam a veteribus Muſa et Apis Attica dicebatur, eumque Cicero cum mirifice amauit, tum in primis in ſtructura periodi et verborum atque orationis collocatione imitatus eſt, id ſatis teſtimonii laudisque eſt ad ſuauitatem, ſimplicitatem, elegantiam, vbertatem iuſtumque ornatum orationis Xenophonteae intelligendum. Haec autem rei hominibusque egregie adcommodata eſt et morata. Subtilis eſt Xenophon in explicando et concludendo, lenis et dulcis in dicendo, fidus in enarrando, raro ſurgit: plura tamen vocabula poetica, quam quemdam Atticorum, qui in ſoluta oratione ſcripſerunt, eum frequentaſſe, pulcre acuteque iam obſeruarunt Hemſterhuſ. ad Thomam Magiſtr. pag. 26. et *Ruhnken* ad Xen. M. S. pag. 233. edit. Erneſti. Laconicae etiam formae interdum apud Xenophont. occurrunt. v. *Valcken.* diatr. Euripid. pag. 292. ſqq. De Cyropaediae auctoritate et de reliquis animi corporisque dotibus iam ſupra meam declaraui ſententiam.

6. Libellis ſubinde memoratis addantur: *Diogen. Laert.* Libr. II. ſect. 48 — 59. — *Fabric.* B. Gr. Libr. III. cap. 4. Vol. III. — *Brucker* hiſtor. crit. philoſ. Tom. I. pag. 571. ſqq. — *Saxius* de Cyropaediae in primis fide, in Onomaſtico pag. 57. ſq. — *Io. Grammii* hiſtoria deorum ex Xenophonte, ſeu antiquitatum Xenophontearum Prodromus, Hafniae 1715. 4. — *Carol. Frid. Hindenburgi*

denburgi Animaduerſiones, quibus Xenophontis Memorabilium Socratis — libri emendantur et illuſtrantur, Lipſ. 1769. 8. ſunt reconditae et ſubtilis eruditionis litterarumque graecarum peritiae plenae teſtesque locupletes — Eamdem laudem meretur cl. *Io. Melch. Faber*, Profeſſor et Rector Gymnaſii Onoldini, qui, quum Coburgi adhuc doceret, ſcripſit Obſeruationes in loca quaedam obſcuriora Xenophontis Memorab. Socratis, Coburgi 1772. et interpretationem locorum quorumdam in Xenoph. Mem. Socr. Onoldi 1790. 4. — *Georgius Henricus Martini*, in praeſenti Rector ſcholae Nicolaitanae Lipſienſis, quum Annabergae ſcholam moderaretur, edidit Coniecturas in aliquem Xenophontis locum (in Apologia Socr. §. 4.) Annabergae 1763. — *Beiot.* conſcripſit coniecturas in Xenophontis Cyropaediam, quinque codd. ex bibliotheca regia, Paris. vſus in vol. 34. Hiſtoire de l'Academie des Inſcript. etc. Paris 1770. — *Pelloutier* commentatus eſt ſuper Xenoph. libr. de Expeditione Cyri iunioris in Vol. X. Memoires de l' Academie de Berlin, et in tomo III. ſuae hiſtoriae Celtarum gallice ſcriptae, Paris. 1770. 12. — *Bernhard Georg Walch* de Cyri expeditione in Maſſagetas Comment. Gotting. 1767. 4. — cl. *I. Henr. Koeppen* progr. III. in quibus Hellenica Xenoph. emendantur. Hildes. 1786 — 1788. — eiusd. progr. ad. Xen. Ageſilaum notae et emendatt. ib. 1788. 8.

§. 67.

CTESIAS.

1. Aequalis Xenophontis.

2. Cnidius: medicus et hiſtoricus in expeditione Cyri funeſta fuit: Ab Artaxerxe Mnemone quidem captus eſt; at, quod vulnus eius in proelio acceptum curauit, per XVII. annos in honore habitus, in Perſia exercuit artem.

3. Varia ſcripſit: ex libris autem XXIII. *hiſtoriae de rebus Perſarum*, et libro vno *de rebus Indicis* excerpta tantum nobis ſeruauit Photius in Bibliotheca cod. 72. et 73. in quibus Herodoto ſaepe contradicit.

4. Primus edidit H. Stephanus: Ex *Cteſia*, Agatharchide, Memnone excerptae hiſtoriae, Appiani Iberica. Item de geſtis Annibalis. Omnia nunc primum edita. Cum *Henrici Stephani* caſtigationibus, 1557. 8. — gr. et lat. cum acceſſione etc. Excud. H. Stephan. 1594. 8. Cteſiae fragmenta eadem graece, cum Herodoto, apud H. Stephan. 1570. fol. — diligentius id fecit Iungermannus in ſua Herodoti editione, quem ſequuti ſunt Galei et poſteriores Herodoti editores additis Dan. Hoeſchelii et Andr Schotti (ex horum editt. Photii) notis, variis lectionibus, nouisque fragmentis.

5. Ionice ſcripſit: perſpicuitatem et ſuauitatem celebrant Demetrius de elocutione, Dionyſius Halicarn. et Photius: at fabuloſus: vanus fideque indignus ſcriptor multis tam recentioribus quam

 anti-

antiquioribus viſus eſt. Diodorus tamen Siculus eum temere ſequitur.

6. vid. *Fabric.* B. Gr. Libr. II. cap. 25. ſect. 16. — *Io. Meurſius* in Cypro Libr. II. cap. 29. *Voſſius* de hiſtoricis graecis Libr. I. cap. 5. — *Cellarius* in diſſ. de principio regnorum et hiſtoriarum pag. 54. diſſert. academicarum. — *Abbé Gedoyn* in Memoir. de Litterature, Paris tom. 14. pag. 247. ſqq.

§. 68.

TIMAEVS.

1. Circa haec Cteſiae aliorumque tempora in magna Graecia clarus fuiſſe videtur.

2. Locrus, philoſophus Pythagoreus, naturae vniuerſae inquiſitor diligentiſſimus. Eum Plato audiiſſe dicitur apud *Ciceron.* Libr. V. de Fin. Bon. et Mal. cap. 29. et Plato dialogum ſuum, quem Timaeum inſcripſit, maximam partem deſcripſiſſe forſan immerito arguitur ex Timaei libello dorice exarato *περὶ ψυχᾶς κόσμȣ καὶ φύσεος*, quem Proclus ſeruauit ſuaeque explicationi dialogi Platonici praemiſit; qui tamen num genuinus ſit, dubitari poteſt. v. ſupra §. 23. ad Ocellum Lucanum, et ad *Fabric.* B. Gr.

3. Haeret nonnullis Platonis editionibus — cum interpretatione et commentariis *Ludouici Nogarolae*, Venetiis 1555. 8. — inter opuscula mythologica, phyſica et ethica, *Tho. Galei*, Cantabriae 1671. 8. et Amſtel. 1688. 8. — graece et francice cum obſeruationibus copioſis *d' Argens*, Berol. 1763. 8. — *Batteux* edit. vide ſupra ad Ocel-

Ocellum Lucan. — Ocell. Lucan. et *Timaeus Locrus.* gr. et lat. Paris. 1778. 8.

4. v. *Fabric.* B. G. Libr. II. cap. 13. Vol. II. p. 877. ſq. et Libr. III. cap. 1. — *Bruckeri* hiſtor. critic. philoſoph. Tom. I. pag. 1127. ſq. — *Meiners.* et *Tiedemann.* diſſentientes; priorem in biblioth. philol. Götting. vol. I. part. V. pag. 204. ſqq. 1770. in hiſtoria doctrinae de vero deo, Lemgou. 1780. pag. 312. et in Hiſtoria — doctrinarum apud Gr. et Rom. I. p. 587. ſqq. poſteriorem vero, qui libelli genuini antiquitatem vindicat Timaeo, in primis Graeciae philoſoph p. 191. ſqq. et alibi: ſed in: Geiſt der Speculatiuen Philos. von Thales bis Socrates pag. 90. Timaeum Locrum, ſcribit, poſt Iamblichi demum tempora eſſe enatum. Antiquitatem libelli tueri ſuſtinuit *Bardili* in: Epochen der vorzüglichſten philoſophiſchen Begriffe etc. Halae Saxon. 1788. 8. pag. 147. ſqq.

§. 69.

ARCHYTAS.

1. Circa idem tempus floruit.

2. Tarentinus, philoſophus Pythagoreus, Platonis aequalis, eiusque in arripienda diſciplina Pythagorica magiſter. Ingenii autem domicilium in primis poſuit in arte mathematica; atque inuentis ſuis mechanicis omnes in admirationem fere rapuit. Inuenit enim cubi duplicationem, columbam volantem ligneam et alia. Quantam vero laudem ex litteris inuentisque conſequutus eſt; tantam quoque ex prudenti, moderata caſtaque

viuendi ratione, ex administratione reipublicae, cui ob virtutes praeclaras et sapientiam septies, contra morem patriae suae, praefectus fuit, et ex virtute bellica, qua, quum dux esset, ex pugnis exercitum semper reduxit victorem, sibi peperit. In naufragio tantum periit, conf. *Horat.* I. od. 28.

3. In tanta vitae et reipublicae occupatione multa tamen scripsit; ad nostram vero aetatem venerunt aut tribui Archytae solent fragmentum e libro de Mathesi, et aliud de bono viro et beato apud Stobaeum; liber, (qui si genuinus est,) *περὶ τȣ͂ παντὸς φύσεος*, in quo decem Categorias siue praedicamenta explicat; fragmentum *περὶ σοφίας* apud Iamblichum.

4. Archytae fragmentum e libro de mathematica scientia, graece, in Aristotelis et Theophrasti scriptis quibusdam, Paris. apud H. Stephan. 1557. 8. pag. 80. — fragmentum *περὶ τῆς μαθηματικῆς* cum disquisitione Chronologica de aetate Archytae, disput. *Io. Grammii*, Hafniae 1707. 4. hic vero minus recte putat, binos fuisse Pythagoricos, seniorem alterum, alterum iuniorem. — *Φερόμενοι δέκα λόγοι καθολικοὶ* et alia gr. cum epistola praeliminari *Io. Camerarii*, Lipsiae 1564. 8. — de bono viro et beato, item de sapientia, gr. et lat. inter fragmenta Pythagoreorum, in Opuscul. mytholog. *Tho. Gale*, Cantabr. 1671.

5. Acutissimus et subtilis fuit philosophus, quem in multis sectatus est, aut, ex mente quorumdam, compilauit Aristoteles.

6. *Laert.* Libr. VIII. sect. 79 — 91. *Suidas* in voc. Archytas T. I. pag. 347. — *Andr. Schmidii* disput. de Archyta Tarentino, Ien. 1683. — *Fabric.* B. G. Libr. II. cap. 13. Vol. II. p. 831. sqq.

Brucker

Brucker in hiſtor. critica philos. Tom. I. pag. 1128 — 1131.

§. 70.

PLATO.

1. Floruit circiter a. O. C. 3605. Olymp. XCV. 1. ante Ch. N. 398. V. C. 354. Natus Olymp. LXXXVII. 4. ſiue a. 2. *Marquardo Gudio* apud Menag. ad Diog. Laert. III. 3. p. 135. rationes ſubducente: ſiue demonſtrante. *Corſin.* *) Olymp. 87. 3. obiit Olymp. CVIII. 1. octoginta et vnum annos natus.

2. Ariſtonis et Perictyones filius primum, more Graecorum, aui nomen, Ariſtocles ſortitus, deinde vero a Socrate, aut ab Ariſtone Argiuo Palaeſtrita *Plato*, quaſi latus, ſiue ob humerorum, aut pectoris, aut frontis latitudinem, ſiue propter Πλατὺ, h. e. copioſum atque apertum dicendi genus, ſiue alia de cauſſa dictus eſſe fertur. Poſtquam artem athleticam, pictoriam, Muſicen et poeticam attigerat, anno aetatis ſuae viceſimo Socrati ſe adiunxit, et ab ore illius per octo annos pependit. Socrate defuncto, vt inuidiam odiumque Athenienſium effugeret, Megaram ſe contulit, et ab Euclide dialecticam didicit. Cratylum quoque, Heracliti diſcipulum, et Hermogenem Parmenidis adſeclam, audiuit, antequam ad amicitiam

Bb 4

*) v. diſſ. de natali die Platonis, eius aetate et in Italiam itineribus, in Symbolis litterariis, Opuſculis variis philologicis, ſcientificis etc. vol. VI. Florent. 1751. 8. pag. 80 — 116. Haec *Corſinii* diſſ. legitur quoque in eius Diſſertatt. quibus antiqua quaedam inſignia monumenta illuſtrantur, ſine nota l. et a. in 8. p. 32 — 68.

citiam et difciplinam Socratis fe adplicuiffet. Theodorum Cyreneum ad geometriam pernofcendam fectatus eft. Ad placita Pythagoreorum curatius intelligenda in Italiam et Siciliam bis profectus eft, et Tarenti Eurytum atque Archytam audiuit, Timaeo autem Locro, Philolao, e cuius fcriptis, quae vel fuo fumtu (v. A. Gellii N. A. III. 17.) vel Dionis beneficio mercatus eft, plurima furripuiffe et tamquam e fuo ingenio exclufa edidiffe arguitur, *) Echecrate aliisque familiariter vfus eft. Atque ab Anaxagora et a Pythagoreis multum profecit. (v. *Wyttenbach* ad Plutarch. de S. N. V. pag. 26. 27. 73.) Adiit quoque Aegyptum, et, Sechnuphide praefertim, Heliopolita, magiftro, doctrina et fapientia Aegyptiorum imbutus eft. Hebraicae tamen fapientiae alumnum fuiffe Platonem, iure negarunt multi, et *Brucker* hift. phil. crit. Vol. I. pag. 636. fqq. vanitatem opinionis copiofe declarauit. Ter venit in Siciliam, et bis, Dione eius audiendi cupiditate flagrante, a tyranno Dionyfio arceffitus; at, quod de tyrannis et tyrannide liberius, quam vt Dionyfius perferre potuiffet, dixit fententiam, crudeliter violatus eft, quippe quem venumdari iuffiffet: neque tamen eodem non rediit, Dionis precibus adductus. (v. *Diogen. Laert.* III. 18. 19. 20. ibique Menagium, et Cornel. Nep in Dione c. 3. ibique interpretes, praecipue Stauerium in minore fua editione.) Iuuenis valde delectabatur poefi, (vnde eius fcribendi genus multum duxit retinuitque colorem,) atque poetis: in primis Ariftophane et Sophrone,

*) conf. tamen cl. *Meiners* hiftor. ortus, progreffionis et interitus doctrinarum in Graecia et Romae, tom. I. pag. 595. not.

phrone, cuius mimos ſtudioſiſſime lectitabat adhuc ſenex, et imitando expreſſit. v. locum *Olympiodori* a Brunckio ad *Ariſtoph.* Nub. pag. 66. prolatum et pag. 65. adde ſupra in §. de Sophrone. Rempublicam gerere noluit; ſed Athenis in Academia, quod erat gymnaſium ſuburbanum arboribus conſitum, et vbi hortum, in quo conſedit, exiguum habuit, ſcholam aperuit et condidit: vnde eius philoſophandi ratio et ſecta *Platonica* non minus, quam *academica* dicta eſt. Tanta vero nouae ſcholae fuit celebritas, vt permulti ad eum confluerent diſcipuli, in quibus fuerunt Hyperides, Lycurgus, Demoſthenes, et Iſocrates. Docuit vero more Socratico, in multis tamen a doctrina et diſciplina Socratis diſceſſit, et multa ex ſchola Pythagorica aut ex Orphicis, aut ex religione populari hauſta immiſcuit: quare etiam dialogos et ſententiam Socratis adulterauit. Socrates enim omnia probauit ex vſu vitae humanae atque experientia: Contra Plato ex principiis, quae putabat eſſe firmiſſima et prima. Socrates vtebatur inductione, analogia aliisque ſubſidiis ad perſuadendum facilibus; Plato ſecus fecerat. vide ſupra, ad Xenophontem notata. *Graffe* tamen in libro laude digno: *Neueſtes katechetiſches Magacin zur Beförderung des katechetiſchen Studiums*, tom. II. qui inſcriptus eſt, *Die Sokratick nach ihrer urſprünglichen Beſchaffenheit in katechetiſcher Rückſicht betrachtet*, Gottingae 1791. 8. arbitratur, Platonem aeque ac Xenophontem atque Aeſchinem vſos fuiſſe incorrupta Socratis methodo, et ſect. IV. it vindicatum Platonem ab omni culpa, docturus, Platonem omnes partes philoſophiae ſocraticae amplexum methodum illam ingenioſe adcom-

modaſſe omnibus partibus ſumma cum copia orationis et permutatione, et omnes perplexas ac dogmaticas, quas vocant, quaeſtiones adplicuiſſe doctrinae de moribus, officiis ac virtutibus. Quando Socrates apud illum ſpinas immiſcet metaphyſicas, putat Gräffe, eas pertinere ad diſciplinam Socratis, quam hic iuuenis ex diſciplina Anaxagorae ſuam feciſſe, atque Platonem eas vel ex ipſo Socrate, id confitente, vel per famam accepiſſe. At, vtut acute haec omnia ſint explicita; vereor tamen, vt omnibus perſuadeat vir doctus. Praeter ea Plato amore vſuque poetarum priſtino ductus et vi ingenii ſui luxuriantis atque poetici abreptus amabat mythos, (a quibus tamen vel Socrates non omnino abſtinuit,) populares fabulas, et theologiam popularem, haud ſollicitus, num omnia eſſent vera, nec ne. Forſan illis quoque vſus eſt eo conſilio, vt per occaſionem, iis adhibitis, varias notiones explicaret philoſophicas. Forſan etiam ea de cauſſa illos mythos ſuis intexuit dialogis, vt iis ſenſui tantum adcommodatis praeter exſpectationem puriores ac digniores formas ſubiiceret. Sed plures, interdum a ſe inuicem diſcrepantes, de mythis Platonis egerunt: *) nec inſtituti ratio permittit vberiorem huius argumenti expoſitionem. Atque quum tot et tam diuerſos ſectatus eſſet magiſtros, ſuoque abuteretur ingenio

*) *Garnier* de l'uſage, que Platon à fait des Fables in commentariis acad. Pariſin. Inſcr. tom. 32. pag. 164. ſqq. cel. *Eberhard* in den neuen vermiſchten Schriften, ſect. de ſcopo philoſophiae Plat. pag. 382. ſqq. cel. *Hencke* in Obſſ. variis de philoſophia mythica, Helmſtad. 1776. Doct. *Io. Chriſtian Hüttner* de mythis Platonis. Lipſiae 1788. 4.

nio, factum est, vt nouam ingressus viam, nouam conderet sectam, quae, licet in diuersas postea abiisset familias, (enata enim est Academia vetus, media et noua,) per multa tamen durauit saecula, ipsam deinceps doctrinam christianam vitiauit, et infinitos nacta est adseclas, admiratores et interpretes. Neque tamen defuerunt obtrectatores atque calumniatores, in quibus eminuit Diogenes Cynicus. Ab vtraque autem parte peccatum est; alii enim Platonem laudarunt nimis, et supra conditionem humanam extulerunt, (sic *Cicero* de N. D. II. cap. 12. vbi v. Dauis eum vocat, *quasi quemdam deum philosophorum;)* alii fuerunt nimii in vituperando. Magnam tamen auctoritatem obtinuit et in republica et apud principes ciuitatum regesque. Speusippum, sororis filium, in Academia habuit successorem; ipse vero coelebs ad vitae finem permansit.

3. Dialogorum, quorum catalogum dedit Fabricius, magnum numerum reliquit, philosophici, physici, politici et ethici argumenti: quidam tamen Platoni olim perperam tribuebantur. Sub eiusdem quoque nomine circumferuntur epistolae, epigrammata et testamentum: quaedam scripta sunt dubia aut supposita. In plures libros Platonis Proclus, Olympiodorus, Hermias etc. graecos conscripserunt commentarios, qui magnam partem adhuc latent in bibliothecis. — Editiones praeter Fabricium in B. Gr. tom. III. cuius elenchum auxit cl. *Fischer* prolegg. ad Platonis Eutyphrona etc. ed. 1783. pag. 203. recensuerunt editores Platonis Bipontini tom. I. pag. LXXXII. sqq. et deinceps locupletarunt notitiam. Hic potiores enumerabo. Ante vero quam graece editus est

Plato

Plato, hunc latine verſum praelo exire iuſſit *Marſilius Ficinus*, *Florentinus;* cuius latinae interpretationis editio princeps eſt Florentina 1482. per Laurentium Venetum: rec. Florent. 1491. (hoc quidem anno notata editio indicatur a cl. Fiſchero; ſed in Bibl. Salthen. pag. 304. n. 1524. adſcriptus eſt a. 1492.) Venet 1491. fol. et ſaepius. Ficini autem verſio libro graeco adprime bono videtur profecta, et a Fiſchero non ſolum laudata; ſed ad textum quoque emendandum diligenter adhibita eſt.

4. Princeps editio eſt *Aldina*, Venet 1513. fol. gr. Aldus vſus eſt libris ſcriptis bonis, et in corrigendo recenſendoque Platone opera Muſuri Cretenſis. Haec editio comprehendit omnes dialogos genuinos, quos Aldus, Thraſylli apud Laertium auctoritate, in claſſes nouem, quarum ſingulae quaternos dialogos, tetralogias, continent, deſcripſit, ſex quoque ſpurios, in his Axiochum. — Ex hac editione manauit ferme tota Baſileenſis prima, apud Io. Walderum 1534. fol. curante *Io. Oporino*, qui quidem multa Aldini exempli vitia ſuſtulit; magnam tamen illorum partem intactam reliquit; multa vero loca integra ſanaque, libidine corrigendi abreptus, corrupit. Multa tamen habet haec editio, alioquin raris libris adnumeranda, quae commendent. Acceſſerunt enim vita Platonis e Laertio, index graecus triplex, in primis Procli in Timaeum et Politicen Platonis ſat copioſi commentarii, quos Grynaeus in bibliothecis Oxonienſibus repertos, deſcripſerat. — Altera Baſileenſis apud Henr. Petri 1556. fol. exceptis Procli commentariis, Walderianam quidem fere exprimit; ſed habet tamen doctri-

doctrina et cura *Arnoldi Arlenii* multa ſingularia. Hic enim in peregrinatione ſua Italica codices Platonis ſcriptos nactus eſt, et contendit cum Walderiano exemplo, loca praua correxit, expleuit lacunas, membraque luxata repoſuit, atque correctum exemplar ad Hopperum, Henrici Petri generum, miſit, quod typis deſcriberetur. Multa tamen peccata, cum Baſileenſi primo exemplo habet communia. — Praeſtantiſſima tamen hucusque habita eſt editio *H. Stephani*, ex noua Io. Serrani interpretatione, perpetuis eiusdem notis illuſtrata, eiusdemque adnotationibus in quosdam ſuae illius interpretationes locos, et H. Stephani iudicio etc. Paris. 1578. fol. III. Vol. Nitida eſt, at quoque perrara, haec editio. Serranus, cuius interpretatio elegantior potius, quam fida cenſetur, ordinem ſcriptorum Platonis mutauit, eaque in ſex Syzygias diſtribuit. Multa quidem menda ſuperiorum editionum in ſuo exemplo feliciter correxit Stephanus, et Platonis orationem multis locis conſtituit melius: at ex verſione latina Ficini, Cornarii Eclogis, Morelii, Turnebiique notis multa ſumſit, et lectiones, quae idoneae viſae eſſent, vel in contextum recepit, vel ex vetere codice depromtas eſſe, vane gloriatus eſt, vel ſuo ingenio et ſolertiae tribuit, primo auctore numquam laudato: Hopperiani praeter ea exempli lectiones deprauauit fere et mutilauit. Hanc Stephani vanitatem iam Reiske, Valckenaer aliique in aliis libris deprehenderunt: in Platone autem latebras impudentiae illius aperuit cl. Fiſcherus in praefationibus ad dialogos a ſe editos, in quibus de vitiis et virtutibus editionum critice ſciteque disputauit, idemque in Animaduerſioni-

bus

bus veſtigia inanitatis et ambitionis fraudisque Stephanianae paſſim notauit. Iure tamen laudauit operam Stephani, eumque cum vituperatione quadam criticorum excuſauit editor Bipontinus l. c. tom. I. pag. XC. Ex ſuperioribus exemplis fluxerunt editiones cum verſione et argumentis Marſilii Ficini, Lugd. 1590. et Francof. 1602. fol. apud Marnium et heredes Aubrii, in quarum poſtrema ordo dialogorum a Serrano inſtitutus ſeruatur. — Vltra ſaeculum omnium operum Platonis editio deſiderabatur. Tandem noſtra aetate eruditi quidam doctores gymnaſii Bipontini ſtudio laudabili nouam *Operum Platonis editionem* gr. et lat. cum varietate lectionis, moliti ſunt et feliciter abſoluerunt. Biponti 1781 — 1787. XI. tom. 8. Praemiſſa eſt tom. I. et in nonnullis ſubinde continuata notitia Platonis atque editionum litteraria: tomo IX ſingularis liber, veluti introductio in lectionem Platonicorum libr. praeclara additus eſt: *Dialogorum Platonis argumenta expoſita et illuſtrata a Diet. Tiedemann*, Prof. Marburg. 1786.

Separatim vero plures dialogi ſaepius typis exſcripti, aut in alias linguas translati ſunt, de quibus ſollerter egit Fabricius, inprimis edit. Bipontinus et Fiſcher. Nos quasdam tantum memorabimus editiones.

Apologia Socratis graece Argentor. cura Sturmii, 1540. 4. — per *Rudingerum* ex officina Lufftiana 1573. — cum *Rudingeri* commentario, Noribergae 1591. 8. — *Platonis* de rebus diuinis dialogi ſelecti, graece et latine, Socratis Apologia, Crito, Phaedo, liber X. legum, Alcibiades

des II. cura *Io. Northi*, Cantabr. 1673. 8. vitiose exprimunt Steph. recensionem. Amatores, Eutyphro, Apologia Socratis, Crito, Phaedo, cum Olympiodori commentariorum particulis, notisque ed. *Nathanael Forster*, Oxon 1745. et 1752. 8. Hanc edit. vtilem sequutus est fere in prima editione Fischer, de cuius meritis in Platonem mox dicturus sum, exceptis amatoribus. — *Phaedo*, siue dialogus de animae immortalitate, graece et latine: versionem Mars. Ficini emendauit, dialogum ex ipso Platone illustrauit et commentationes philosophicas adiecit *Io. Henr. Winkler*, Lipsiae 1744. 8. — Graece, in vsum scholarum, (cura Frid. Aug. Wolfii,) 1790. min. 8. — Idem edidit Symposium cum notis germ. Lipsiae 1782. 8. et tres *Plat.* dialogos, Protagor. Ion et Theag. gr. cum notis german. et comment. Arnaldi (Arnaud) de Ione Platon. Nordhusae. 1782. 8. — *Parmenides*, gr. et lat. cura *Io. Guil. Thompsoni.* Londini 1728. 8. — Orationes duae funebres, altera *Platonis* dicta Menexenus, altera Lysiae, e recensione et cum notis *Mich. Busteed.* Cantabr. 1696. 12. — Thucyd. *Platonis* et Lysiae orationes funebres, cum notis et obss. anglicis. Oxon. 1746. 8. — Thucyd. *Platonis*, Lysiae, et Xenophontis oratt. funebres cum notis *Eduardi Bentham*, Oxon. 1768. mai. 8. — *Platonis*, Thuc. et Demosthenis orationes funebres, gr. apud Manut. 1549. 8. *Menexenus*,*) graece, cum notis *Io. Christoph. Gottleberi.* Lipsiae 1782. 8. — *Platons Menexenus*

*) De *Menexeno Platonis*, et ab eo diuerso *Menexeno Apostolii*, v. *Lambec.* de biblioth. Caesar. Vindobon. VII. pag. 245. sq.

nus im Grundriſſ: Nebſt Vnterſuchung veber den Zweck vnd die Zeit des Dialogs, die Charactere des Menexenus vnd der Aſpaſia, vnd erklärenden vnd kritiſchen Anmerkungen von *Io. Henr. Iuſt. Koeppen*, Direct. ſcholae Hildeshem. Berolini et Stettin. 1790. 8. — Ἐκ Πλάτωνος Τιμαίȣ τμῆμα — — Ex *Platonis Timaeo* particula, Ciceronis de Vniuerſitate libro reſpondens. Qui duo libri inter ſe coniuncti et reſpondentes, nunc primum opera *Ioach. Perionii*, Benedictini Cormoeriacini, proferuntur in lucem. Paris. apud Io. Lodoicum Tiletanum. 1540. 4.*) — *Timaeum* cum Chalcidii interpretatione, e codd. vett. emendata et animaduerſionibus illuſtrata, edidit *Fabricius* ad calcem Operum Hippolyti, Hamburgi, 1716. fol. pag. 225 — 407. — *Platonis dialogus Io.* — ad fidem codicis Venetiani veterumque editionum reuocatus, vna cum Serrani interpretatione latina, editus et animaduerſionibus illuſtratus a *Marco Guilielmo Müller*, Gymnaſii Altonani Subrect. Hamburgi 1782. 8. — *Plat. Crito*, gr. et lat. Lutet. 1571. 4. — gr. cum verſione Serrani lat. in vſum ſcholarum edid. M. *Michael. Boſchius*, Winsſemius, Prof. graecae linguae in acad. Argentor. Argentor. 1592. 8. — Dialogus ἐρασαὶ in plures particulas diſſectus et more quidem vetere, nec tamen abſono explicitus eſt in libello, parum cognito: *Beniaminis Coberi*, Siles. Glazenſis, *Exercitationum Platonicarum praeludium; ſeu dialogus de philoſophia*, interpretatione latina et perpetua

*) In aduerſa pagina eſt verſio Ciceronis, poſita: quae perierunt Ciceronis, ea Perionius vertit in Obſſ. adnexis, in quibus et Ciceronis verba emendantur et vterque comparatur.

tua; analyſi logica et diiudicatione controuerſiae Socraticae et ſcholiis ita explanatus, vt ſcholaſticae iuuentuti vtiliter proponi et a ſtudioſis philoſophiae, qui Platonem cum Ariſtotele coniungere volunt, penitus cognoſci poſſit. Spirae. 1605. 8. — De republica libri X. graece verſionem Ficini emendauit, notasque adiecit *Edmundus Maſſey*, Cantabr. 1713. 8. II. voll. — Sex dialogi graece et theotisce, cum Dacierii notis et praefatione e gallico in germanicum verſis a *Io. Samuele Muellero*, Rectore Ioannei Hamburgenſis, Hamburgi 1736. 4. — idem Platonis Apologiam Socratis et Critonem graece et germanice edidit, Hamburgi 1739. 4 ——

Nouam recenſionem inſtituit, et omnium operum Platonis editionem promiſit *I. Frid. Fiſcherus*, Rector ſcholae Thomanae Lipſienſis clariſſimus, atque nonnullos ſua induſtria curaque expolitos dedit dialogos ſecundum deſcriptionem et ordinem, qui eſt in exemplo Aldino. Primum vero volumen continet dialogos quatuor, Euthyphron. Apologiam Socratis, Critonem et Phaedonem, graece, e recenſione Henr. Stephani, varietate lectionis, animaduerſionibus criticis breuibus illuſtratos, Lipſiae 1760. 8. praemiſſa Iſagoge Albini, Platonici philoſophici, quam Fabricius in Bibl. Gr. Vol. II. primus ex Holſteniano codice vulgauit. — Eosdem dialogos idem *cl. Fiſcher.* iterum edidit ipſeque recenſuit, et notas inſigniter auxit, Lipſiae 1770. mai. 8. Conſuluit doct. *Fiſcherus* ſuperiores edd. Stobaeum, Ficini verſionem, Cornari eclogas, aliaque habuit praeſidia, quorum ope textum, diſceſſione a Stephano

ſaepius facta, reſtituit et emendauit. Animaduerſiones ſunt maximam partem criticae, etiam grammaticae, (quarum tamen plures in claue promiſſa locum ſuum occupabunt); res vero ipſae, et ſententiae atque opiniones Socratis aut Platonis, quae philoſophicum exigunt interpretem atque ingenium rarius explicantur, atque inquiſitio veri falſique philoſophica, ex hiſtoria philoſophiae frequenter facienda, magiſtris plerumque relinquitur. Alteram editionem ornant vitae Platonis ab Olympiodoro et Heſychio Mileſio conſcriptae, tum defenſio locorum quorumdam Platonicorum ab emendandi libidine Henr. Stephani aliorumque. — Pari modo edidit atque explicuit vir ille graece doctiſſimus et ſobrius criticus Platonis dialogos duo, Cratylum et Theaetetum, graece, Lipſiae 1770. 8. et dialogos tres, Sophiſtam, Politicum, et Parmenidem, Lipſiae 1774. mai. 8. — Denique eiusdem V. C. cura et ſtudio tertia editio atque noua recenſio dialogorum Eutyphro etc. prodiit adeo ornata locupletataque atque animaduerſionibus doctiſſimis, non modo quae quidem praecipua erat cura, criticis, ſed etiam grammaticis et hiſtoricis interdum quoque ex hiſtoria philoſophiae petitis inſtructa, vt reliquas vinceret edd. *Platonis Eutyphro, Apologia Socratis, Crito, Phaedo. graece, ad fid. codd. msst. Tubing. Auguſt. aliorumque et librorum editorum veterum: recenſuit, emendauit, explicauit Io. Frid. Fiſcherus.* Lipſiae 1783. mai. 8. Praemiſſa ſunt plura: vita Platonis a Diogene Laertio, Heſychio Mileſio, Olympiodoro Suidaque expoſita, Alcinoi et Albini introductiones in Platonis dogmata et ex *Fabricii* B. Gr. caput de Platone cum inſigni cl. *Fiſcheri* de codd. editionibus

bus et verſionibus Platon. auctario. — *Platonis* dialogi tres, (n. duo Alcibiades et Hipparch.) — opera et ſtudio *Guil. Elwal.* Oxon. 1771. mai 8. — *Meno*, *Crito*, *Alcibiades primus et ſecundus*, gr. cum notis Gedikii et aliorum, curante *Bieſtero*, Berolini 1780. mai. 8. repet. auct. et emendat. ibid. 1790. m. 8. — *Plat.* Menon et Alcib. II. recepi in Antholog. graecam proſaicam pag. 154. ſqq. — *Plat. Alcibiades* II. — edidit, textum interdum mutauit notasque adiecit *Io. Henr. Koeppen*, Brunſuici 1786. 8. — *Gorgias et Euthydemus.* recenſuit vertit et notas ſuas adiecit *Martin Ioſeph Routh.* Oxon. ex offic. Clarendon. 1784. m. 8. vſus eſt editor cod. Oxonienſi ac Pariſienſi, notisque ſcriptis Thomae Waldgrauii, iam defuncti. Olympiodori ſcholia in Gorgiam nuspiam potuit inuenire; ſed eius tantum ad illa praefationem, quam typis exprimendam curauit. In notis fini adiectis omnem dedit adparatum criticum, addito iudicio, verba resque explicuit, et nouam concinnauit verſionem latinam. In contextu retinuit recenſionem Stephanianam, nec quid mutauit, niſi quod in ſuperioribus editionibus melius fuerit animaduerſum. — *Platonis* epiſtolae: eiusdem liber de philoſophia. 4. ſine l. et a. in biblioth. Neoſtadienſi ad Aiſſum, teſte *Ge. Matthaeo Schnizero* in II. comment. de libris illius biblioth. pag. 24. n. 6. — *Epp.* gr. et lat. Paris. apud Bogard. 1544. 4. — cum notis *I. Iac. Beureri*, Baſil. 1586. 4. — *Epp* IIII gr. et lat. in Stanleii hiſtoria philos. ex verſione lat et editione Olearii, Lipſiae 1711. 4. pag. 322. ſqq. — Num Epiſtola XIII. genuina ſit, nec ne, inquirit *Weſſeling* in Epiſtola ad Venemam, Traiecti ad Rhen. 1748. 8.

Notandae denique ſunt (Ferdin. Chriſtian Mülleri) *Chreſtomathia Platonica*, gr. et lat. Turici 1756. 8. et *Frid. Guil. Ion. Dillenii* Platonianiſche Chreſtomathie, griechiſch und deutſch mit critiſchen und philologiſchen Anmerkungen. Ein Leſebuch für Iünglinge. Winterthur 1782. 8. Vtilis eſt liber: in notis bonae frugis ad Phaedonem pag. 364. et 386. ex Platone demonſtrare ſtuduit vir doctiſſ. et Socratem duas vxores ſimul habuiſſe, et Xantippen fuiſſe moroſam atque contentioſam vxorem. — Alio loco plures excitabo editiones atque verſiones.

5. Viuido et acri ingenio multaque eruditione inſtructus atque lectione poetarum imbutus, floridum et diffuſum ſcribendi genus, quod haud prope abeſt a poeſi, ſectatus eſt, et, quum variorum philoſophorum opiniones imbibiſſet animo, eo facilius paſſus eſt ab viuida animi conceptione abripi, et a ſobria Socratis philoſophandi ſimplicique dicendi et demonſtrandi ratione ad obſcura, deuia, perplexaque, captioſas quaeſtiones, ſtilique ſplendorem inaequalem abduci. Maior tamen ingenii vbertas et ſermonis ac litterarum copia atque elegantia in illo, quam iudicii ſubtilitas ineſſe videtur. Quin imo *Agatopiſta Cromazianus* h. e. P. Appian. Buonafede, in hiſtoria philoſophiae (italice ſcripta) Luccae 1771. rec. Venet. 1782. 8. Tom. III. cap. 39. Platonem, iudicat, mediocre habuiſſe ingenium, eius philoſophiam paene totam fuiſſe metaphyſicam, eamque a vi ſentiendi poetica atque nimis viuida, ſ. enthuſiaſmo corruptam. Bene tamen animaduertit, Platonem nihil debuiſſe Iudaeis, neque cum illis eſſe verſatum. Namque *Iuſtin. Martyr* Apol. II. pag. 92.

Marsham

Marsham in Canone chron. pag. 151. edit. Franeck. *Witsius* in Aegyptiacis pag. 275. sqq. *Peter van Eys* in disputat. *de Platone Mosaizante*, Franecker. 1715. contendere ausi sunt, Platonem suas doctrinas et opiniones ex Mose aliisque auctoribus diuinis hausisse. Quam sententiam fuerit amplexus *Io. Guil. Iani* in binis diss. de Platone iudaizante, Witteberg. 1705. 4. equidem, qui illis caream, definire nequeo. Quamquam poeticen ipsam iuuenis adtigit et poetas crebro legit: tamen in libris suis de republica, quam nouam et naturae et conditioni ciuitatum hominumque veluti aptiorem mente animoque conceperat, poetas a noua sua ciuitate abesse iussit; qua de iniuria et sententia alii aliter iudicarunt, et pluribus disserui in Opusculis meis varii argumenti pag. 405. sqq. *Massieu* in Mem. de l'Acad. — des Inscr. vol. II. pag. 161. adcusavit Platonem iniustitiae, sed defendit eum eiusque sententiam explicat *Fragieur* ibid. pag. 107. adde Histoire de la meme Acad. I. pag. 168. sqq. cl. *Wiedeburg* in progr. germanice scripta, de his, quae Plato poetis vitio vertit, Helmstadii 1789. 4. et cl. *Beck* diss. s. Examen caussarum cur studia LL. AA. — aut neglecta aut impugnata fuerint pag. 3. not. 5. Plato vero, vti Socrates (v. Cicer. Tuscul. I. 42.) de industria dubitabat aut dubitare videbatur vel de iis, quae certa esse sciuit, ad contundendos et irridendos Sophistas, qui de omnibus rebus cum immoderata et impudenti fiducia, quasi omnia cernere ac definire possent, dicere solebant. De eius autem veris aut falsis aut ingeniosis opinionibus, doctrinarum, quam sibi finxerat, connexione, quae fluxa fuit nec sibi constans, singularibus et aliis

rebus, de quibus ſcriptores hiſtoriae philoſophicae agere ſolent, de controuerſiis, quas Academia excitauit, hic plura ſcribere haud vacat. Adeant, quibus volupe eſt, *Meiners* philoſophiſche Schriften Part. I. qui multa praeclare acuteque diſſeruit; at Platoni quoque iniuriam ſaepe feciſſe a cenſore ſuo in Bibliotheca Berolinenſi acriter arguitur. Idem tamen V. C. de Platone eiusque philoſophia diligentius fuſiusque disputat in Hiſtoria doctrinarum — apud Gr. et Rom. tom. II. pag. 683 — 808. Secus vero ſaepe ſentit *Pleſſing* V. Cl. et Platonem maximi facit in libris, quos ſequenti §. laudabo. Inſuper conſulant *Bruckerum* in hiſtor. philoſ. crit. Tom. I. pag. 695. ſqq. et *Fabricium* in bibl. gr. Vol. II. Libr. III. cap. 1. qui pag. 36. ſqq. vet. edit. eos recenſet ſcriptores, qui diſſenſum philoſophiae Platonicae ab Ariſtotelica, aut huius cum illius philoſophia conſenſum, aut horum duorum comparationem, aut conſenſum diſſenſumque chriſtianae item hebraicae et Platonicae religionis, aut Platonis theologiam, philoſophiam, ethicam, poeticen, rhetoricen etc. in ſingulis libris expoſuerunt atque illuſtrarunt. Addas *Stanleii* hiſtor. philoſ. lat. Lipſiae 1711. 4. qui pag. 312. et alibi teſtamentum, epiſtolas, et epigrammata quaedam Platonis poſt alios dedit. Atqui Plato num plagiarius ſit dicendus, inquirit et in vtramque partem disputat *Iac. Thomas.* in disp. de plagio liter. Lipſiae 1679. 4. pag. 232. ſqq.

6. Memorati hi viri docti quum nubem ſcriptorum, qui de Platone eiusque ſcribendi et ratiocinandi via ſcripſiſſent, iam excitaſſent, et cel. *Saxe* in Onomaſtico I. pag. 62. ſeq. et 545. ſq. interpretes addidiſſet recentiores, equidem, ne

nimius

nimius eſſe videar, hic paucos commemorabo et adiiciam: plures alio loco et tempore memorabo. — Phaedon aus dem Griechiſchen des Plato überſetzt von *Io. Bernhard Koehler*, Profeſſore tum Kilonienſi, cum notis in textum graecum criticis, Lubec. 1769. 8. — Gorgias, ein Geſpraech von der Redekunſt, aus dem Griechiſchen des Plato überſezt, Tiguri 1775. 8. — Dialogum *Crito* in linguam teutonicam transtulit, adſperſis obſeruationibus, *Heinze*, Director Gymnaſii Vinarienſis Weimar, 1781. 4. — cum Axiocho Aeſchinis repet. Deſſau. 1783. 8. et mutato tituli folio, Götting. 1788. 8. — Dialogos de legibus theotiſce interpretatus eſt, additis ſuis et Groui animaduerſionibus, *I. G. Schulteſſ*, Tiguri, 1787. 8. — *Vier Dialogen des Platon.* Menon, Kriton und beide Alkibiades überſetzt von *Frid. Gedike* — Berol. 1780. 8. — *I. I. Engel* Verſuch einer Methode die Vernunftlehre aus Platoniſchen Dialogen zu entwickeln. Berol. 1780. 8. — Opera *Platonis* in ſermonem germanicum conuertit *Kleuckerus*, Lemgou. 1780. ſqq. 8. — *Mureti* commentar. in libr. I. et II. Platonis de republica, in tomo III. Operum Mureti, a Ruhnkenio editorum, Leidae 1789. 8. — *Iani Cornari* eclogae (plenae eruditionis criticae) in dialogos Platonis omnes nunc primum ſeparatim editae, cura *Io. Friderici Fiſcheri.* Acceſſerunt Aldi Manutii, Simonis Grynaei, Marcique Hopperi editioni dialogorum Platonis Venetae et Baſilienſi vtrique praemiſſae, Lipſiae 1771. 8. — *L. Andr. Ritteri* diſſ. de praeceptoribus Platonis. Grypswaldiae 1707. 4. — *Io. Chr. Gottleber* Animaduerſiones (doctae atque elegantes) ad Platonis Phaedonem

et Alcibiadem secundum. Adiuncti sunt Excursus in quaestiones Socraticas de animi immortalitate cum summa Phaedonis, Lipsiae 1771. 8. Idem edidit specimina animaduersion. ad lib. I. Platonis de legibus in Actis erudit. Lips 1771. m. Nou. pag. 449 — 538. et a. 1772. mens. Iun. pag. 276 — 285. Laudationem funebrem Platonis et Periclis Thucydidei contendit Misniae 1779. 4. — *Io. Caroli Zeunii* animaduersiones ad Anacreontem, *Platonem* et Xenophontem. Lipsiae 1775. mai. 8. — *M. Io. Iac. Leibnitii* disp. res publica Platonis, Lipsiae 1676. — *M. Io. Ge. Geret* praeside Io. Guil. Bergero, Exercitatio anti-Lactantiana, qua de mendosa Eucharistiae Platonicae interpretatione disser. Witteberg. 1722. 4. — *D. Io. Dieter. Winkleri* diss. de philosophiae Platonico — Pythagoreae fraudibus seu placitis erroneis, a Paulo atque Petro I. Tim. I. 4. IV. 7. II. Tim. IV. 1 — 4. Tit. I. 13, 14. II. Petr. I. 16. improbatis ac vitari iussis. Rintelii. 1744. 4. — *M. Caroli Ioach. Sibeth* diss. de ideis Platonicis. 1720. Pariter *de ideis Platonis* disput. M. *Schulze* (tum temporis diaconus Witteberg, in praesenti Professor Helmstad.) Wittebergae 1786. 4. At hoc argumentum plurium virorum doctorum ingenium atque diligentiam exercuit. vide *Bruckeri* historiam philosophicam doctrinae de ideis, qua tum veterum, inprimis Graecorum, tum recentiorum philosophorum placita enarrantur. Augustae Vindelicor. 1723. 8. — Multa etiam acute docteque disputat de illis et reliquis Platonis doctrinis atque placitis cl. *Frid. Victor. Lebrecht Plessing* in praesenti Professor Duisburgensis, alioquin nimius fere admirator Platonis

tonis et Ariſtotelis contemtor, hinc a variis cenſoribus, quo iure, qua iniuria, alii iudicent, forſan tamen interdum iuſto et aequo acerbius notatus ac refutatus. Mihi ſufficiat, indices librorum ponere: *über die Platoniſchen Ideen, in wie ferne ſie ſowohl immaterielle Subſtanzen, als auch reine Vernunftbegriffe vorſtellen* in *Caeſars* Denkwürdigkeiten aus der philoſophiſchen Welt, vol. III. Lipſiae 1786. nr. 2. tum ſeparatim edidit: *Memnonium* oder Verſuche zur Enthüllung der Geheimniſſe des Alterthums. Lipſiae. 1787. mai. 8. II. tom. — Verſuch zur Aufklärung der Philoſophie des älteſten Alterthums. Lipſiae vol. I. 1788. 8. vol. II. part. I. II. ibid. 1790. 8. — *Batteux* in: Geſchichte der Meinungen der Philoſophen von den erſten Grundurſachen der Dinge, aus dem Franzöſiſchen überſetzt, Lipſiae. 1773. 8. copioſe declarauit atque examinauit, quid *Plato* et reliqui veteres philoſophi de primis rerum principiis iudicarint. — *Rumpelii* progr. in Platonis dialogum, qui Crito inſcribitur, Erford. 1768. — Cratylum Platonis illuſtrat *Garnier*, in Memoir. de l' Acad. des I. et. B. L. tom. 32. Paris et in tom. 37. p. 1. ſqq. a. 1774. *Arnaud* disputat de ſtilo Platonis, praeſertim de argumento dialogi, Ion. — et in vol. 35. pag. 313. ſq. disputat *Garnier* de paradoxis Platonianis. — *Ge. Frid. Richteri* progr. de loco Platonis in Protagora, cur voluptates quaedam malae ſint. Lipſiae. 1732. 4. — *Iac. Stellini* in Opere varie, ab Antonio Evangel. curatis vol. IV. Paduae 1783. eſt lucubrationum ethicarum liber ſingularis p. 124 — 143. de ſcopo et ordine dialogi Platon. Lyſis, et p. 193. dialogi Philebus vol. V. ſunt excerpta ex

Parmenide Platonis. *M. Carol. Nuernberger* disp. me praeside habita, de consilio Platonis in scribendo Euthyphrone Erlangae 1787. 4. atque dialogum illum Platonis, Eutyphron germanice vertit et vberius exposuit *I. G. Schlosser* in: Kleinen Schriften, part. V. Basil. 1787. 8. — cl. *Schütz* in aliquot progr. Ienae 1784. et deinceps ac nouissimum sub exitum huius anni (1791.) prodiit, critice pertractare instituit quaedam Plat. loca. — cl. *Io. Iac. Henr. Nast* comment. de methodo Platonis philosophiam tradendi dialogica. Stuttgard. 1787. 4. — *Abr. Gottlieb Raabe* disp. specimen interpretandi Platonis dialogi, qui *Crito* inscribitur, Lipsiae 1791. 4. — *Gottlob Ernst Schulze* progr. de summo secundum Platonem philosophiae fine. Helmstadii 1789. 4. — *Iac. Zimmermannus* in Schelhorn. Amoenitat. literar. tom. IX. p. 827. sqq. Platonem defendit a Gundlingianis Atheismi criminationibus, quae part. 43. et 44. Gundlingianorum effusae sunt, et Zimm. ibid. tom. XI. p. 369. sqq. ac tom. XIII. p. 48. sqq. scripsit vindicias suae dissertationis contra iteratas Gundlingii iniurias. — De Platonica animorum immortalitate diss. *Ioach. Sam. Weickhmann* Witteb. 1740. — *Chr. Ernesti de Windheim* Examen argumentorum Platonis pro immortalitate animae humanae dissert. Gottingae 1749. — *Albrecht. Christiani Rotth* Trinitas Platonica, e scriptis Platonis et Platonicorum eruta et cum Trinitate scripturae S. collata, diss. praes. D. Io. Benedicto. Carpzou. Lipsiae 1693. — *Andr. Dacier.* IX. dialogos in linguam franco-gallicam transtulit, et inscripsit librum: Les Oeuvres de Platon, traduites en François avec de Remarques

et

et la Vie de ce Philoſophe, avec l' expoſition de principaux dogmes de ſa Philoſophie II. tom. Paris 1699. 12. mai. (laudatur quoque edit. 1706.) Poſtea *Grou*, e Soc. Ieſu, homo a multa philoſophiae Platonicae et linguae graecae peritia inſtructus, gallice interpretatus eſt et edidit, La Republique de Platon. Amſtel. 1763. 8. et Loix de Platon 1769. 8. II. Vol. dialogues (VII.) des Platon. II. Voll. Hanc interpretationem, quum eruditis placere vidiſſent, bibliopolae Pariſienſes, typis repetendam curarunt. Addiderunt vero Dacierii interpretationem dialogorum paullo ante indicatam ſub inſcriptionis formula: Bibliotheque des Anciens Philoſophes, Voll. VI. in 12. 1771. praemiſſo Fleury diſcours ſur Platon, et fini ſubiuncta duorum dialogorum, Hippiae et Euthydemi, verſione a *Maucroix* facta, et parte conuiuii a *Racino* translati. Horum omnium interpretatio tamquam continuatio ſuperioris Grouanae venditur: totum vero opus nunc conſtat XI. Voll. — *Iac. Geddeſii* An Eſſay etc. ſiue periculum criticum de arte commentandi et ſcribendi antiquorum, praeſertim Platonis, Glasgow 1748. 8. valde laudatur et, quod ciuitate donetur latina, dignum iudicatur. — *I. Frideric. Hilleri* diſp. de campo veritatis Platonico, (h. e. loco vbi animi, corporis vinculis ſoluti, vitae anteactae rationem reddunt, vt aut praemiis aut poenis iuſtis adficiantur.) Witteberg. 1741. 4. M. *Io. G. A. Oelrichs* comm. de doctrina Platonis de deo a Chriſtianis et recentioribus Platonicis varie explicata et corrupta. Marburg. 1788. 8. — *Erneſti Godofr. Lilie* comm. Platonis ſententia de natura animi. Gottingae 1790. 8. — *Dan. Wyttenbachii* disp. de quaeſtione —

ſtione —

ſtione — quae fuerit veterum philoſophorum inde a Thalete et Pythagora vsque ad Senecam, ſententia de vita et ſtatu animorum poſt mortem corporis — ſect. V. vide (Wyttenbachii) Bibl. critic. Amſtel. 1787. vol. III. part. I. pag. 116. ſqq. — *Bailly* lettres ſur l'Atlantide de Platon et ſur l' ancienne hiſtoire de l'Aſie; pour ſervir de ſuite aux lettres ſur l'origine des ſciences. — Lond. et Paris 1779. 8. ſed compara cenſuram in Gotting. ephem. litter. ſupplem. plag. 40. a. 1780. pag. 632. ſqq. Luxdorphiana e Platone — cum annotatt. edidit *Olaus Wormius*, partic. I. Hauniae 1790. 4. ſunt comparationes vtriusque diuini foederis et τῶν LXX. cum Platone, a Luxdorph. ſuo exemplo Platonis a. 1590. adſcriptae, a Wormio illuſtratae. etc.

§. 71.

CHION.

Heracleota, natione Ponticus, diſcipulus Platonis, cuius illi conſuetudo ſummam animi magnitudinem, conatus vero liberandae patriae glorioſam mortem adtulit. Sub nomine illius circumferuntur XVII. epiſtolae venuſtae quidem, et ad exemplum veramque laudem efficaces: at ab auctore longe alio, ac a Chione, a ſophiſta quodam et ſcriptore inferioris aetatis eas conſcriptas eſſe, et formulae quaedam loquendi abunde declarant, et argumenta plurium epiſtolarum, in quibus ratio temporis non conſtat: id quod ab aliis quoque, praecipue a nouiſſimo illarum editore, Cobero, tum in praefatione, tum ad epiſtolas

las III. et XIII. atque alibi commonſtratum eſt. Exſtant inter Epiſtolas Graecorum, primum ab Aldo, Romae 1499, tum a Cuiacio, Geneuae 1606. iunctim editas: ſeparatim quoque cura *Caſelii* Roſtochii 1583. 4. prodierunt. Quasdam epiſtolas H. Stephanus Cteſiae et Memnonis fragmentis ſubiecit. At ex Aldino fonte manarunt reliquae editiones, vsque ad Coberianam, quae e codd. Mediceis nonnumquam ſuppleta, ſaepe caſtigata, interdum e coniectura emendata, animaduerſionibus tam criticis, quam grammaticis et hiſtoricis, in quibus nonnulli auctoris errores, et dubii atque obſcuri loci refelluntur, vel indicantur, vel illuſtrantur, frugaliter inſtructa prodiit Dresdae et Lipſiae 1765. 8. Inſcripta vero eſt haec commoda atque vtilis editio: *Chionis epiſtolae* graece, ad codd. Mediceos recenſuit, caſtigauit, notas et indicem adiecit *Io. Theophilus Coberus*, A. M. Gymn. Budiſſenſis Conrector.

§. 72.

PHILOXENVS Cytherius, poeta διθυραμβοποιὸς, a Dionyſio Tyranno in Latomias coniectus, ſcripſit Cyclopem, in quo tyrannos notauit: eum vero perſtrinxit Ariſtophanes in Pluto: vixit igitur *Philoxenus* circiter A. M. 3607. Olymp. XCV. v. *Fabricii* B. Gr. Vol. II. Libr. II. cap. 15. pag. 134. et cap. 19. pag. 315. et *Saxii* Onomaſtic. I. pag. 65. *Dorville* Sicula tom. I. pag. 181.

§. 73.
ISAEVS.

1. Verisimile est, eum sub finem belli Peloponnesiaci floruisse vsque ad imperium regis Philippi Macedonis.

2. Num Atheniensis, an Chalcidensis fuerit, iam aetate Dionysii Halicarn. non compertum fuerat. Lysiae et Isocratis discipulus, Demosthenis magister.

3. Decem orationes restant, ad caussas ciuiles de hereditatibus pertinentes. Editae sunt

4. cum reliquis oratoribus apud Aldum, Stephanum et Hanouiae. Nouissime cum *Taylori* et *Reiskii* notis in huius Vol. VII. Oratorum graecorum, et pag. 300. sqq. inseruit b. Reiske in Dionys. Halicarn. iudicium de Isaeo.

5. Totus in eo fuit, vt aemularetur atque imitaretur Lysiam, cuius etiam virtutes dicendo non solum adsequutus est, sed etiam, maiore cura, diligentia atque sublimitate orationis adhibita, superauit. Coniunxit enim cum simplicitate vim et grauitatem. Fons sublimitatis et grauitatis Demosthenicae dicitur. — Ex cod. Medic. Florent, ab Anglo quodam V. D. primum typis vulgatus est Ἰσαίȣ λόγος περὶ τȣ̃ Μενεκλέȣς Κλήρȣ, Londini 1785. 8. — rec. pluribus locis emendatior cum paucis notis in: Bibliothek der alten Litteratur vnd Kunst, part. III. Göttingae 1788. pag. 1 — 22. — Anglice versae sunt orationes a *W. Iones* cum notis criticis atque historicis, Oxon. 1779. mai. 4. — gallice cum Lycurgo, Andocide, Dinarcho et Demadis fragmento. Paris.

ris. 1783. m. 8. — De Augeri gallica interpretatione v. Gotting. ephem. litter. a. 1783. pag. 1823.

6. *Fabric.* B. Gr. Vol. II. Libr. II. cap. XXVI. Sect. VI. *Ruhnken* histor. crit. oratorum gr. pag. 64. cl. *Wolf.* in prolegom. ad Demosthen. orat. contra Leptin. p. 109. not.

§. 74.

Intra Olymp. XCVII — CV. floruerunt comici, *Nicophon* al. *Nicophron*, *Nicochares*, Philonidae filius, *Philetaerus*, *Eubulus*, *Nicostratus*, *Theopompus*, diuersus a Theopompo historico et Oratore, *Philippus*, *Ephippus*, *Anaxilas*, s. *Anaxilaus*, Athenienses, *Epicrates*, Ambraciota, et *Anaxandrides* seu Rhodius seu Colophonius, quorum fragmenta Hertelius et Hugo Grotius in Excerpt. e Trag. et Comicis collegerunt, v. *Fabric.* B. Gr. Vol. II. Libr. II. cap. 22. Huc etiam referendi sunt *Astydamas*, minor, Astydamantis filius, et *Theodectes*, poetae tragici, de quibus aliisque vide *Fabric.* B. Gr. Vol. II. Libr. II. cap. 19.

§. 75.

EVDOXVS.

Circiter Olymp. CIII. floruit. Aeschinis filius, Cnidius, geometra, medicus, legislator, et praestantissimus siderum scrutator. Scripta illius, quorum nihil ad nos peruenit, a veteribus passim memorantur et laudantur. Plura de illo vide

apud

apud *Fabric.* B. Gr. Vol. III. Libr. III. cap. 5. nr. IX. *Diog. Laert.* VIII. *Brucker.* in hiſtor. crit. philos. Vol. I. pag. 1140. ſqq. *Saxium* in Onom. liter. I. pag. 69. *Dodwell.* de veteribus Cyclis diſſ. VIII. ſect. 13. et 14.

Obſeruationes vmbrarum, quae Eudoxo adtribui ſolent, omnesque, de quibus Plinius et Strabo diſſerunt, ſcholae Alexandrinae confictas eſſe, nec ſuo loco factas, audacter contendit *Formaleoni* in Diſſertazione ſopra i fonti degli Errori nell' anticha Geografia del Marnero, adiuncta vol. II. a pagina 163. Operis: Storia filoſofica e politica della navigazione, del Commercio e delle Colonie degli Antichi nel mare nero, opera di V. A. *Formaleoni.* Venet. vol. I. 1788. mai. 8. vol. II. 1789.

Eudoxii praeceptor in arte medica fuit *Philiſtion*, medicus, de quo v. *Mongitor.* Bibl. Sicul. II. pag. 179, et *Fabricii* B. Gr. vol. XIII. pag. 366. ſq.

§. 76.

DEMOSTHENES.

1. De anno natali non conſentiunt ſcriptores. Natus vero eſt ſecundum *Fabricium* Olymp. CI. 2. Secundum *Plutarchum*, cuius rationes *Samuel Petitus* in Comment. ad leges Atticas Libr. III. tit. 1. pag. 266. ſq. ed. Weſſelingii operoſe firmare ſtudet, Olymp. XCVIII. 4. ſecundum *Dionys. Halicarn.* quem ſequuntur *Saxius* in Onomaſt. I. pag. 70. et *Hamberger.* in kurzen Nachrichten etc. Olymp. XCIX. 4. *Hamberger.* tamen in maiore opere,

opere, zuverläſſige Nachrichten etc. finiuerat Olymp. CV. 2. a. C. N. 375. alii Olymp. CI. 2. Obiit, veneno ſumto in Calauria inſula ſecundum *Fabricium* et *Hamberger.* in kurzen Nachrichten pag. 118. Olymp. CXIV. 3. aetatis LXII. ſecundum *Saxium* Olymp. CXV. 2. aut 3. ſecundum Hamberger. in zuverlaeſſigen Nachrichten pag. 289.

2. Paeanenſis Atticus, Calliſtrato et Iſaeo magiſtris in arte orandi adeo profecit, vt naturam ſuam ſuperaret. Maior tamen fuit in arte ciuili, quam bellica. Vi quidem ſuae eloquentiae ciues ad bellum contra Macedones gerendum ſaepius excitauit et quaſi rapuit, atque regibus Macedoniae, qui quidem aliquoties tradi eum iuſſerunt, maius intulit damnum, quam exercitus haud mediocris, et alia reipublicae vtilia et glorioſa ſuaſit fecitque; at in acie hoſtis metum, quippe qui in proelio ad Chaeroneam commiſſo primus fere fuiſſet, qui, clypeo abiecto, fuga ſalutem peteret, aeque minus vincere potuit, ac nimiam pecuniae auiditatem, quae eum in exſilium pepulit, v. *Stauer.* ad Corn. Nepot. XIX. 2. p. 242. meae edit. Quum autem in tanta eſſet exiſtimatione atque admiratione, honores ei non defuerunt. Fuit etiam Trierarcha, at quoque Demagogus, h. e. qui cauſſam populi in concionibus ageret, v. *Perizon.* ad Aeliani V. H. XII. 43. nec obfuit illi, quod matre Scytha natus eſſet. Demoſthenis nimirum mater, Cleobule filia fuit Gylonis, qui ortu quidem Athenienſis erat, ſed exſul in Scythia vxorem duxerat. v. *Rutilium Lupum* Libr. II. de figur. ſent. et eloc. ibique Ruhnken pag. 117. Macedones, quum libertatis Atticae funus quaſi curaſſent, Demoſtheni in patria locum tutum non

reliquerunt: is vero, vt liber moreretur ludibriumque et odium hoſtium euitaret, veneno ſumto periit. Multos quoque populares, a rege Macedonum corruptos, aduerſarios habuit acerrimos, quos vero etiam fulmine eloquentiae ſuae e patria ſaepe eiecit. Notiſſimus eſt Aeſchines, quem Rhodum abire coëgit, v. *Plin.* II. epiſt. 3. ſect. 10. ibique Gesner. — Praeclaros quosdam oratores, qui ante illius aetatem exſtiterunt, ipſe laudat in orat. de corona, cap. 64. pag. m. edit. 452.

3. Habemus ab ipſo adhuc LXI. orationes, LXV. orationum prooemia, quae tamen non omnia cenſentur genuina, et ſex epiſtolas, v. Fabricium, vbi plura adſcripſi.

4. Princeps editio eſt *Aldina* 1504. in fol. minore, quam ipſe Aldus laudat a pulcherrimis characteribus, et perquam decenti forma habituque. Exhibet vero Demoſthenis orationes duas et ſexaginta, Libanii Sophiſtae in eas ipſas orationes argumenta, vitam Demoſthenis per Libanium, eiusdem vitam per Plutarchum, graece. Fini libri additae ſunt variae lectiones e tribus MSStis haud diligenter congeſtae. Triennio autem quum Demoſthenes ſub praelo haeſiſſet, Aldus eodem anno iterum edidit oratorem, e melioribus libris emaculatum, lectionibus haud parum inter ſe diſcrepantibus. Bonas habet lectiones editio Aldina a poſterioribus ſaepe perperam mutatas. Antea vero Aldus Vlpiani ediderat commentariolos in Olynthiacas, Philippicasque Demoſthenis orationes — cum *Harpocrationis* lexico decem rhetorum, Venet 1503. fol. — Aldinam edit. excepit Herwagiana prima, cum commentariis Vlpiani,

ni, Basileae 1532. fol. cum varia lectione et adnotationibus ex Des. Erasmi, Guil. Budaei aliorumque operibus, studio Iac. Ruberi, cuius praematurum obitum luget Oporin. in epistola fini adiecta, sumtis. Basis est Aldina, cuius etiam mendae pleraeque sunt seruatae, nouis quibusdam auctae, nonnullae tamen ope ingenii, nescio cuius, sublatae. Splendidior et commodior, interdum emendatior haec est editio priore. — Multo melior et emendatior est illa, quae Venetiis ex officina *Francisci Bruccioli*, in forma octaua, tribus Voll. cura *Io. Bernardi Feliciani* 1543. prodiit — Merum Felicianae apographum, sed deformatum, est ed. *Paulli Manutii*, graece III. Voll. Venet. 1554. Innumeris scatet vitiis typographicis, (conf. *Reiske* praef. ad sua Demosthenica Vol. II. Apparat. crit. pag. 27.) — De Demosthene optime meruit Hieron. Wolfius, qui Demosthenem semel graecum, bis graeco - latinum, ter latinum edidit. — Graece et latine, cum translatione, notis et Gnomologia Hier Wolfii, item Vlpiani commentarii cum Wolfii versione, Basileae 1549. fol. apud Oporinum. — Successit edit. Parisina splendida et ad id temporis perfectissima, 1570. fol. a *Morello* 1558. incepta, et, illo mortuo, a *Dionysio Lambino*, haud pari cura et sedulitate absoluta, sumtu Benenati, de qua Reiske diligenter egit, qui praeterea ostendit, eamdem esse editionem, quae eodem anno Parisiis apud Michaelem Somnium prodiisse dicitur in fronte libri*). — Antea tamen altera *Herwagiana* lucem vidit Basileae in 8. graece sine Vlpiani commen-

*) Conf. Biblioth. philol. Goetting. 1770. vol. I. part. II. pag. 39 — 41.

mentariis, (in fine praefationis ſcriptum eſt: Baſileae Calend. Ianuarii 1547. Fabricius citat quoque edit. a. 1550.) Penes me quidem eſt illa editio, cuius inſcriptio iam gloriatur, orationes nunc longe diligentiore, quam vmquam hactenus recognitione emendatus eſſe: et Herwagius in praefatione teſtatur, ſe Petri Daneſii Galli et Vincentii Obſopoei Germani exemplaria caſtigationesque ſequutum eſſe. Praeterea variae lectiones ſubiunguntur, et tribus voluminibus conſtat opus, vti quoque in praefatione adſeueratur. Meum tamen exemplum duobus tantum conſtat tomis: — Altera *Wolfii* graeco-latina editio, quae eſt tertia Herwagiana, prodiit Baſileae 1572. fol. continet opera Demoſthenis et Aeſchinis et Vlpiani commentarios. Wolfius multa correxit ex duobus MSStis et de coniectura, at notae ſunt valde perturbatae. De huius edit. pleniſſimae et vulgatiſſimae virtutibus, vitiis et incommodis *Reiske* in praef. §. 8. curate pleneque agit. — Recuſa eſt bis; primum Francof. 1604. fol. (quae tamen opuſculorum nonnullorum ſedem mutauit, Vlpiani ſcholia orationi cuique ſubiecit et collectionem lectionum ex libris quibusdam a Sylburgio haud ſatis diligenter inſtitutam habet,) et tum Geneuae 1607. quae ſordidis chartis expreſſa, Wolfii caret adnotationibus. — Francofurtanam ed. renouauit *I. Taylor* et notis doctis, quibus orationes potiſſimum ex iure Attico et antiquitate explicantur, inſtruxit. Splendida et cara eſt editio, neque tamen perfecta, aut ſatis critica, quamuis Taylorus multa habuiſſet praeſidia. Viderat quidem interdum naeuos textus Wolfiani; at non correxit. Inſcriptio autem haec eſt: Δη-

μοσθέ-

μοσθένους, Αἰσχίνου, Δεινάρχου καὶ Δημάδου τὰ σωζόμενα, Vol. III. quod primum prodiit, Cantabr. 1748. Vol. II. ib. 1757. 4. Voll. I. IV V. quae Vlpiani commentarios aliaque continere debuerant, non prodierunt: eorum tamen collectanea post Taylori obitum ab Askew ad Reiskium mittebantur. — Hic vero *Io. Iac. Reiske*, vt de reliquis oratoribus graecis, ita in primis de Demosthene immortaliter meruit. Edidit vero, summa cura et diligentia adhibita, oratores graecos, Vol. XII. Lipsiae 1770. vsque ad 1775. in 8. Duo prima Voll. continent scripta *Demosthenis*, graece, e bonis libris ab ipso emendata, materia critica, commentariis integris Hier. Wolfii, Io. Taylori, Ier. Marklandi aliorum et Reiskii ipsius, (maximam partem criticis,) animaduersionibus, indicibus denique instructa, Voll. IX. X. et XI. exhibent Adparatus criticos ad Demosthenem, in quibus notae Wolfii in meliorem ordinem sunt redactae et Taylorianae cum Marklandianis, tam quae typis iam exscriptae fuerunt, quam quae in schedis latuerunt et ab Askew ad Reiskium sunt missae, exhibentur. Illas excipiunt adnotationes Reiskianae. Subtilis, acutus, et Tayloro sagacior, at enim audax quoque criticus fuit Reiske: hinc etiam multa in textu correxit, plura notauit in notis, in quibus vero de singulis, correctionibus sincere monuit lectores. Praeter subsidia Tayloriana aliaque habuit quoque codd. quos consuluit, ex bibliotheca Augustana Vindelicorum et Monacensi. In praefatione ad I. Vol. et ad Adpar. crit. Vol. II. de edd. MSStis, interpretationibus, etc. perite et quam diligentissime egit. Indices Operum Demosth. quae spissum, idque XII. volu-

 men

men complent, ſunt pleni atque egregii. — *Demoſthenis et Aeſchinis, quae ſuperſunt, omnia*, iuxta accuratiſſimam omnium, quotquot habent bibliothecae regia et Sangermanenſis, codd. msstor. et inpreſſorum inſpectionem, iuxtaque auctoritatem librorum, quos adierunt Taylorus et Reiskius, graece et lat. edidit, cum verſione noua, triplici indice, varr. lection. et breuioribus notis, *Athanaſius Auger*. — tom. I. continens vniuerſas, quae ad Philippum pertinent, conciones, et huius epiſtolam. Paris. typis graecis nouis Firmin. Didot, ſumtibus Petri Didot, natu maioris. 1790. mai. 4. De ſplendida hac editione plura leges in ephemerid. litterariis Lipſiens. 1790. m. Iun. nr. LI. pag. 401. ſqq. Gottingens. a. 1791. plag. 31. et Ienens. ſ. Allgem. Litterat. Zeit. m. Febr. 1791. n. 61.

Separatim vero editae ſunt *Dem. orationes* de republica ad populum, Latio donatae a *Io. Vincentio Lucchcſino* cum textu graeco e regione adpoſito et notis criticis et hiſtoricis, Romae 1712. 4. — *Demoſth. et Aeſchinis οἱ περὶ τῆς παραπρεσβείας λόγοι ἀντιδικοὶ*, cum latina Hier. Wolfii verſione — nec non Budaei aliorumque notis. His accedunt in Demoſthenis orat. Vlpiani ſcholia, aliaque anonymi cuiusdam in Aeſchinis orationem nunc primum edita, et indices neceſſarii, Oxonii 1721. 8. cura *Henrici Brooke*. — *Dem. ſelectae orationes*. Ad codd. MSS. recenſuit, textum, ſcholiaſtem et verſionem plurimis in locis caſtigauit, notis inſuper illuſtrauit *Ricardus Mounteney*. Praefiguntur Obſeruatt. in Commentarios vulgo Vlpianeos, (auctore Io. Chapmano,) et tabula antiqua Graeciae Demoſtheni accommodata, Lond.

1731.

1731. ed. ſecunda et emendat. 1748. 8. ed. 4. a. 1764. — ed. ſexta, 1778. m. 8. — Orat. in Midiam cum oratione in Leocratem, recenſuit *Io. Taylor*, Cantabr. 1743. 8. — *Demoſth. orat. de Corona.* gr. (ſine loci indicio) apud Ioan. Le Preux 1570. 8. — Orationes aliquot ex hiſtoria Thucydidis et inſigniores aliquot Demoſthenis et aliorum oratorum graecorum, conuerſae in lat. ſermonem a *Ph. Melanthone*, editae a *Casp. Peucero*, Witteb. 1562. 8. — *Demoſth.* Olynthiaca I. in lat. linguam verſa a *Phil. Melanth.* in calce; Haganoae per Io. Secerium. 1523. 8. — *orat. Dem.* Κατὰ Ἀριϛογείτονος referta egregiis ornamentis ac luminibus verborum et ſententiarum, quam et Iuriscons. citauit ff. de legibus. In calce: Impreſſum Wittembergae per Ios. Clug. a. Dom. 1526. 8. graece, cum praefat. Phil. Melanthon. — *Dem.* Olynthiaca I. gr. Vuittembergae ſ. a. in 8. I. plag. probabiliter apud Melch. Lotther, cura Melanth. Has edd. propter raritatem commemoraui *Olynthiacae* in vſum ſcholarum aliquoties ſunt ſeparatim editae. — Ego vero edidi *Demoſthenis Orat. de corona* *) cum Wolfii, Marklandi, Palmerii et I. I. Reiskii meisque animaduerſionibus, graece et latine, Altenburgi 1769. 8. — *Aeſchinis* in Cteſiphontem et *Demoſth.* de Corona orationes gr. et lat. interpretationem recudit et notas partim variorum, partim ſuas adiecit *Ios. Stock.* Dublin. II. Voll. 8. 1774. — Orat. Philippicae omnes, cui interpretationem denuo caſtigatam et notas

*) Orationem de Corona, prouti nos eam habemus, ex duabus eſſe concinnatam, iudicat Taylor. in notis ad illam pag. m. edit. 358. fin. n. 93. inprimis pag. 78. ſqq.

aliquot adiecit, Ios. Stock, Dublin. 1774. II. Voll. 8. — Propter diligentem textus et ſcholiorum gr. curam, doctiſſima prolegomena, in quibus ius et antiquitas Atticorum egregie explicantur, et veluti introductio ad meliorem graecorum oratorum intelligentiam exhibetur, atque propter eruditas adnotationes fini adiectas omnem laudem meret editio inſcripta: *Demoſth. oratio aduerſus Leptinem cum ſcholiis veteribus et commentario perpetuo. Accedit Aelii Ariſtidis declamatio eiusdem cauſſae in Germania nunc primum edita, cura Frid. Aug. Wolfii.* Halis Saxon. 1789. mai. 8. graece. — *Plutarchi* libellus de ſuperſtitione et *Demoſthenis oratio funebris* in laudem Athenienſium, qui fortiter pro patria pugnando caeſi ſunt ad Chaeroneam Graece et lat. cum integris notis Reiskii, Sallieri, Taylori, Wolfii et Xylandri. Denuo recenſuit, varias lectiones trium codd. msstorum et ſuas animaduerſiones adiecit *Chr. Frid. Matthaei.* Mosquae 1777. 12. Dem. Epiſtolae. VI. graece in Collectione epiſt. Aldina Venet. 1499. 4. — Epiſtolae II. gr. et lat. in Collect. epiſt. graec. Iac. Cuiacii pag. 261.

5. In Demoſthene graecae eloquentiae, a nugacitate Sophiſtica quam maxime alienae, fuit faſtigium. Vim, ſublimitatem et grauitatem orationis et veteres et recentiores critici in eo mirifice et optimo iure laudant. Sonus praeter ea et iunctura verborum et vincula orationis multum valent ad motum animi et deſcribendum et excitandum. Denſior, vehementior, et grauior eſt Cicerone, qui vero dulcedine et copia vbertateque, qua quidem redundat, ſuperior eſſe videtur: at ſi duo hi ſummi oratores, qui tamen valde diſcre-

pant, inter se comparandi sunt, diuersitas ingeniorum, auditorum, rerum publicarum temporumque omnino est consideranda. Compara *Quinctil.* I. O. Libr. X. 1. §. 105. sqq. Naeuos esse in Demosthene, nemo negabit, et Cicero, qui illum admiratus est, et imitatus, quosdam hinc inde in libris suis aperte notauit: at multo plures nitent venustates et virtutes. Atque dicacitas ista et conuitiandi illa libido non ex lexicis vulgaribus interpretanda est, et ingenio moribusque suae ciuitatis tribuenda. Iam vero superbum est iudicium, quod *Cicero* Brut. cap. 9. de nostro tulit. *Plane perfectum oratorem, et cui nihil admodum desit, Demosthenem facile dixeris. Nihil acute inueniri potuit in eis caussis, quas scripsit, nihil, vt ita dicam, subdole; nihil versute, quod ille non viderit, nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleate, quo fieri possit aliquid limatius; nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum grauitate vel sententiarum, quo quidquam esset elatius*, conf. eundem Or. cap. 7. cap. 26. c. 29. c. 39. et alibi. *Longin.* de Sublimit. qui sect. 34. Demosthenem, negat, in effingendis hominum moribus fuisse felicem. *Quinctil.* qui in I. O. infinitis paene locis de nostro agit, Lib. X. 1. §. 76. principem esse Demosthenem ac paene legem orandi, pronuntiat. Adde Libr. XII. 10. 23. sqq.

6. *Tourellus* Paris. 1691. 8. et 1701. 4. et in eius operibus Paris. 1721. quasdam orationes gallice fecit atque illustrauit. — *Reiske* omnibus orationibus teutonicum dedit habitum, minus elegantem, Lemgou. 1764 — 1769. V. Voll. 8. — I. et II. orat. Olynth. germanice in Gottsche-

dii rhetor. maiore, a. 1759. mai. 8. p. 427. ſqq. *G. Frider. Seiler*, V. C. noſtras, Coburgi in linguam teutonicam transtulit orat. de Corona, 1768. 8. — III. orat. Olynth. vertit german. I. M. *Heinze* Weimar. 1785. 4. — Harangues d' Eſchine et de Demoſthéne ſur la couronne par *M. Auger*. Paris a 1768. in praefatione male iudicat, famoſi Rouſſeau ſtilum eſſe Demoſthenico ſimilem. — Idem *Auger* opera Demoſth. atque Aeſchin. gallice vertit adiecitque adnotationes, Paris. 1777. tom. I — IV. voll. V. 8. In linguam Anglicam Dem. Oratt. transtulerunt *Thomas Leland*, cuius interpretatio dignitatem, linguam ſenſumque libertatis retinuiſſe dicitur, Londin. Vol. I. 1756. Vol. II. 1763. Vol. III. 1770. et *Philipp. Francis* cum notis criticis et hiſtoricis, Lond. 1768. 2. Vol. m. 4. Confer. etiam *Vinc. Obſopaei* caſtigatt. in oratt. Demoſth. Norib. 1534. 8. — *Iani Pannonii* pauca quaedam e Plutarcho et Demoſthene latine facta inueuies in eius Opuſculis part. II. Vltraiecti 1784. 8. — Vitae comparatae *Ariſtotelis* ac *Demoſthenis*, Olympiadibus ac Praeturis Athenienſium digeſtae, ab *And. Schotto* Antwerp. de ſocietate Ieſu. Auguſtae Vindelic. 1603. 4. — *Fabric.* B. Gr. Libr. II. cap. 26. nr. 8. *Frid. Gotthilf. Freytag* in Decade oratorum et rhetorum graecor. quibus ſtatuae poſitae fuerunt. Lipſ. 1752. §. 13. vbi plures laudantur, qui de Demoſthene ſcripſerunt. *Saxii* Onomaſt. liter. tom. I, pag. 70. ſqq. Abb. *Ceſarotti* edidit et interpretatus eſt Tutte le Opere di Demoſthene, cum notis eruditis, et Tourellii praefatione hiſtorica, atque hiſtoria Athenarum poſt Demoſthenis tempora, Patau. 1775. 2. Voll. — cl. *Io. Frid.*

Frid. Reitemayer in diff. de origine et ratione quaeftionis per tormenta apud Graecos et Rom. Gottingae 1784. 8. loca huc pertinentia ex Demofthenis orationibus citauit atque illuftrauit.

§. 77.

AESCHINES, (ab Aefchine Socratico diuerfus.)

1. Aequalis et aduerfarius Demofthenis.

2. Neque dignitate parentum, neque vi pecuniae; fed eloquentiae, qua vni Demofthéni ceffit, laude inter ciues fuos, Athenienfes, et apud pofteros nobilitatus eft. Alcidamantis Eleatae fuit difcipulus, et *Eubuli*, Anaphlyftii, qui ipfe maximae auctoritatis orator et demagogus habebatur, fcriba. Atque fuo quondam clienti ille Eubulus patronus adfuit in iudicio de ementita legatione fuaque effecit auctoritate, vt Aefchines populi fuffragiis liberatus difcederet, (v. cl. *Ruhnken*, hiftor. crit. oratorum graecorum pag. 63. et, vbi de *Eubulo* agit, pag. 65.) Demofthenes ipfe ignobilem ei ortum in orat. de Corona cap. 40. acerbe exprobrat, a quo illa oratione victus, Rhodum poftea conceffit in exfilium, denique Samum transmigrauit, vbi LXXV. annos natus obiit.

3. Tres orationes fuperfunt, et aliquot epiftolae fub nomine illius hodie venduntur.

4. Orationes partim cum Demofthene iunctim eduntur, vt paullo ante vidimus, partim ab Aldo, Venet. 1513. et H. Stephano gr. inter alios Oratores 1575. fol. publicatae funt. Optima et pleniffima eft edit. Reiskii, cum fuis, Taylori aliorumque notis et indice, in Voll. III. et IV. Orat.

graecor.

graecor. — Epiſtolae in Aldi, a. 1499. et 1513. et Cuiacii collectionibus ſupra memoratis, poſt. Reiskii Aeſchinem, per *Io. Caſelium* Roſtoch. 1578. 8. — Pleniſſima, quamquam non optima, eſt editio: *Aeſchinis Rhetoris Epiſtolae*, vt circumferuntur, duodecim, quas e recenſione Io. Taylori, cum eiusdem et Wolfii, Marklandi, Guillonii, Toupii, I. Iac. Reiskii et ſuis qualibuscunque notulis e prima Aldi Manutii Venetiis 1499. impreſſa editione, continua tamen varia lectione codicum, in primis Helmſtadienſis, adiecta, edidit. *Io. Samuel. Sammet.* Appendicis inſtar, vna, quae ſupereſt, Aeſchinis Socratici epiſtola, Lipſ. 1771. 8.

5. Latior et audentior et excelſior reliquis oratoribus graecis, excepto Demoſthene, eſt Aeſchines, iudice *Quinct.* I. O. Libr. XII. 10. §. 23. Adde eumdem Libr. X. 1. §. 77. Virtutes et rerum et verborum in Aeſchinis orationibus reperiundis diligenter perſequitur *Matthaei* V. C. (in praeſenti Profeſſor graecar. litterar. Wittenbergenſis,) in libello de Aeſchine Oratore, Lipſ. 1770. et poſt *Reiskii* Aeſchinem Part. II. pag. 1245. ſqq.

6. *Fabric.* B. Gr. Libr. II. cap. 26. §. 9. — de vita et oratt. Aeſchinis Mr. l' Abbé *Vatry* in Commentar. ac. reg. Inſcript. Tom. XIV. Paris.

§. 78.

AENEAS, Tacticus.

1. Ad A. circiter O. C. 3642. Olymp. CIV. a. ante C. N. 361. V. C. 391. eum refert cl. *Saxius*

xius in Onomaſt. I. lit. pag. 73. ſequutus Caſaubonum.

2. Caſaubonus n. in praef. ad Aenean poſt Polybium Tom. III. pag. 301. ed. Erneſt. coniicit, illum forte fuiſſe Aeneam Stymphalium, Arcadum imperatorem, qui teſte Xenophonte circa tempora pugnae ad Mantineam h. e. anno 2. Olymp. CIV viuebat, et res Arcadum non ſine laude fortitudinis et prudentiae adminiſtrabat; alia idem profert argumenta, quibus aetas Aeneae firmetur.

3. Supereſt ex illius ſcriptis liber tacticus et de obſidione toleranda: egregium cod. MS. figuris neceſſariis ornatum habet bibliotheca Monacenſis ſ. Bauarica.

4. A Caſaubono poſt Polybium editus eſt primum et explicitus: et reliquis Polybii haeret editionibus. Loca quaedam ex cod. Medic. emendauit *Iac. Gronouius*, in libello inſcripto: Iac. I. F. F. Gronouii ſuplementa lacunarum in *Aenea Tactico*, Dione Caſſio et Arriano de expeditione Alexandri Lugd. Bat. 1675. 8.

5. Ad rem militarem veterum intelligendam multum facit.

6. v. *Fabric.* B. Gr. Libr. III. cap. 30. ſect. 10. Vol. II. *Comte de Beauſobre* commentarius in tacticam Aeneae, et Graecorum militiam, gallice ſcriptus, Paris. 1757 4. II. Voll.

§. 79.

THEOPOMPVS, Chius, Iſocratis diſcipulus orator et hiſtoricus grauis atque illuſtris, idemque ſuperbus et maledicentiſſimus, (v. Corn. Nep VII. 11. 1.) a Cicerone, (de Orat. II. 13.) Quinctiliano (I. O. Libr. II. 8. 11. X. 1. 74. IX. 4.

35.)

35.) aliisque modo laudatur, modo vituperatur. Floruit aetate Philippi Macedonis, Alexandri M. eiusque ſucceſſorum. Fragmenta illius ab Oudendorpio collecta atque illuſtrata editurus eſt H. Verheyk. cof. *Voſſ.* de hiſtor. graecis Libr. I. cap. 7. ad *Fabric.* B. Gr. Libr. vol. II. poſt Iſocratem. *Ruhnken* in hiſtoria crit. orator. graec. pag. 87. ſqq.

Ad claros huius aetatis homines quoque referri debet *Monymus*, Syracuſanus, Diogenis et Cratetis diſcipulus, haud ignobilis philoſophus: Floruit haud longe ab initio Olymp. 113. v. *Laert.* 17. 83. *Fabric.* B. Gr. vol. III. in catalogo Cynicorum, in primis *Mongitor.* in Bibl. ſicula, tom. II. pag. 81. ſq.

§. 86.

LYCVRGVS.

1. Natus circiter Olymp. XCIII. denatus, aetate ac morbo ingraueſcente Olymp. circ. CXIII.

2. Athenienſis, Lycophronis filius, Lycurgi nepos. Platonem in addiſcenda philoſophia, et Iſocratem in arte orandi habuit magiſtros. Nobilibus et de patria bene meritis maioribus ortus, horum veſtigia preſſit, atque morum integritate, verborum fide, temperantia vitae, continentia et conſtantia non minus, quam ſeueritate ſingulari et quadam acerbitate in adcuſando, iudicando, legibusque ferendis maximam in republica dignitatem et ſummos honores ampliſſimaque praemia atque ſingularem auctoritatem tam in vita quam poſt

poſt mortem conſequutus eſt. Atrocitati vero propior fuit, quam lenitati atque clementiae. Libertatis ſtrenuus defenſor, perpetuus Philippi atque Alexandri M. hoſtis, et Demoſtheni amicus.

3. Supereſt oratio contra Leocratem.

4. Reperitur illa in Collectionibus oratorum gr. Aldina, Venet. 1513. fol. Stephaniana 1575, fol. Hanouiana 1619. 8. gr. et lat. et Reiskiana gr. cum notis Taylori et Reiskii Vol. IV. pag. 105. ſqq. *Separatim* eam edidit Philipp. Melanthon. gr. Witteb. 1545. 8. recuſ. Lipſ. 1568. 8. — gr. et lat. Francof. 1548. 1554. cum vers. lat. Mel. et Homerocentr. 8. — gr. et lat. cum Demoſthenis contra Midiam recenſuit, emendauit notasque addidit *Io. Taylor*, Cantabrig. 1743. 8. — ex recenſione Taylori cum huius aliorumque ſelectis ſuisque obſeruationibus (ſat copioſis) et commentationibus aliquot, (quae vitam dicendique genus et oratoris artificium explicant;) indicibus (locupletibus et vtilibus) edidit *Io. Gottfr. Hauptmann*, Gymnaſii Gerani Director, Lipſiae 1753. 8. poſtea rec. — gr. et cum notis germanicis *I. H. Schulze*, Brunſuici. 1789. 8. De verſione gallica v. ſupra ad Iſaeum.

5. Vt in vita, ita quoque in dicendo fuit ſeuerus et grauis, iuſti verique amantiſſimus: venerum et ſuauitatis non admodum ſedulus venator: digreſſionum contra mythologicarum et poetarum, quorum verſus ſaepius excitat, amator. Neque tamen oratio eloquentiae dotibus, quae potius in illa crebro ſplendeſcunt, et Atticorum ornamentis caret.

6. *Fabric.* B. Gr. lib. II. cap. 26. — *Taylor* et *Hauptmann* in praefationibus ad ſuas orationes.

7. Tem-

7. Temporis ordo facit, vt mentionem hic iniiciam, *Marachi* ſ. *Malachi*, poetae Syracuſani, de quo *Mongitor.* in Bibl. Sicula, tom. II. pag. 30. diſſerit et plures laudat viros doctos, Bonannus apud Mongitor alligat eius aetatem aeuo Ariſtotelis, aut paullo ante illum: Voſſius autem de poetis pag. 91. eum collocat inter poetas incertae aetatis.

§. 81.

ARISTOTELES.

1. Natus Olymp. XCIX. 1. obiit Olymp. CXIV. 3. In palatium Philippi, Macedonum regis, venit ad formandum litteriſque poliendum Alexandri M. ingenium, circiter A. O. C. 3662. Olymp. CIX. 2. ante C. N. 341. V. C. 411.

2. Natus eſt Stagirae, ſ. Stagiris, Macedoniae, aliis Thraciae, vrbe, in litore ſinus Strymonici, quae a Philippo Macedone Macedoniae adiecta, coloniiſque Graecorum occupata, graecam Ariſtoteli dedit patriam. Patrem habuit Nicomachum, qui ab Machaone, Aeſculapii nepote, genus deriuauit, et Amyntae regis, Philippi patris Archiater atque amicus fuit; matrem vero Phaeſtiada ſiue, vti ab aliis nominata, Phaeſtida. Parentibus vita functis a Proxeno quodam Atarnenſi liberaliter educatus litteriſque eruditus eſt. Poſtea Athenas venit, et Platonis doctrinae ac diſciplinae anno aetatis XVII. ſe tradidit, a quo propter iudicii acumen et ingenii vbertatem atque elegantiam mire amatus et tanti aeſtimatus eſt, vt ab illo *mens ſcholae* nominaretur. Vsque ad

ad mortem Platonis, viginti annos illius inſtitutione et conſuetudine vſus eſſe dicitur: alii tamen tradunt, tandem diſcidium inter illos ortum eſſe, quod ab opinionibus praeceptoris ſui diſceſſionem feciſſet, et licentius, quam Plato ferre potuiſſet, contra hunc diſputaſſet Ariſtoteles *). Platone mortuo, quod Speuſippus in academia ſucceſſit, id aegre tulit noſter, et, Athenis relictis, ad Hermiam eunuchum, Atarnenſium in Myſia tyrannum, veterem amicum, ſe contulit. Quo triennio poſt a Memnone Rhodio capto, et ab Artaxerxe, Perſarum rege, capitis ſupplicio adfecto, profugit Mitylenas. Inde a Philippo rege humaniſſime excitus (v. *Gellii* N. A. Libr. IX. cap. 3.) ad formandum Alexandri ingenium moresque fingendos, et Philippo et Alexandro adeo probauit operam, vt ab vtroque ſummis adficeretur honoribus, atque Alexander poſtea, ad naturam animalium pernoſcendam, ſumtus immenſos et vere regios faceret. (v. *Plinii* H. N. Libr. VIII. cap. 16.) Alexandro autem expeditionem Aſiaticam moliente, Ariſtoteles, otii litterarii amans, regem ſuum ſequi noluit, et Athenas commigrauit, Calliſthenem vero Olynthium, agnatum ſuum apud regem

*) Cl. *Io. Adam Emmrich*, Inſpector Lycei Meiningenſis in commentat. de ingrato Ariſtotelis erga Platonem animo, Meiningae 1786. contra Bayle et Bruckerum, Ariſtotelem a crimine ingrati animi vindicaturos, Stagiritem ex illius charactere et teſtimoniis Laertii atque Aeliani denuo adcuſat. At enim Ariſtocles apud Euſebium aetate Diogenem Laertium ſuperare, et aequalis, certe Aeliani aequalis, et contrarium teſtans, maiorem fidem atque auctoritatem habere aliis videtur.

regem reliquit: qui quum propter inſidiarum ſuſpicionem et gratiam regis et vitam amiſiſſet, Ariſtoteles quoque iram regis, ſaltem fiduciam gratiamque decreſcentem ſenſit. Enimuero, eum vindictae libidine incenſus interitum regis parauiſſe, valde incredibile et calumnia eſſe videtur. Athenis igitur, Xenocrate academiam tenente, in Lyceo*) conſedit, et frequenti auditorio ſui fecit copiam. Lyceum autem locus fuit in ſuburbio Athenarum a Pericle conditus, et ambulacris, fontibus arboribusque conſitus, qui a templo, Apollini Lycio ibi dicato, nomen accepit. Eius autem ſchola *Peripateticorum***) nomine inſignita eſt, de cuius vocabuli origine alii aliter iudicant. v. *Brucker* hiſt. crit. philos. Tom. I. pag. 787. ſq. Ingens autem fuit confluxus diſcipulorum, quibus diſciplinas egregie tradidit et *exotericas*, h. e. quae ad rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum, ciuiliumque rerum notitiam conducerent, et *acroamaticas*, h. e dialecticam, naturae contemplationem et philoſophiam ſubtiliorem. v. *Gellii* N. A. Libr. XX. cap. 4. Atque ita decem annos Athenis docuit. At, rege exſtincto, quum magnam ſibi inuidiam nouis ſuis placitis et plauſu conflaſſet, atque animaduertiſſet, inimicos conſpirare, vt ipſum adcuſarent impietatis

*) Secundum *Abdollatiphium* in Compendio memorabilium Aegypti, arabice, e cod. MS. Bodleiano a *D. Ios. White*, — cum praef. *H. E. G. Pauli*, Tubingae 1789. m. 8. edito, pag. 62. ſq. vbi deſcribitur columna Pompeii ſic dicta, quam ille Seueri columnam dicit, et porticus 400 columnarum circa illam ducta, hanc exſtruxit Alexander M. et in hac Ariſtotelem docuiſſe, ille tradit.

**) Quorum catalogum dedit Fabricius in B. Gr.

tis nouaeque religionis, fuga faluti et vitae fuae confuluit, et, vt tutius viueret, Chalcidem, oppidum ad Euripum fitum, clam feceffit*), Olymp. CXIV. 2. vbi fequenti anno ftomachi infirmitate, nimia fedulitate nimiisque vigiliis contracta, laborans, diem obiit fupremum annos natus 63. corpus vero populares in patriam traduxerunt, atque delubrum aramque fuper eius fepulcrum exftruxerunt. Alii quoque honores ei poftea obtigerunt. Ex duabus vxoribus duo liberos fufcepit atque reliquit: ex priore quidem, Pythaide, Hermiae forore, filiam eiusdem nominis: et poft illius mortem ex Herpylide, ciue fua, Nicomachum, cui librum quemdam infcripfiffe dicitur. Infinitos autem omni tempore et laudatores nactus eft et obtrectatores. De corporis et animi virtutibus vitiisque fufe disputat *Brucker.* loc. mem. pag. 793. fqq.

3. Multa ingenii fubtilis atque immenfae eruditionis reliquit monumenta. Incredibilis enim quum in eo effet difcendi nouique ardor, et immenfa emendi legendique libros varii argumenti libido, (vaftiffima autem lectio e libris elucet,) et infatiabilis gloriae naturaeque inquifitionis amor, inde tot diuerfosque natos effe libros haud mirum videbitur, illorum vero quaedam claffes funt conftitutae: Numerantur nempe libri 1.) Logici, 2.) rhetorici, 3.) poetici, 4.) phyfici, 5.) phyfiognomicon, 6.) problemata, 7.) metaphyfici, 8.) mathematici, 9.) Ethici. His adcenfentur Carmen

*) conf. Phileleutheri Lipfienfis, h. e. *Bentleii*, Remarks upon a late Discourse of Free - Thinking. part. II. Londini. 1713. 8. pag. 43. fq. et Acta erudit. Lipfiens, 1715. menfe Ianuar, pag. 9. fq.

f. Paean in Hermiam; Epiſtolae et teſtamentum. Alia praeter ea ſcripta ſub falſo Ariſtotelis nomine circumferuntur. De his *Fabricius*, et de fatis, quae codd. manu vel ipſius Ariſtotelis, vel deinceps aliorum exarati habuerunt, *Brucker* l. mem. pag. 798. ſqq. egerunt plenius.

4. Princeps ed. *) eſt *Aldina*, Venetiis 1495 — 1498. V. Voll. Fol. vna cum ſcriptis Theophraſti et Philonis libro de mundo, hiſtoriaque philoſophica Galeno adſcripta, hanc editionem elegantem, ac Erasmi Roterod. tempore iam caram et perraram *Hamberger* in zuverlaeſſigen Nachrichten, etc. Vol. I. pag. 267. deſcribit. — Ariſtotelis opera, quaecunque impreſſa hactenus extiterunt omnia, ſumma cum vigilantia excuſa, per *Des. Erasm. Roterodam.* Baſileae 1531. fol. gr. Fundus eſt ed. Aldina; hic autem alii libri in ſubſidium ſunt vocati. Erasmus in praefatione laudat curam ſtudiumque Simonis Grynaei, cuius opera multo caſtigatior prodeat Ariſtoteles. In dialecticis codex multum adtulit opis. — Num altera Baſileenſis gr. A. 1639. fol ſit ſuperioris mera repetitio, an noui aliquid adferat, dicere nequeo. — Tertia autem Baſileenſis 1550. fol. gr. apud Michael. Iſingrin. eſt noua recenſio. Emendationes enim Iuſti Velſii, Matthiae Flaccii, Conradi Gesneri, et Petri Victorii aliorumque ſunt

*) De editionibus, praecipue antiquioribus ac rarioribus praeter Fabricium, (ad quem plura adnotabuntur,) et Maittaire in Annal. typogr. v. *Clement* Bibliotheque curieuſe hiſtorique et critique tom. II. pag. 85 — 111. et *Melchior Ludou. Widekind* Ausführlich. Verzeichnis von raren Buechern. part. I. Berol. 1753. 8. pag. 196. ſqq. adde, quae de hiſtoria editt. critica ſcripſi in praefat. ad Ariſtot. A. P.

ſunt ſub examen vocatae, et partim in textum receptae, partim in margine notatae: quidam libri comparent integri, et omnes a Conrado Gesnero in capita diſtincti. — Sequuta eſt *Aldina* minor 1552. et 1553. 8. graece, cum Theophraſti hiſtoria de plantis etc. VI. volum. curante *Io. Baptiſta Camotio*, cum praefat. Friderici Turiſani. Libri et editi et MSSti ſunt collati, et liber de Senſibus primum acceſſit. — Locupletior tamen et emendatior eſt Francofurtenſis opera et ſtudio *Frider. Sylburgii*, Veterenenſis, graece, apud Andreae Wechelii heredes 1587. 4. XI. tomi. Vſus eſt Sylburgius editionibus, praecipue Aldina poſteriore et Baſileenſi tertia, atque criticorum aliorum correctionibus. Singuli tomi ſingularem habent epigraphen, variasque fini ſubiectas lectiones, notasque criticas. Si quis omnes XI. tomos collegit, quod raro fit, is habet, de quo glorietur. Acceſſerunt quaedam Theophraſti, Alexandri, Caſſii, Sotionis, Athenaei, Polemonis, Adamantii et Melampodis, ſimilis argumenti opuſcula. — Noua editio prodiit graece et cum diuerſorum verſionibus — graecus contextus quam emendatiſſime praeter omnes omnium editiones eſt editus, adſcriptis ad oram libri et interpretum veterum recentiorumque et aliorum doctorum virorum emendationibus: in quibus plurimae nunc primum in lucem prodeunt, ex bibliotheca *Iſaaci Caſauboni*. — Acceſſerunt ex libris Ariſtotelis, qui hodie deſiderantur, fragmenta quaedam. — Lugduni apud Guil. Laemarium 1590. fol. Caſaubonus ex libris tam typis quam manu exaratis varias collegit emendationes, ipſeque ex ingenio textum aliquoties emendauit. Praemiſſae ſunt

vitae Ariſtotelis ex Diogene Laertio et auctore Ammonio, ex Dionyſio Halicarnaſſeo, Strabone, et Plutarcho, tum Porphyrii Inſtitutiones ex Nicolai Gruchii recenſione. Haec editio aliquoties typis repetita eſt, Geneuae ſ. Coloniae Allobrogum 1605. fol. a *Iulio Pacio*, gr. et lat. Aureliae Allobrog. 1606. 8. II. tom. Mera quoque Caſauboniani exempli repetitio eſt editio, quam *Guil. du Vallius* curauit, Paris. 1619. et 1629. duobus voll. et 1639. IV. Voll. forma maxima, et quae vitioſa eſt, expreſſa, 1654. forma paullo minore. Nouam edit. parat cl. Buhle.

Quum Ariſtotelica philoſophia permulta ſaecula vnice fere dominata eſſet, et vel noſtro, quo viuimus, ſaeculo auditoria occupaſſet philoſophorum, haud mirum eſt, numerum et editorum et interpretum eſſe haud exiguum, de quibus is, cui volupe eſt, Fabricium et Bruckerum conſulat. Equidem notabiliores commemorabo.

In Ariſtotelis Κατηγορίας commentati ſunt e graecis, qui ſuperſtites ſunt, Porphyrius, Ammonius, Hermeae fil., Simplicius, Michael Pſellus, Dexippus, Io. Philoponus. E latinis interpretationibus exſtant *Seuerini Boethii* lib. IV. Laudandus quoque eſt *Ioachimi Perionii* labor: Is enim non ſolum Ciceronem comparauit; ſed quoque oſtendit, quomodo graeca Ariſtotelis a Cicerone aliisque ſcriptoribus latinis ſint expreſſa: Inſcriptus eſt liber: *Porphyrii Inſtitutiones quinque vocum ad Chryſaorium. Ariſtotelis Categoriae Eiusdem de interpretatione liber, Ioachimo Perionio, Cormoeriaceno interprete, vna cum eiusdem quoque Annotationibus. His coniunximus Michaelis Pſelli Peripatetici, Blemmidae, Georgii*

gii Pachymerii, in eosdem Porphyrii et Aristot. libros epitomen atque Paraphrasin, vna cum compendio de syllogismis, autoris incerti. Omnia nuper et e graeco sermone in latinum translata et in lucem edita — Basileae 1542. 8.

Topica Aristotelis liberius interpretatus est Cicero. Hic quoque laudandus est Perionius, cuius interpretatio habet epigraphen: *Aristotelis de arte inueniendi, siue topicorum libri octo, nuper latinitate donati, Ioachimo Perionio interprete. Eiusdem Ioachimi Perionii commentationes, in quibus Topica Ciceronis cum his Aristotelis coniungit, vt omnes, quid Cicero in suis ab Aristotele mutuatus sit, intelligant. Item Elenchorum, siue de reprehensionibus fallacibus et captiosis: eiusdem Aristotelis liber, eodem Perionio interprete, ed. 2da, Basileae 1544. 8.* Perionii ep. nuncupatoria scripta est Lutet. Paris. 1541.

Aristotelis Stagyrite Dialectica, cum quinque vocibus Porphyrii Phenicis, Argyrophilo traductore: a Ioanne Eckio theologo, facili explanatione declarata: adnotationibus compendiariis illustrata: ac scholastico exercitio explicata: videbis o lector priscam dialecticam restitutam, ac Neotericorum subtilitati feliciter copulatam. Cum priuilegio. etc. In altera columna fol. 92. legitur: „Deo ductore finem fecimus prioris partis Logicae. — — Vale et salue. M. D. XVI. (1516.) die X. Iunii. — Deo gloria Eckius.“ — Plura v. in *Zapfs* Augsburgs Buchdrucker Geschichte, part. II. n. 7. in primis in Oberdeutsche allgem. Litteratur Zeitung. plag. 97. m. Aug. 1791. pag. 321. sq. — *Aristotelis Logica.* Paris. ex offic. H. Stephani, 1503. F. — *Orga-*

num. et alia, gr. Venetiis, Zanetti. 1536. 8. — *Ariſtot. Organum ſ. logicae tractationes omnes, quarum numerum et ordinem ſequens pagella indicabit. Ad exemplaris fidem, quod poſtremum Lutetiae excuſum eſt, diligenter emendatum et in capita diſtinctum, graece. Francof.* Excudebat Andr. Wechelus ſibi et Thomae Guarino. 1577. 4. Inſunt Porphyrii Iſagoge, Ariſtotelis Categoriae, de interpretatione, analyticorum priorum lib. II. poſteriorum lib. II. Topicorum lib. VIII. Elenchorum ſophiſticorum lib. II. Praefatus eſt *Simon Grynaeus.* — De verſione lat. *Porphyrii* Phoenicis Iſagoges in dialecticen — Viennae typis Egidii Aquilae, 1550. 4. — libri praedicamentorum Ariſtotelis, ib. eod. anno. — Ariſtotelis Perihermenias libr. II. ib. 1551. 4. — Ariſt. priorum analyticor. lib. II. ib. eodem anno, — poſteriorum analytic. lib. II. ib. 1552. 4. — Ariſtot. Topicorum libr. VIII. et Elenchor. lib. II. ibid. typis Mich. Zimmermannii. 1553. 4. v. *Denis* Memor. bibl. Garellianae pag. 275 — 284. et in Wiens Buchdruckergeſchichte ad annos, quibus ſinguli tomi editi ſunt: In eodem libro alia opuſcula philoſophici argumenti Ariſtotelica Viennae ſaeculo XVI. typis excuſa paſſim recenſentur. — *Ariſtotelis* varia opuſcula philoſophica et phyſica latine, *Averroe* interprete. Venetiis per Andr. de Aſula, 1483. fol. III. tom. v. *Pinelli* Catalog. ſ. biblioth. tom. I. pag. 218. — *Organum* — graece et latine. *Iul. Pacius a Beriga* recenſuit, atque ex libris tum MSStis, tum editis emendauit, e graeca in latinam linguam conuertit — Francof. apud heredes Andr. Weche-

Wecheli 1598. 8. Haec melior eſt editio, (ad quam adornandam quinque praeter ea codd. Palatinis vſus eſt,) quam ea, quam idem 1584. et repet. 1592. curauerat, et ad quam ornandam vnum codicem et veteres edd. contulerat. — Praeſtat tamen editio tertia, tot locis emendata et aucta, vt noua editio videri poſſit. Acceſſit eiusdem *Pacii* in vniuerſum Organum analyticus commentarius, nunc primum in lucem editus, Geneuae, ex typis Vignonianis 1605. 4.

Quoniam *Organum* Ariſtotelis in Vniuerſitatibus olim fuit receptum iuſſu principum: multi in illud commentati ſunt, quorum vero libri maioris et minoris momenti hodie ſepulti iacent. — Habemus quoque Epitomen Organi Ariſtotelici graece et latine auctore *Georgio Pachymere*, Diacono, cum verſione Phil. Bechii, Cantabrigiae 1666. 8. — alteram *Nicephori Blemmydae*, cum verſione Io. Voegelini, Auguſtae Vindelicor. 1605. 8. — tertiam *Mich. Pſelli* Libr. V. cum verſione Eliae Ehingeri, Witteb. 1597. 8. — quartam *Io. Damaſceni* inter eius opera. — quintam *Gregorii Aneponymi* cum verſione Io. Voegelini, Auguſtae Vindel. 1600. 8. — ſextam denique *Gerardi Mathiſii*, Colon. 1569. 8.

Ars rhetorica, quae hodie ſuam adhuc obtinet auctoritatem atque vtilitatem, digna, quae frequentius, quam fieri ſolet, in ſcholis explicetur, ingenium et diligentiam criticorum in primis exercuit. Quasdam tantum recenſebimus editt. — Inter Rhetores graecos Aldi, Venet. 1508. fol. — ex recenſione et cum commentario luculento *Petri Victorii*, (cuius merita in quaedam Ariſtote-

lica ſunt omnino egregia) Venet. 1548. fol. (ed. rara,) Baſil. 1549. fol. — Rhetor. et poet. gr. Venet. apud Gryphium, 1546. 8. — Rhetor. ex recens. *Petri Victorii*, gr. et lat. Paris. apud. Vaſcoſan. 1549. 8. — gr. Baſil 1546. 8. — cum commentario *Petri Victorii*, gr- et lat. Florent. Iuntae, 1579. fol. — gr. et lat. Paris. apud Morel. 1559. 4. — ed. gr. cum notis, ex off. Guil. Morelli. Par. 1562. 4. Fabric. valde laudat. — cura *Caroli Sigonii*, Bononiae, 1565. 4. Helmſt. 1634. 8. — curante *Io. Caſelio*, Roſtoch. 1577. 8. — cum verſione lat. *Aem. Porti*, et Franciſci Porti commentariis. Spirae. 1598. 8. — cum verſione et paraphraſi, (in qua etiam Maioragii, Sigonii, Victorii et Mureti tam lectiones, quam conuerſiones adducuntur ſaepius et ſub examen vocantur,) cum ampla tum fructuoſa *Antonii Riccoboni*, Venet. 1579. 8. et Francof. 1588. 8. apud Wechel. — *M. Anton. Maioragius* cum commentario erudito antea ediderat tres rhetor. libros Ariſtotelis, Venet. 1572. 1591. fol.*) — Vulgaris, at leuis quoque eſt et repetitus textus ed. Iuntin. editio *Chriſtoph. Schraderi*, Helmſt. 1648. 1661. 4.

Pauli Benii, Eugubini, philoſophiae et ſ. Theol. Doctor. — in Ariſtotelis libros Rhetoricorum commentarii, in quibus Ariſtotelea de arte dicendi praecepta non ſolum copioſe declarantur, verum etiam centum oratoriis controuerſiis interpoſitis illuſtrantur: cum Platone, etiam in decretis multis, cum M.

*) Conf. Freytag adparat. litterar. tom. I. pag. 544 ſqq. vbi a pag. 538 — 551; variae variorum opuſculorum Ariſtot. editiones recenſentur: additis obſeruatt. litterariis. adde tom. II. pag. 939. ſqq.

M. Tullio in toto dicendi artificio, conferuntur. Accessit Platonis rhetorica ex eius monumentis excerpta. Venet. apud. Io. Guerilium. 1524. fol. Est tantum liber I. rhetorices, et textus graecus in 332. particulas dissectus. Singulis subiecta est versio Riccoboni et Maioragii cum commentario admodum verboso.

Aristotelis de arte dicendi, gr. et lat. cum notis *Goulstoni.* Londini 1619. 4. — graece et latine cum variis quibusdam lectionibus, locis philosophi parallelis et, in fine, selectis iisque paucis notis e commentariis Victorii, Maioragii, ac Fabii Paulini, Cantabrig. 1728. 8. Contextus graecus ad exemplaria selectiora emendatus esse, in fronte libri dicitur, sed, quaenam illa fuerint, nuspiam memoratur. — graece, at curate secundum exemplaria Iuntinum et egregium Morellianum Garue et Hindeburg typis describi fecerunt, Lipsiae 1772. 8. — De libro admodum raro: *Aristot. Rhetor. ex arabico latine reddita, interprete Hermanno Alemanno, praemissa Alpharabii declaratione super eadem rhetorica. Excerptum ex Aristotelis poetica per eumdem Hermannum, de Averrois textu arabico latine redditum, ex recensione Lancilloti de Zerlis Veronensis, Venetiis, per Philippum Venetum*, 1481. fol. v. cel. *Morellium*, ad Pinelli bibliothec. tom III. pag. 3. sqq. isque sub nomine *Hermann. Alemann.* coniicit latere *de Schildis*, Westphalum, ordin. Heremit. S. Augustini.

De Arte poetica liber I. Egregius est liber, optimorum et sagacissimorum praeceptorum, oratoribus non magis, quam poetis vtilissimorum plenus. Dolendum est, primum tantum librum ab

iniuria

iniuria temporis esse seruatum. Librum quidem *tertium* Arist. de poetica laudat *Diogenes Laert.* II. 5. 25. Illa etiamsi a poetarum potius exemplis, quam ex natura ipsa vt plurimum desumta sint, et ad tragoediam potissimum spectent, nonnullaque nostrae aetati nostrisque moribus non penitus respondeant; tamen vtilitate perspicacia et subtilitate multorum recentiorum praecepta poetica superant. Atque valde iniquus est Auctor libelli: *Anmerkungen uebers Theater*, Lipsiae 1774. qui Aristotelis artem poeticam alto supercilio contemnit, et Shakesparii formam atque rationem, (ingenio tamen Germanorum minus aptam atque turgidam et inaequalem,) esse sequendam contendit. — At potiores recensebimus editiones. — cum Rhetor. graecis, apud *Aldum* 1508. fol. — ab *Alexandro Paccio*, gr. et lat. Venet. ap. Aldum 1536. 8. — *Poet.* ex edit. Paccii, gr. Basil. 1537. 8. — *Poet.* graece Paris. 1555. 8. — de aliis antiquis edd. egi in praefatione ad Aristot. A. P. — graece et latine cum versione et commentariis *Francisci Robortelli*, Vtinensis, qui ad emendandum hunc librum tribus MSStis vsus est, addito commentario in Horatium de A. P. et diss. de Satyra, Epigrammate, Comoedia, salibus et elegia, Florent. 1548. fol. Basil. 1555. fol. — Admodum rara et praestans est editio, in qua textus graecus cum latina versione in permultas minutas particulas dissectus, et singulis sectionibus statim additus est commentarius amplissimus, in quo et verba et vero sententiae atque praecepta Aristotelis explicantur atque illustrantur: *Petri Victorii Commentarii in primum librum Aristotelis de arte poetarum, positis ante*

te

te ſingulas declarationes graecis vocibus auctoris: iisdemque ad verbum latine expreſſis. — Florentiae in officina Iuntarum, Bernardi filiorum. 1560. fol. — e recenſione *Dan. Heinſii*, qui, (vt ſibi quidem viſum fuit, capitibus VII. et XIII. transpoſitis,) ordini ſuo reſtituit,*) latine vertit, notas et librum de tragica conſtitutione etc. addidit. Lugd. Bat. 1611. 8. tum ibid. ex offic. Elſeuir. 1643. 12. Sagax quidem fuit criticus, at nimis quoque audax et feſtinans. — graece et latine, ex verſione *Theodori Goulſtoni*, et cum notis perpetuis eiusdem. Accedunt Frider. Sylburgii et Dan. Heinſii notae integrae. Cantabr. 1696. 8. — rec. Edinburgi 1731. 12. Glasguae, 1745. 12. — *Poet.* gr. et lat. cum notis: Oxon. e theatro Sheldon. 1760. 8. — *ex verſione Theod. Goulſton. Lectionis varietatem e codd. IV. bibliothecae Mediceae, verborum indicem et obſſ. ſuas adiunxit T. Winſtanley*, A. M. Coll. Hert. Soc. Oxon. 1780. mai. 8. cum notis plane criticis tam variorum, quam editoris. Textus graecus eſt Vptonianus ſiue Sylburgianus. — Haud ita multo poſt prodiit *Ariſt. Poet.* graece, textu ex Goulſtoni exemplo ſumto, cum praelectione, verſione et notis editoris *Guil. Cooke*, A. M. et in acad. Cantabrig. graecae linguae Praelectoris, Londini. in 8. — Ego vero edidi *Ariſt. de poetica libr.* gr. et cum verſione Goulſtoni lat. ac meis et Sylburgii notis. Lipſiae 1780. mai. 8. — Noua eſt recenſio, haud paucis in textu mutatis, quamquam

*) Sed v. *Batteux* in Mem. de Litterat. — de l' Acad. des Inſcr. vol. 41. Paris. 1782. vbi is quoque loca quaedam libelli Ariſtotelici corrigit, aut coniectando emendare ſtudet.

quam nulla mutationis mentio et ratio nullaque praefatio addita eſt: *Ariſtotelis de poetica liber. Recenſuit Frid. Volgangus Reizius.* gr. Lipſiae 1786. 8. — Anglice verterunt notasque adiecerunt *Henr. Iac. Pye.* Londini 1788. 8. et *T. Twining.* Londini 1789. 4. — Ariſtoteles Dichtkunſt ins Deutſche veberſetzt, mit Anmerkungen vnd beſondern Abhandlungen verſehen von *Michael Conrad Curtius*, Hannou. 1753. 8. — Probabilis eſt editio: Les quatres Poetiques *d' Ariſtote*, d' Horace, de Vida et de Deſpreaux cum verſione et notis gallicis per *Batteux*, Paris 1771. II. Voll. in 8.

Ἀριςοτέλους — *Ariſtotelis de naturali auſcultatione ſ. de principiis. Cum praefat. D. Zanchi*, Argentorati, excud. Vuendelin. Rihelius a. 1554. 8. gr. Erudita eſt et longa praefatio et veluti introductio in librum: Zanchi in hoc genere Ariſtotelem praefert Platoni. — *Natur. auſcultationis* libri VIII. graece. Paris. apud Wechel. 1532. 4. — Lugduni apud. hered. Simon. Vincentii plura *Ariſtotelis* ſcripta phyſica et philoſophica, partim Io. Argyropylo, partim Franciſco Vatablo interpretibus ſine anni nota typis Matthiae Bonhomme in 8. prodierunt: ſinguli libri peculiarem habent inſcriptionem: prima pars ſic eſt inſcripta: *Ariſtotelis de phyſica auditione libri VIII. qui phyſicorum libri vulgo inſcribuntur, interprete Io. Argyropylo, Byzantio, recens et emendati, et acceſſionibus variis illuſtrati. Phyſicae auſcultationis*, ſiue *doctrinae naturalis Libr. VIII.* graece et latin. cum commentariis analyticis, auct. *Iul. Pacio a Beriga*; qui edd. et codd. Heidelbergens. contulit,

lit, Francof. apud hered. Wechel. 1596. 8. Hanou. 1629. 8. *Ariſtotelis liber de mirabilibus auſcultationibus explicatus a Ioanne Beckmann.* — Additis adnotationibus H. Stephani, Fr. Sylburgii, Is. Caſauboni, I. N. Niclas; ſubiectis ſub finem notulis C G. Heynii, interpretationibus anonymi, Natalis de Comitibus et Dominici Monteſauri, atque lectionibus variis e cod. Caeſareae bibl. Vindobon. Gottingae. 1786. 4. In praef. agitur quoque de editionibus, et de libri auctore, quem, niſi ſit Ariſtoteles, tamen antiquiſſimum eſſe cenſet Beckm — Antea de illo bene meruerat *H. Stephanus* in editione admodum rara, ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου. *Ariſtotelis et Theophraſti ſcripta quaedam, quae vel numquam antea, vel minus emendata, quam nunc, edita fuerunt.* Paris. 1557. 8. — graece et latine a *Patricio* libro ſexto, tomi I. Diſcuſſionum peripateticarum pag. 85. ſqq. — et cum *Porphyrio*, a quo liber integer ſeruatus eſt, a *Io. Walliſio*, gr. et lat. tom. III. Oper. Oxon. 1699. fol. — De libro περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων v. *Sallier* in Hiſtoria acad. Paris. Inſcript. tom. VII. pag. 273. — Opus corruptiſſimum vocat *Hemſterhus.* ad Ariſtophanis Plutum pag. 181. *Schneider* in Periculo critico in Anthologiam Conſtantini Cephalae, (Lipſiae 1772. 8.) pag. 152. ex loco Nicandri quodam probatum it, auctorem libri θαυμ. ἀκουσμ. recentiorem eſſe Nicandro.

Problemata, latine reddita a *Theodoro Gaza*, Romae Io Raynard. 1474. 4. mai. — ex vers. *Theod. Gazae*, cum commentario Petri de Apono etc. Florent. expenſis Luc. Anton. de Giunta.

Florent.

Florent. 1518. fol. — Paris. ex offic. Sim. Colinaei 1524. fol. — Liber vero ipſe *IſaacoVoſſio* ad Pompon. Melam. pag. 854. ed. II. Gronou. non videtur genuinus.

De mundo liber exotericus ſiue Epiſtola de Vniuerſo ad Alexandrum. Num hic liber foetus ingenii Ariſtotelis, an potius alius cuiusdam Sophiſtae fuerit, multum et acriter diſputatum fuit, v. *Fabric.* B. Gr. Vol. II. pag. 127. ſqq. de Ariſtotele n. XIII. et *Batteux*, qui illum libellum cum Ocello Lucano edidit, Paris. 1768. (v. ſupra *Ocellum)* adſeruit illum noſtro philoſopho; nec non *St. Croix* in Examen critique des Hiſtoriens d' Alexandre, pag. 296. ſq. illi tamen abiudicauit cenſor Gottingenſis (forſan Meiners,) iſtius editionis Batt. in bibliotheca philolog. Vol. I. pag. 115. ſqq. et cl. *Meiners* in hiſtoria doctrinae de vero deo pag. 454. ſq. qui per totam ſect. VII. p. 420 — 455. perſequitur Ariſtotelis de deo ſententiam. — Vtiliſſima olim fuit editio, quam graece et cum duplici commentario L. Apuleii ac Guilielmi Budaei, ſuisque ſcholiis et caſtigationibus parauit *Bonauentura Vulcanius.* Acceſſit ſeorſim Gregorii Cyprii, encomium maris, graece, numquam antea excuſum; et Pauli Silentiarii Iambica, Lugd. Bat. apud Franc. Rapheling. 1591. 8. — Prius comparauit: *Ariſtotelis de mundo*, liber vnicus. *Philonis* liber vnicus de mundo, gr. et lat. *Guil. Budaeo* interprete, cum ſcholio Simonis Grynaei in Ariſtotelis libell. de mundo. It. *Cleomedis* libri II. circularis inſpectionis meteorum, Georgio Valla interprete, Baſil. 1533. 8. — *de mundo*, gr. Lutet. apud Vaſcos. 1551. 4. lat. ibid. 1555. 4. — Nouiſſima, eaque critica,

et

et doctis copiosisque obseruationibus, atque excursibus, (in quorum primo contra Battesium copiose declaratur, Aristotelem non fuisse huius libri auctorem,), ornata editio est, quam hoc anno (1792. quo hanc notam ope schedulae adiicere adhuc licuit,) curauit cl. *Kappius* Conrect. scholae Curiensis, gr. Altenburgi, in 8.

De ortu et interitu libri II. Ioachimo Perionio interprete: per *Nicol. Grouchium* correcti et emendati. Paris. 1560. 4. *Meteorologicorum libri IV.* — *de animo l. III.* — *Libelli, qui parua naturalia vulgo adpellantur.* — *Ioachimo Perionio* interprete: per. *Nic. Grouchium* correcti et emendati. Paris. 1560. 4.

De Anima Libri III. in quos graeci Simplicii, Io. Philoponi et Themistii exstant commentarii, separatim editi sunt, — *de anima* libri tres et e prolixis ac copiosis quidem illis Simplicii commentationibus breues excerptae interpretationes eorundem, *Iacobo Schegkio* collectore, Basileae per Io. Heruagium a. 1544. 8. graece. — cum indice graeco et commentar. *Iulii Pacii*, Francof. ex offic. Wechel. 1596. 8. gr. et lat.

De spiritu animali libellum Aristotelis esse negant, *Hieron. Mercurialis Sylburgius*que; et *Meursius* esse putat librum, quem Diogen. Laertius inter Theophrasti scripta memorat, V. 45. Vertit illum et illustrauit cum scriptis quibusdam Theophrasti *Daniel Furlanus*, Hanou. 1605. fol. — de somno et vigilia, de iuuentute et seneci. et vita et morte, de respirat. gr. Francof. ex off. Petri Brubach. 1550. 8.

Hiſtoriae de Animalibus Libr. X. in cui operi neceſſarios ſumtus Ariſtotelem ab Alexandro Athenaeus IX. p. 398. tradit accepiſſe talenta octingenta, h. e. vltra 600,000. thaleros. Adde *Plin.* H. N. Libr. VIII. 17. et *Fabric.* loc. mem. nr. XVI. — graece cum aliis quibusdam libris Philoſophi phyſicis, Venet. apud Aldum 1503. fol. — cum verſione et commentariis Iulii Caeſaris Scaligeri, edente *Philippo Iacobo Mauſſaco*, cum huius prolegomenis et animaduerſionibus. Accedit fragmentum, quod decimus hiſtoriarum inſcribitur, multo, quam antea emendatius et auctius, Tolōſae 1619. fol. — *Hiſtoire des Animaux d' Ariſtote, avec le Traduction françoiſe par Mr. Camus tom. I.* (qui textum graecum, non vbique diligenter excuſum, ex codicum tamen lectione hinc inde emendatum, interdum emendandi ſtudio corruptum, cum verſione gallica et collectione variarum lectione continet;) *tom.* II. (qui praebet notas,) Paris 1783. 4. Egregia doctaque cenſura huius editionis, a cl. Schneidero, qui multa loca et textus graeci et Cami corrigit aut interpretatur Ariſtotelem, facta, reperitur in Commentariis de rebus in ſcientia naturali et medicina geſtis vol. XXV. part. III. Lipſiae 1784. pag. 589 — 637.

De libro, *de Xenophane, Zenone, Gorgia, Ariſtoteli vulgo tributo*, praeter Fabric. in B. Gr. et ad Sextum Empiricum pag. 59. vide peculiarem disputat. *Georg. Guſtaui Fülleborn*, Sileſii praeſide F. A. Wolfio habitam, Halis Saxon. 1789. 8. Cenſor huius disput. in Ephem. litter. Göttingens. a. 1789. plag. 140. pag. 1405. ſq. contendit, libellum

bellum pertinere ad libros Ariſtotelis hypomnematicos.

Ariſt. φυσιογνωμονικὸν eſt in collectione: *Scriptores phyſiognomoniae veteres ex recenſione Camilli Peruſci et Frid. Sylburgii*, gr. et latine. Recenſuit, animaduerſiones Sylburgii et Dan. Guil. Trilleri in Melampodem emendationes addidit, ſuasque adſperſit notas *Io. Georg. Frider. Franzius.* Altenburgi. 1780. 8.

De Plantis Libri II. qui hodie exſtant, ii ſunt ſpurii, certe mirifice interpolati. v. *Fabric.* l. mem. nr. XIX. et *Halleri* Bibliothec. Botan. Tom. I. pag. 29. ſq. vbi de argumento et edd. illorum librorum agit. Primum prodierunt graece Baſileae 1539. 8. ad calcem Geoponicorum, ex officina Roberti Winter, cum praefat. Simonis Grynaei: dein cum Operibus Theophraſti ibid. 1534. et 1541. fol. — *Iul. Caeſar. Scaligeri* eruditi in hos libros commentarii lucem viderunt 1566. et Marpurgi 1598. 8.

De coloribus liber, eruditus, qui vero a Mercuriali Var. lect. III. 13. et Portio adſeritur Theophraſto. — graece cum aliis quibusdam philoſophi Phyſicis, edit. a *Nicolao Leonico Thomaeo*. Florentiae, — tum a *Simone Portio*, Neapolitano, gr. et latine et cum commentariis, Florent. 1548. et Paris. 1549. 8. Duo codd. MSSti ſunt collati.

Mechanica, graece et lat. cum commentario Henrici Monantholii, Paris. 1599. 4.

Ethicorum ad Nicomachum (filium) *) *Libri X.* in quem librum et veteres et recentiores multum

*) *Cicer.* de Fin. V. 5. Nicomachum ipſum, cenſet, fuiſſe auctorem librorum de moribus: at Dauies in nota

commentati ſunt. Exſtant nimirum 1.) Paraphraſis graeca, ſine nomine auctoris, ab *Dan. Heinſio* primum edita Lugd. Bat. 1607. 4. deinde ſub nomine *Andronici Rhodii*, (de quo quidem magna eſt controuerſia, v. *Fabric.* loco mem. ſect. 29.) cum verſione *Heinſii* 1617. 8. recus. Cantabrigiae 1679. 8. — 2.) Commentarii Graecorum in Nicomachea, graece primum editi a *Paullo Manutio* Venet. 1536. fol. Inſcriptio haec eſt: Ἐυςρατιȣ — *Euſtratii*) et aliorum inſignium peripateticorum commentaria in libros X. Ariſtotelis de moribus ad Nicomachum, vna cum textu ſuis in locis adiecto.* Venetorum decreto etc. in calce: *Venetiis in aedibus haeredum Aldi Manutii et Andreae Aſulani ſoceri.* menſe Iulio. M. D. XXXVI. (1536.) fol. graece. — et latine verſi a *Io. Bernardo Feliciano*, (qui alio et a Manutii libro diuerſo codice vſus, a graeco edito multum diſſidet;) apud haeredes Lucae Antonii Iuntae Florentini, Venet. 1541. Paris. 1543. Venet. 1589. fol. — Permultae ſunt editiones et verſiones: equidem h. l. memorabo ſ. rariores ſiue potiores. *Ariſtot.* de moribus ad Nicomachum lib. X. gr. cum comment. *Ioachimi Perionii.* Paris. Filetanus. 1540. 4. — *Petrus Victorius* egregie illuſtrauit *Ariſtotelis* libros de moribus et commentarios ſcripſit

nota Ariſtoteli ipſi illos tribuendos eſſe cenſet. conf. *Menag.* ad Diogen. Laert. VIII. 88.

*) *Euſtratius*, Metropolit. Nicaenus, clarus fuit circa a. Ch. 1117. v. Fabric. et *Sam. Rachel.* in introductione in Ariſtot. Ethicam pag. 62. et 137. In Feliciani verſione inſcriptio eſt: *Ariſtotelis — Moralia Nicomachia cum Euſtratii, Aſpaſii, Mich. Epheſii, nonnullorumque aliorum graecor. explanationibus etc.*

ſcripſit anno aetatis 85. (v. *I. Caſel.* epiſt. 61. pag. 177. natus vero eſt Florent. 1499. et ipſe Victor. in praefatione meminit ſenectutis ſuae *ſummae et grauis.)* Maius illud opus inſcriptum eſt. *Petri Victorii commentarii in X libros Ariſtotelis de moribus ad Nicomachum. Poſitis ante ſingulas declarationes graecis verbis auctoris iisdemque ad verbum latine expreſſis. Acceſſit rerum et verborum memorabilium index pleniſſimus.* Florentiae ex offic. Iunctarum. cIↃIↃLXXXIV. (1584.) fol. (Hoc anno ſignatum eſt meum exemplum, et id, quod Hambergerus memorauit: ſcripta quoque eſt epiſtola Victorii nuncupatoria *Florentia VIII. K. Oct.* cIↃIↃLXXXIV.) Textus graecus cum verſione in particulas fere infinitas diſſectus eſt, et ſingulis ſubiectus commentarius. Quomodo igitur Fabricius ſcribere potuerit ed. *P. Victorii Flor. 1576. fol. cum commentariis, quos octogenario maior compoſuit*, equidem, niſi operarum ſit peccatum, definire nequeo. Quare ſine commentariis illis vberioribus antea Victorius edidit *Ariſtot. ethic.* In *Pinelli* quidem Biblioth. vol. I. pag. 215. praeter laudatam maiorem *Victorii* editionem ſequentes e recenſione *P. Victorii* occurrunt: *Ariſtot. de Moribus libri X. a Petro Victorio*, gr. Florent. Iunta. 1547. 4. (apud Maitt. A. T. in indice voc. *Ariſtot.* citatur haec edit. *cum P. Victor. annotatt.)* — gr. Paris. Turnebus, 1554. 4. — gr. et lat. Paris. Turneb. 1555. F. *a Victorio* gr. et. lat. Florent. Iunta. 1560. 4. —

Ad alias progredior editt. — *Ariſt. de moribus* — Argentorati per Vuendelinum Rihelium 1540. 8. graece cum praef. *Io. Sturmii.* — (hu-

ius anni editio deeſt in Maitt. A. Typ. ſed alia, Argentor. curante Sturmio per hered. Wind. Rihel. 1556. 8.) — cum lection. var. *Pet. Victorii* et *G. Morel.* Paris. 1560. 4. — *Ariſtotelis et Xenophontis Ethica, Politica et Oeconomica. cum aliis aliquot ex Plutarcho, Proclo, et Alexandro Aphrodiſienſi commentationibus.* Baſil. apud Io. Vualder. ſine anni nota. in 8. graece — *Ariſtot. de moribus ad Nicomachum libri decem.* In quibus latina graecis, Dionyſio Lambino interprete, e regione reſpondent. —— nec non annotationibus *Lambini* nouisque *Zuingeri* ſcholiis illuſtrantur. Opera et ſtudio *Theodori Zuingeri* Baſilienſis, medici et philoſophi. Adiecta ſunt fragmenta quaedam *Pythagoreorum* vetuſtiſſima, ex emendat. et verſione *Guil. Canteri.* Baſileae per Io. Oporin. et Euſebium Epiſcopium. 1566. 4. — cum praef. *Turnebi*, (in qua additam verſionem a quodam litterarum ſtudioſo priuatim ſibi primum eſſe paratam diſerte declarat,) gr. et lat. Baſil. ex offic. Oporin. 1573. 8. — *Ethicorum Nicomachiorum libri X. ex Dionyſii Lambini interpretatione*, graeco - latini. *Theod. Zuingeri* argumentis atque ſcholiis. — *Theophraſti* item *Ereſii* morum characteres, interprete *Cl. Auberio*, Triuncuriano. *Pythagoreorum* vett. fragmenta ethica a Guil. Cantero conuerſa et emendata. Baſil. Euſebii Epiſcop. opera ac impenſis. cIↃIↃXXCII. (1582.) fol. — cum interpretatione latina *Dionyſii Lambini*, et notis criticis (ex Victorii Sylburgii aliorumque exemplaribus ſumtis,) opera *Matthiae Bergii*, Francof. 1591. 8. — edit. altera, emendatior et auctior, curante Conr Rittershuſio, gr. et lat. Francof. apud her. Andr. Wecheli, 1596. 8.

Hannou.

Hannou. 1611. 8. — gr. et lat. a *Io. Magiro*. Francof. 1628. 8. — graece, cum Dionyſii Lambini verſione latina a *Matthia Bergio* interpolata. Acceſſerunt loca parallela ex Magnis Moralibus, Eudemiis, Politicis, Rhetoricisque libris; ſingulorum capitum ſummaria, et in paragraphos ſectio, cura *Sam. Rachelii*, cuius etiam praemiſſa eſt in vniuerſam Ariſtotelis philoſophiam moralem introductio, Helmſtadii 1660. 4. Fundus eſt edit. Victoriana et Sylburgiana. Fini adhaerent variae lectiones. — *Rachelium* Helmſt. 1662. 4. commentarios quoque graecos edidiſſe, reperi. — gr. et lat. a *Guil. Wilkinſon*. Oxon. 1716. 8. — *Perionius* interpretatus eſt, Paris. 1540. 4. Baſileae 1542. 8. eum emendauit Nic. Gruchius, Paris. 1572. 4. Propter raritatem libri memorabo verſionem lat. *Ethic. Ariſtot.* cum commento Auerrois. (ſcripto a. 1194. et ex arabico in lat. translato a 1240. apud vrbem Toletonam vt legitur in fol. *K.* 8.) Incipit *Lib. I. Ethic. Ariſtot.* In calce: „Explicit regiſtrum chartarum voluminis continentis libros decem ethicorum Ariſt. cum commento maximi peripatetici Auerrois; et octo politicorum duosque oeconomicorum ſine eius commento: ſumma diligentia emendatos per — *Nicoletum*, artium liberal. et Med. Profeſſor. in Patau. Gymnaſio legentem. Venetiis impendio — Andreae de Aſula. — a. 1483. fol. — Commentarios verboſos in *Ethic. Ariſtot.* ſcripſit *Obert. Giphanius*, Francof. 1608. 8. — Latine redditi ſunt libri Ariſt. ethic. a pluribus: hic memorari debent *Leonardus Aretinus*, cuius verſionis exemplum eximiae vetuſtatis ſaec. XV. ſine vlla nota,

in 4. laudatur in Biblioth. *Pinelli* tom. I. n. 1213. et *Io. Argyropulus*, cuius rara ed. Florentiae per Nicolaum (de Alemania) saec. XV. in fol. ibid. n. 1214. praedicatur. est quoque illius versio in editt. lat. *Aristotel.* Venet. 1496. Basil 1548 fol. etc. Argyropuli commentarios ex ore illius collectos vulgauit *Donatus Acciajolus.* — Vtramque separatim prodiit in libro inscripto: *Aristotelis Stagir. – Ethicorum ad Nicomachum libri decem, Io. Argyropylo Byzantio interprete, nuper ad graecum exemplar diligentissime recogniti. Cum Donati Acciacoli Florentini V. Doct. commentariis denuo in lucem editi. Quot tibi, Lector, ex hac postrema editione locos restitutos habeas, nostra haec si cum ceteris conferas, facile deprehendes. Nam praeter verba mutilata et confusa, integras quoque lineas, quae in prioribus editionibus non habebantur, fideliter restituimus. Lugduni apud Anton. Vincentium.* 1567. 8. cum epistola nuncupatoria Antonii Francini. — Libri octaui Ethicor. versio germanica est in *Eberhardi* philosophischen Magazin, vol. III. Halis Sax. 1790. 8.

De virtutibus et vitiis libellus, s. fragmentum a Stobaeo seruatum, cuius tamen auctorem esse Aristotelem, sunt, qui negent. Separatim editus est: Ἀριστοτέλους περὶ ἀρετῶν Βιβλιον ά, cum *Pselli* iambis *εἰς ἀρετὰς καὶ κακίας* et Platonis ὅροις graece. Francof. ad Viadr. per Io. Eichorn. 8. s. a. nota II. plagul. — de virtut. gr. L. B. 1593. 8. — cum versione et praefatione *Pauli Sperlingii*, Hamburg. 1603. 8. — cum *Gemistii Plethonis* de virtutibus libello, cum Iusti Velsii versione, *Platonis* Theaeteto cum versione Adolfi Occonis, *Nemesii* de voluptate cum vers. Nicasii Ellebodii, *Plato-*

Platonis Axiocho cum interpretat. H. Wolfii et notis, *Demetrio* denique *Cydonio* f. Nemefio Emefeno de contemtu mortis cum vers. Raph. Seileri et H. Wolfii notis. Bafil. 1577. 8. — cum *Gemift. Plethon. lib.* recenfuit *Eduard Fawconer*, Oxonii 1752. 8. qui tamen libellum ad Adronicum. Peripateticum, refert.

De Republica Libri VIII. opus praeclarum, gr. et lat. cum commentariis operofis, textu cum vers. latina in permultas fectiones paruas diffecto, *Petri Victorii*, Florent. ap. Iuntas 1576. fol. —— Ex caftigationibus P. Victorii emendatiores facti, Francof. ex typogr. Wechel. 1577. 4. — ibidem graece et latine cum *Petri Rami* interpretatione et argumentis 1601. 8. — Politicor. et Oeconom. Explicationes Camerarii. Francof. apud Wechel. 1581. 4. — *Ariftotelis* Politicorum libri octo, ex Dionyfii Lambini et P. Victorii interpretationib. puriff. Graeco-latini, *Theodori Zuingeri* argumentis atque fcholiis —— *Victorii* commentariis perpetuis declarati: *Pythagoreorum* veterum fragmenta politica, a *Io. Spondano* conuerfa et emendata. Bafileae. Eufebii Epifcopii opera ac impenfa. cIↄ Iↄ XXCII. (1582.) fol. — *Ariftotelis Politica* a *Petro Ramo* — latina facta et dialecticis rerum fummis breuiter expofita et illuftrata. Francof. typis Wechelianis apud Claud. Marnium et heredes Io. Aubrii. 1601. 8. gr. et lat. — *Ariftotelis* Politicorum libri VIII. gr. cum perpetua *Dan. Heinfii* in omnes libros paraphrafi. Lugduni Batau. ex offic. Elzeuiriana 1621. 8 Adhaerent a pag. 970. ex *Heraclide* de politiis et ex *Nic. Damafceno* de moribus gentium, tum fragmenta Ariftot. et notae criticae. — recus.

cus. Ienae, curante *Olpio*, Ienae. 1660. 4. — editio noua cura *Hermanni Conringii*, cum eiusdem Introductione et Emendationibus, Helmstadii 1656. 4. gr. et lat. Graeca dedit fere, qualia illa *Daniel Heinsius* exhibuit, qui sequutus erat Sylburgium, et hic maximam partem expresserat textum Victorii. Stellulis passim sparsis indicauit, vbi hiare orationem et lacunam subesse arbitratus est. Emendationes, Conringii iudicio et eruditione dignae, vltimum locum occupant. Capite vltimo introductionis recenset editores atque interpretes. — Ex his Politicis particulas quasdam in vsum scholarum cum adnotatione critica nuper dedit *Reitz*, Prof. Lipsiensis, 1777. 8. — Latine fecit, et obseruationibus grammaticis et criticis illustrauit, atque cum Platone comparauit *Ioachim. Perionius*, Paris. apud Io. Lodoic. Tiletanum 1543. 4. rec. subiecta Raph. Volaterrani Isagoge in Aristotelis politica, Basileae 1544. 8.

Οἰκονομικῶν lib. II. a *Bernardino Donato*, lat. graec. Venet 1542. 8. — gr. Francof. apud Wechel. 1577. 4. — Basil. apud Walder, cum aliis. (v. paullo ante editt. Aristotel. Ethic.) — ex versione et cum commentario *Leonardi Aretini*, editio peruetus, sine vlla nota, saec. XV. 4. (v. Pinelli biblioth. tom. I. pag. 217.)

Peplus, siue *fragmentum Pepli*; Epitaphia Heroum Troianorum Graecorumque vltra quadraginta, distichis elegiacis composita. Primum sine nomine auctoris ex cod. Mediceo vulgauit *H. Stephanus* ad calcem Anthologiae Epigrammatum graecorum, Paris. 1566. 4. *Guil. Canterus* vindicauit illa Aristoteli et eodem anno, latino versu, cum notis et *Ausonii* Heroum epitaphiis reddidit.

didit. Tum iterum Stephanus cum ſua et Canteri verſione ad calcem certaminis Homeri et Heſiodi, et fragmentorum ex Matronis aliorumque parodiis Homericis, Geneuae 1573. 8. — in Analectis veterum poet. graecorum ab Brunckio editis Vol. I. pag. 177. ſqq. Conf. *Brunckii* Animadu. ad illa poematia Tom. III. pag. 32. ſq.

Scolium graece et latine inter poetas graecos, Geneu. 1614. fol. Tom. II. p. 135. — cl. *Degenius* in nouiſſima Anacreontis edit. Altenburg. dedit gr. et germanice, pag. 194. ſq. et pag. 288. ſq. bene explicuit. Separatim edidit, germanice vertit atque interpretatus eſt cl. *Koeppen: Ariſtoteles Skolion auf Hermeias, erläutert von Io. Heinr. Iuſt. Koeppen*, Hildeſiae 1784. 8. in Opuſculis meis varii argumenti pag. 181. ſq. euulgaui *Conr. Rittershuſii* et alius V. D. correctiones editionis Stobaei margini adſcriptas. Plura vide ad *Fabricii* B. Gr. vol. II. lib. II. cap. 15. ſect. XVIII. pag. 111. ſq.

Epiſtolae VII. graece, in Collect. epiſt. graec. Aldina, Venet. 1499. 4. — Epiſtolae, quae extant, cum duabus Philippi Macedonis, et vna Alexandri M. Lubecae 1615. 4. Neque epiſtolam ad Alexandrum M. neque ea, quae ad calcem Operum Ariſtot. leguntur, Ariſtoteli abiudicat *St. Croix* in Examen crit. des Hiſtor. d' Alexandre, pag. 112. Epiſtolam illam *Batteux* in edit. cum Ocello genuinam eſſe iudicat. Sed cel. Meiners. ſecus ſentit in cenſura libri, in Bibl. philol. Gotting. vol. I. part. V. pag. 113. ſqq — *Ariſtoteles Brief* an den Alexander den Groſſen veber die Welt, aus dem Griechiſchen veberſetzt von *I. G. Schultheſſ.* Tiguri 1782. 8. cum doctis adnotationibus.

4. Vir

4. Vir fuit ſummi ingenii, qui multa primus vel inuenit, vel in artis formam redegit. Indefeſſus in inquirendo, acutus in perſpiciendo, peruestigando et concludendo, veri nouique ſtudioſiſſimus, denſus in ſententiis et ratiociniis. Hinc, quum ſimplex, interdum tamen captioſum, et ſpinoſum et maxime conciſum ſcribendi genus amaret, et compreſſione rerum breuitatem ſectatus vel potius adfectans, tot fere ſententias, quot verba, poneret, obſcuritas, de qua vel doctiſſime homines conqueſti ſunt, magnam librorum partem obfuſcauit, quae obſcuritas inde quoque aucta eſt, quod mentem ſuam ac ſententiam veram de induſtria interdum abſcondidit, et ſententias atque opiniones aliorum ſuis refutationibus atque iudiciis ita immiſcuit, vt difficulter dignoſci haud raro poſſent. Veterum quoque placita ſaepe peruertit, et, vt facilius refutaret, obſcurius expoſuit, nec vbiuis eorum ſcita candide protulit, nec fontes, vnde ſuos hortulos irrigauerit, aperte indicauit. Hinc plagiariis et compilatoribus fuit a multis adnumeratus. v. *Iac. Thomas.* de plagio liter. pag. 160. ed. 2. Lipſiae 1679. 4. Idcirco nimia ſubtilitas, et ſtudium dialectices ac metaphyſices ſingulare, et immenſa famae, nouaeque familiae, cuius auctor eſſet, et omnibus fere contradicendi libido multa, quae diſplicerent omni aetate, peperunt. Num vero atheismi aliorumque vitiorum iure incuſandus ſit, in vtramque partem multum diſputatum eſt. Nam a multis contemtor deorum et religionis habebatur, quia nimirum nugas ſacerdotum, ſuperſtitionem plebis anilem et fallacias doctorum peruiderat: quamuis nimium philoſophiae ariſtotelicae ſtudium occa-

ſionem

ſionem dederit atheismo. v. *Iac. Frid. Reinmanni* hiſtoriam vniuerſalem atheismi etc. pag. 182. ſqq. et 355. Grauiter tamen et ſeuere de illo iudicat, variaque, quae ad notitiam Ariſtotelis atque intelligentiam faciant, largiter praebet *I. G. Walchius* in Exercitatione hiſtorico-philoſophica de atheismo Ariſtotelis, in ſuis Parergis academicis, Lipſiae 1721. pag. 297 — 366. Multos autem et laudatores habuit et obtrectatores. Eius tamen philoſophia, quae a Platonica et Stoica per multa ſaecula quaſi demerſa, ſaltem obſcurata fuit, a ſaeculo ſexto poſt Chriſtum natum varia fortuna, caput extulit, et, quoniam diſtinctionibus, ſubtilitati et diſceptationibus maxime apta viſa fuiſſet, multis inutilibus quaeſtionibus nugisque ſcholaſticis corrupta, aliquamdiu vnice fere dominata eſt. A renatis tamen litteris *Patricius* in *diſcuſſionibus Peripateticis*, Baſileae 1571. fol. et alibi, vbi de vita, moribus, libris, ſectatoribus, interpretibus, philoſophia etc. Ariſtotelis copioſe agit, equis viris eum oppugnauit, et acriter, nec raro inique proſcidit. Is enim, et *Gaſſendus* in Exercit. parad. aduerſus Ariſtotelem,*) in hoc culpando nimii fuerunt. Nouiſſime acriterque multa in Ariſtotele culpauit cl. *Pleſſing*, cuius ſcripta ſupra ad Platonem indicaui. Sed de his omnibus, et reliquis, quae ad rationem philoſophandi Ariſtotelicam pertinerent, diligentius diſputarunt *Brucker* in hiſtoria crit. philos. Vol. I. pag. 776 — 839. et in Appendice pag. 238. ſqq. vbi plures praeter ea laudantur aucto-

*) lib. VII. Gratianopoli 1624. conf. *Baumgarten* Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth. tom. IV. pag. 515. ſqq.

auctores, et *Agatopist. Cromazianus* in historia philosophica, Tom. IV. Luccae 1771. qui Aristotelem ab atheismi crimine vindicat. Quidquid est, Aristoteles, a multis nimis amatus, a multis contra praeter rem culpatus, et a paucis intellectus, omnis aetatis meret admirationem, et acutum, nulli parti fauentem, omnibusque ingenii e doctrinae praesidiis instructum in multis ingenii sui et ferreae industriae monumentis adhuc desiderat interpretem.

6. Quum *Brucker* l. m. et *Fabric.* B. Gr. Libr. III. cap. 6. Vol. II. et Libr. VI. cap. 5. Vol. XII. et Vol. XIV. p. 46. nubem iam eorum, qui de Aristotele vario modo scripserunt, excitassent, paucos tantum memorabo: *Diogen. Laert.* Libr. V. sect. 1 — 35. — Ammonii vita Aristotelis gr. et lat. cum commentar. Io. Nunnesii, Lugd. Bat. 1621. 8. edit. rara est. — *Dan. Heinsii* in librum de Mundo, qui vulgo Aristoteli inscribitur cum diss. de eodem et praefat. secundo Aristotelis Politicorum praemissa, in eius Orationibus, Lugduni B. 1615. 8. n. V. p. 75. sqq. n. VI. p. 157. sqq. *Io. Launoii*, theologi Parisiensis, de varia Aristotelis in Academia Parisiensi fortuna, et *Ioannis Ionsii*, Holsati, de historia peripatetica diss. *Io. Hermannus ab Elswich* edidit, et de varia Aristotelis in scholis Protestantium fortuna schediasma praemisit, adiecto indice necessario, Vitembergae 1720. 8. Launoii liber lucem adspexerat Paris. 1653. 8. dein Hagae comitum 1656. 4. denique ab Launoio auctus, Paris. 1662. quam vltimam editionem typis repetendam curauit Elswich. — *Adami Tribbechouii* de doctoribus scholasticis et corrupta per eos diuinarum huma-

narum-

narumque rerum ſcientia liber ſingularis, ed. ſecunda, cum praefatione I. Chriſto. Auguſti Heumanni. — Ienae 1719. 8. Cap. V. ſect. 3. pag. 216. ſqq. — *Andreas Schotti* vita Ariſtotelis et Demoſthenis comparatae, atque ſecundum annos Olympiadum digeſtae, Aug. Vindel. 1603 4. — *Io. Baptiſtae Bernardi* Seminarium philoſophiae Ariſtotelicae et Platonicae, Lugd. 1599. II. Voll. — *Petri Rami*, Veromandani, Animaduerſionum Ariſtotelicarum libri XX. — Lutetiae ex typographia Matthaei Dauidis. 1548. 8. — *Alberti von Haller* Biblioth, Anatom. Vol. I. pag. 31. — 51. — *M. Frid. Andr. Galliſch* de Ariſtotele rei naturalis ſcriptore, Lipſiae 1776. 4. — *Racine* ſuper locum quemdam in libro de arte poetica, de ſtilo poetarum, in Hiſt. de l' Acad. des I. et B. L. tom. 25. pag. 54. — *Batteux* quatuor comment. ſuper Ariſtotelis poet in Mem. de Litterat — des Inſcr. vol. 38. 1778. contra quem *Rochefort* in eodem vol. duas commentatt. ſcripſit. — Locus explicatur in Hiſtor. eiusdem academiae Inſcr. tom. VII. pag. 182. — *Io. Georgii Mülleri* de natura media poeſeos inter philoſophiam et hiſtoriam exercitatio e fontibus graecis maxime loci cardinalis cap. IX. poeticorum Ariſtotelis. Ienae 1707. 8. Multa bene explicantur in poetica Ariſtotelica. — Docte et acute ſcripta eſt disputatio cl. *Io. Gottlieb Buhle* de diſtributione librorum Ariſtotelis in exotericos et acroamaticos eiusque rationibus et cauſſis. Gottingae 1786. 8. in qua etiam de auctoritate quorumdam Ariſtot. librorum, num genuini ſint nec ne, agitur. — *Ren. Gotthelf. Loebel* comment. I. in Ariſtotelis notionem tragoediae. Lipſiae, 1786. 4. —

Io.

Io. Frid. Haberfeld Euripidis ingenium ad Aristotelis Poet. c. XIII. §. 4. breuiter adumbratum. Lipsiae 1789. 8. *Lessing* in sua Dramaturgia multa Aristot. poetices praecepta egregie explicat illustratque. — M. *I. Frid. Gottl. Delbrück* diss. praeside Frid. Aug. Wolfio habita, Aristotelis ethicorum Nicomacheorum adumbratio accommodate ad nostrae philosophiae rationem facta. Halae Sax 1709. 8. — In tertio tomo *Operum Mureti* ed. *Dau. Ruhnken*, Leidae 1789. sunt auctiores aut emendatiores *Mureti* Commentar. in Aristotelis ethica ad Nicomachum. — Arist. Oeconomica, Iac. Ludouico Strebaeo interprete, cuius interpretationem Muretus locis aliquot emendauit scholiisque illustrauit. — Arist. Topicorum lib. VII. et in eumdem Alexandri Aphrodis. commentarius M. A. Mureto interprete. — In singulari commentatione cel. *Io. Gottlieb Buhle* indicit nouam omnium operum Aristotelis editionem impensis societatis Bipontinae propediem euulgandam, Gottingae 1790. 4.

§. 82.

DEMADES.

1. Circiter A. O. C. 3667. Olymp. CX. 3. ante C. N. 336. V. C. 416. captus est in praelio Chaeronensi a Philippo, rege Macedonum, Olymp. CXIV. 4. s. secundum Diodor. Sic. XVIII. p. 293. Ol. CXV. 2. ab Cassandro et Antipatro necatus est.

2. Atheniensis, obscuro loco natus: Orationis tamen grauitate et suauitate, qua Athenien-

sium

ſium auribus frequenter fecit inſidias fraudemque, auctoritatem in patria conſequutus eſt. Hinc, quoniam homo fuit auarus et luxorioſus, a Philippo et Alexandro, quos immodice adulabatur, multa pecunia corruptus eſt, ad patriam prodendam, et Demoſtheni obſtitit. Ab Athenienſibus eſt ter vel ſepties damnatus violatarum legum et infamia notatus: quamquam ciuibus ſuis popularibus frequentem tulit opem. Mortuo Alexandro adhaeſit Antipatro, ad cuius nutum omnia Athenis dirigere conatus eſt; at proditionis conuictus neci datus eſt, expertus, quod ipſi ſubinde praedixerat Demoſthenes, proditores ſeſe primos vendere.

3. Reſtat orationis vnius, qua rerum per duodecim annos a ſe geſtarum rationem reddidit, fragmentum, et tamen idonei ſunt auctores, qui illud haud genuinum eſſe arbitrentur.

4. *Fabric.* B. Gr. Libr. II. cap. 26. Vol. II. *Ruhnken* in hiſtoria critica orator. graec. ad Rutilium Lupum pag. LXXI. ſqq. in primis *Staueren* ad Cornel. Nep. XIX. cap. 2. ed. mi.... et *I. G. Hauptmanni* diſſ. de Demade in *Reiskii* Vol. IV. Orat graec. pag. 243 — 274. vbi etiam Demadis oratio graece cum notis Hauptmanni formulis typographicis deſcripta eſt, et paullo correctior, quam in Oratt. gr. Venetiis apud Aldum 1513. fol. Eſt illud fragmentum quoque in Collect. H. Steph. 1575. fol. et Hanou. 1619. 8.

§. 83.

HYPERIDES.

1. Floruit circiter A. O. C. 3668. Olymp. CX. 4. ante C. N. 335. V. C. 417. interiit ſecundum *Hamberger.* ante C. N. 322. ſecundum *Fabricium* Olymp. CXIV. 3.

2. Atticus, Platonis et Iſocratis auditor. Patriae, iuſti verique et libertatis amantiſſimus, ita vt amicum Demoſthenem, qui in Orationibus ſuis eius frequentem iniicit mentionem, acceptae ab Harpalo pecuniae non dubitaret incuſare, et in exſilium compellere. At in amicitiam cum eo poſtea rediit, eodemque fere tempore, quo Demoſthenes, periit, victis ad Cranonem Athenienſibus, ex templo Cereris protractus atque Antipatro traditus.

3. Multas habuit orationes, quarum vna reſtat, quae XVII. Demoſthenicarum eſt, et tamen, num Hyperidem habeat auctorem, dubitatur, cum paucis fragmentis. De eius eloquentia veteres varie iudicarunt.

4. *Fabric.* B. Gr. Vol. I. Libr. I. cap. 26. Sect. X. *Ruhnken.* ad Rutil. Lupum pag. 64. et in hiſtoria critica Orat. graec. pag. LXIX. ſqq.

5. *Glaucippus*, Hyperidis filius, orationes quoque ſcripſit. Eius orationem contra Phocionem laudat *Plutarch.* Phoc. pag. 743. C.

Sectio

SECTIO III.

DE SCRIPTORIBVS GRAECIS A TEMPORIBVS ALEXANDRI M. AD TEMPORA AVGVSTI.

§. 1.

Exſtincta libertate Graecorum, flos eloquentiae periit. Regum autem tyrannis quamquam oppreſſit ingenia, eruditionis tamen atque elegantiae ſemina non omnino exſtirpauit, et in alias regiones ſparſit; immo vero bibliothecarum publicarum dedit occaſionem. Poeſis egregie floruit, et bucolico genere nouum accepit incrementum: atque diſcipuli Platonis et Ariſtotelis, e quorum ſcholis multae variaeque manarunt ſectae, virilem, ſimplicem, puram elegantemque dicendi rationem diu retinuerunt, ita vt virtutes illae ſcribendi ſenſim ſenſimque decreſcerent et labe adſpergerentur. Inter reges vero nonnulli vindices et ſtatores Muſarum exſtiterunt, atque ipſa Alexandri M. expeditio litteris fuit mirifice ſalutaris. Illa enim effecit, vt lingua graeca ipſaque eruditio non amplius contineretur exiguis Graeciae finibus; ſed cum victore exercitu per plures terras quaſi diſſeminata altiores ageret radices et vlterius propageretur. Deinceps Romani, Graecia occupata, omnique Graecorum imperio deleto, amorem linguae graecae et litterarum acceperunt, et

Musae Atticae mare quasi transuolantes in Italia sedem fixerunt. At ista commixtio, et philosophorum contentiones studiumque subtilius potius, quam vere vtiliterque disputandi, linguam quidem graecam nouis loquendi formulis ditarunt, atque amplificarunt: neque vero maculis minoribus pristinam superioris periodi pulcritudinem naturalem et venustatem deturparunt. Plures sophistae, qui, dum vmbram pristinae virilis graecae eloquentiae aliquamdiu retinuerunt, romanae eloquentiae initium et robur dederunt; plures critici et litteratores rhetoresque orti sunt. Quoniam vero tot peregrinae gentes linguae graecae suos admiscuerunt modos eamque deprauarunt: factum est, vt lingua graeca pristinae virilis dictionis, quasi sanitatem paulisper perderet, et externis se oblineret moribus. Quae quum ita sint, initio huius periodi viguit adhuc aetas linguae graecae virilis, paullatim tamen senectus imminere coepit.

Alexandri M. res gestas infiniti paene scriptores enarrarunt, et adulationis studio abrepti multi multa finxerunt. De his vero et de libris, qui regi illi audaci et felici olim tributi sunt, plene egit *Fabricius* in Bibl. Gr. Libr. III. cap. 8. Vol. II. vet. edit. *Brucker* in histor. crit philos. Tom. I. pag. 1349. sqq. Adde *de Sainte-Croix* in erudito libro: Examen critique des anciens historiens d' Alexandre le Grand, à Paris 1775. 4.

§. 2.

§. 2.

DIOGENES.

1. Natus Olymp. XCI. 3. obiit Corinthi fere nonagenarius Olymp. CXIV. 1.

2. Sinope, Ponti ciuitate ortus patrem habuit Icesium vel Icetam, trapezitam. Adulteratae pecuniae reus aufugit et Athenas venit, vbi Antisthenem, sectae cynicae parentem, ita sectatus est, vt ipse illius sectae princeps videretur. Frugalitatem et paupertatem sponte delegit, et omnibus diuitiis deliciisque longe anteposuit. Multa vero de illo lepida et iocosa, multa fabulosa narrantur, et tandem in dolio habitasse dicitur. Hanc tamen de dolio Diogenis narrationem fabulis adnumerat *Christ. Aug. Heumann* in Actis philos. Vol. II. pag. 58. eam vero pro vera defendit *Iac. Hasaeus* in dissert. de doliari habitatione Diogenis Cynici, in Heumanni Poecile Tom. I. Libr. IV. pag. 584. sqq. qui quidem suam sententiam vindicat et denuo contra Hasaeum vberius explicat ibid. pag. 614. sqq. Iam senex Diogenes iter suscepit Aeginam, in quo a piratis captus, et postea Xeniadi, Corinthio, venditus est: a quo manumissus et formandis liberis reique familiari administrandae vtiliter praefectus est. Diogenes enim non is sordidus homo et ineptus fuit, qui a multis habetur: siquidem et ore et exemplo suo et laboris tolerantiam commendabat, et temperantiam atque frugalitatem, atque hostis erat stultitiae, morum perditissimorum et flagitiorum acerrimus. Liberrime carpebat hominum stuporem, voluptatem et fastum, nec vlli parcebat. Atque, quoniam mira-

bilis erat in dicendo, et argutis ſententiis reprehenſiones condiebat; oratione facile adeo cepit quemlibet, vt vel ii, qui aculeis orationis illius laeſi viderentur, ingenii admirarentur elegantiam. Erat enim ingenio ſublimi, iudicio ſubtili et lectione veterum imbutus. Paucis contentus, neminem curabat, atque ignominiam et contumeliam aliorum aequo animo ferebat. Faſtus tamen in eo erat ſingularis, ſuperbia, dicacitas et intemperans omnium philoſophorum ſuae aetatis, ipſorumque magiſtratuum contemtus. Hinc, et quoniam homines ad eum audiendum confluxerunt, odium atque inuidiam ſibi conflauit: et inde tot fabulae ignominioſae de eius vita canina, victu et moribus ortae ſunt. Sed vide *Brucker.* in hiſtor. crit. Vol. I. pag. 871. ſqq. qui de noſtro copioſe agit, et Diogenem, idoneis argumentis vſus, ab impudentiae crimine vindicat. Eum tamen ſingularem hominem fuiſſe in vita et doctrina, negari non poteſt.

3. Epiſtolae XXVII. quae ſub nomine eius circumferuntur, ſunt ſpuriae.

4. Sunt vero in collectionibus Epiſtolarum graecarum Aldina, Lubiniana et Cuiaciana.

5. Conf. *Fabr.* B. Gr. Libr. III. cap. 13. Vol. II. et Vol. I. Libr. II. cap. 10. §. XX. ibique additament. *Bayle* Dictionaire hiſt. et crit. h. v. *Diogen. Laert.* Libr. VI. ſect. 20. — 81. — La vita di Diogene Cinico, Neapoli. 1777. 8. auctor eſt Marchio *Grimaldi:* qui non ſolum vitam illius probabiliter deſcripſit, ſed eius quoque praecepta de moribus in artem redegit. Cenſores tamen notant, auctorem non ſatis acutum criticum

ticum ſe geſſiſſe in digerendis veterum narrationibus ſecum pugnantibus, nec iuſtam habuiſſe rationem temporis et formae atque conditionis reipublicae atticae, quando primi Cynici vixerunt, eumdem quaedam nondum ſatis probata proferre. — Auctor libri: Expoſition ſuccinte et comparaiſon de la doctrine des anciens et des nouveaux philoſophes, Paris 1787. 8. tom. I. de Diogene durum fert iudicium, eumque incuſat ſummae impudentiae arrogantiae aliorumque vitiorum.

§. 3.

PHILIPPIDES.

Athenienſis, poeta comicus: fragmenta comoediarum collecta dederunt *Morelius* in ſentent. vet. Comic. p. 87. *Hertel.* in Biblioth. vet. Com. p. 258. et *Grotius* in Excerptis e Com. vet. pag. 808. v. *Fabricii* B. Gr. Libr. II. cap. 22. Vol. II.

§. 4.

HECATAEVS.

Abderita, philoſophus et hiſtoricus, comes Alexandri M. Scripſit de hiſtoria et antiquitatibus ſacris veterum Ebraeorum, et, quae tradidit, ea ex Iudaeorum narrationibus hauſit. Fragmenta tria ſeruauit *Ioſephus* contra Apionem Libr. I. §. 22, (collato Euſebio de Praeparat, euangel. Libr. IX. cap. 4.) et Libro II. §. 4. atque Libr. XII. Antiqq. c. II. quartum fragmentum ex Demetrii Phalerei epiſtola ad Ptolomaeum de libris

Iudaeorum defcribendis Arifteas in hiftoria LXX. interpretum dedit. Scaliger illum librum ab Hellenistis antiquitus confictum effe pronuntiat, eumque alii fequuti funt. At *Petrus Zornius*, qui Hecataei Abderitae Eclogas, fiue fragmenta illa cum notis Iofephi Scaligeri, fuoque commentario perpetuo, Altonae 1730. 8. fecundum exemplar Iofephi Hauerkampianum edidit, tam in Prolegomenis, quam in commentario vberiore doctoque fragmenta illa Hecataeo noftro adferuit. Idem fubiunxit *Hecataei Milefii ἀποσμάτιον* haud diffimilis argumenti ex Photii Bibliotheca cod. CCXLIV. Hic vero fuppar fuit Hecataeo Abderitae, et diftinguendus ab alio *Hecataeo Milefio*,*) Herodoto vetuftiore, qui tempore Darii Hiftaspidae primus hiftoriam foluta oratione fcripferat. Ad hiftoriam et antiquitatem Iudaicam cognofcendam fragmenta illa perquam vtilia effe, et quae in illis vera effent, quae falfa, *Zornius* in Prolegomenis §. 4. fqq. et in notis copiofe docuit, nubem teftium excitauit, et multa loca tam diuinorum quam humanorum fcriptorum explicuit.

§. 5.

ALEXIS.

Thurius, mediae comoediae poeta; floruit fecundum *Hamberger.* ante Ch. N. 334. fcripfit 245.

*) De illo plura vide ad *Fabric.* B. Gr. vol. II. p. 348. fq. *Bougainville* in Mem. de l' Acad. Paris. des Infcr. vol. 29. pag. 68. fq. *Car. Traug. Gottl. Schoeneman.* comment. de Geographia Argonautarum, Gottingae 1788. 4. pag. 40. fqq.

245. comoedias, quarum paucas reliquias dederunt *H. Stephanus* in ſententiis comicorum triginta Graecorum, forma minore 1569. *Morellus* in ſententiis duorum et quadraginta comicor. gr. et lat. pag. 129. plures vero *Hertel* in Collect. ſuis, et *Hugo Grotius* in Excerptis vet. Com. pag. 556. Conf. *Fabric.* Bibl. Gr. Libr. II. cap. 22. vol. II. p. 406.

§. 6.

AVTOLYCVS.

1. Floruit circ. Olymp. CXI.

2. Pitanaeus ex Aeolide, philoſophus et mathematicus. Scripſit de Sphaera mobili et duo libros de ortu et occaſu ſiderum inerrantium.

3. Editi ſunt libri II. de ortu etc. graece et latine a *M. Cunrado Daſypodio*, Argentor. 1572. 8. — ab eodem lib. de ſphaera ib. eod. l. et anno. de ſphaera, quae mouetur, liber et Theodoſii Tripolitae de habitationibus liber. Latine vertit collatis V. MSS. Vaticanis, et ſcholia antiqua graeca in linguam latinam transtulit *Ioſephus Auria*, Neapolitanus, Romae 1587. 4. cum Maurolyci adnotationibus, quae Meſſanae 1558. fol. cum verſione textus latina primum prodierant. — Idem *Auria* libros de ortu et occaſu aſtrorum, et Theodoſium Tripolitam de diebus et noctibus, cum ſcholiis antiquis et figuris, latine edidit, Romae 1587. et 1591. 4. laudatur quoque alia editio, Romae 1568.

4. Conf. *Fabric.* B. G. Libr. II. cap. 5. §. 13. Vol. II, *Io. Bened. Carpzouii* de Autolyco Pitanaeo

diatribe Lipſ. 1744. 4. *Saxii* Onomaſt. liter. pag. 81.

§. 7.

HERACLIDES.

1. Circiter A. O. C. 3677. Olymp. CXIII. 1. ante C. N. 326. ab V. C. 426.

2. Ponticus; Athenas conceſſit, ibique Platonem, dein Speuſippum, denique ſecundum quidem Cicer. Tuſc. quaeſt. V. 3. d. N. D. I. 13. etc. Ariſtotelem audiuit. Homo fuit animo elatus et tumidus; moribus tamen atque oratione grauis et elegans, philoſophus atque hiſtoricus.

3. Fragmentum ſupereſt de politiis, quod graece et latine edidit Nic. Cragius ſ. l. 1593. 4. recuſ. in Grouou. theſauro Antiqq. graec. Tom. VI. pag. 2819.

4. *Allegoriae Homericae Heraclito* multo iuniori tribuuntur a Fabricio et Bruckero, et liber *περὶ ἀπίςων* a Galeo perperam adſignatur noſtro Heraclidi. Allegoriae autem iſtae editae ſunt graece et lat. per *Conr. Geſnerum*, Baſil. 1544. 8. — cum Aeſopi fabulis apud Aldum, Venetiis 1505. fol. inter *Thomae Gale* Opuſc. mythol. Amſtel. 1688. 8. ſeparatim cum notis a *Nic. Schow*. Gottingae 1782. 8.

5. Conf. *Diog. Laert.* libr. III. ſect. 46. et V. ſect. 86. ſqq. ibique interpretes; *Fabricii* B. Gr. libr. I. cap. 22. ſect. 1. et 2. *Brucker.* in hiſtor. crit. philoſ. Tom. I. pag. 856. *Saxe* in Onomaſt. liter. I. pag. 82. *Goens.* ad Porphyr. de antro etc. pag. 99.

§. 8.

§. 8.

C R A T E S.

1. Floruit Olymp. CXIII.

2. Thebanus: Cynicorum nobiliſſimus poſt Diogenem, cuius diſciplinae ſe tradidit. Facultates inſignes a patre relictas ſponte diſtribuit atque abiecit, et duriſſimam delegit paupertatem, ſuo baculo et pera contentus. Hilaris tamen ſemper fuit, at decori negligens, omnesque moleſtias et contumelias irriſionemque aliorum patienter tulit: Facie turpis et gibber. Hipparchiam, quae, licet genere et diuitiis potens eſſet, amore illius ita capta eſt, vt nulla re nullisque minis ab illo abſtraheretur, cynicae vitae duxit ſociam. De illis autem multa ignominioſa falſaque ficta fuerunt, v. *Brucker.* in hiſt. crit. philoſ. Vol. I. pag. 888 — 891.

3. Ex tragoediis, quas niſi alius Crates ſcripſit, ſupereſt vnum fragmentum, quod dedit Grotius in Excerpt. e tragicis Graecis, pag. 450. Epiſtolae XIV, quae ſub nomine eius circumferuntur, nec genuinae habentur, ſunt in Aldina et Cuiaciana collectionibus epiſtolarum graecarum.

4. v. *Diogenem Laert.* Libr. VI. ſect. 85 — 93. *Fabric.* B. Gr. libr. II. c. 19. inter tragicos, et III. cap. 13. inter Cynicos philoſophos.

§. 9.

L E O N I D A S.

1. Ex epigrammate illius XXI. collato *Pauſania* I. cap. 13. pag. 31. eum floruiſſe circa Olympiad. CXXVI. ante Chr. n. 276, patet.

2. Taren-

2. Tarentinus, ſed propter bellum Tarentinum patria relicta, vagus incertusque, vbi degat, erraſſe videtur.

3. Scripſit epigrammata, in quibus venuſtas quidem atque lepos dicendi, et ingenium ſplendidum atque cultiſſimum elucent; interdum tamen luxuries quaedam et nimium placendi ſtudium, quod ab antiqua ſimplicitate recedit, cernitur: nec argumenta grauia et Apolline digna; ſed leuia et, quae ſaepius lumine poetico carere poterant, celebranda ſibi ſumſit.

4. Epigrammata, quae ſuperſunt, et Meleager iam coronae ſuae innexuerat, leguntur in Anthologia et in *Brunckii* Analect. vett. poet. I. pag. 220. ſqq. Separatim: *Vtriusque Leonidae carmina* cum argumentis, varietate lectionis, ſcholiis et commentario edidit, et indice ornauit *Albertus Chriſtian. Meincke*, apud Saſatenſes Rector. Lipſiae 1791. 8.

5. *Reiske* in Notitia poetarum antholog. (ſubiuncta eius Anthologiae gr. a Conſtant. Cephala conditae,) pag. 228. et elegans *Poeſeos Leonidae Tarentini ſpecimen*, quod graece edidit notisque illuſtrauit *Carol. Dauid. Ilgen*, Lipſiae 1785. 8.

6. Diuerſus ab illo eſt *Leonidas Alexandrinus*, Neronis, Othonis, Veſpaſiani et Hadriani temporibus, h. e. ab v. c. 812 fere vsque ad 880. ſeu Chriſti 59 — 127. epigrammatum multorum parens; poeta non omnino quidem contemnendus; ſed ſaepe frigidus et obſcurus. Epigrammata eius collecta ſunt ab auctoribus Anthologg. a *Brunckio* l. c. vol. II. pag. 190. ſqq. et nouiſſime

uiſſime a *Meineke* l. laud. Plura vide apud *Reiſke* l. m. pag. 229. ſq. et *Meinecke* pag. XXII. ſqq.

§. 10.

THEOPHRASTVS.

1. Natus Olymp. XCVII. 1. mortuus eſt Olymp. CXXIII. 1. ſecundum Brucker. anno aetatis LXXXV. alii aliter rationes ſubducunt. Succeſſit Ariſtoteli in Peripato, Olymp. CXIV. 2. ante C. N. 321. V. C. 431.

2. Ereſius, ex Lesbo inſula. A patre, qui fullo fuit, primum Alcippo, philoſopho, Ereſi habitanti, traditus eſt: tum valde iuuenis Athenas delatus primum Platonem, et, hoc mortuo, Ariſtotelem audiuit. Ab eodem Ariſtotele propter eloquentiam primum dictus eſt *Euphraſtus*, deinde *Theophraſtus:* vero enim nomine adpellabatur *Tyrtamus.* Ariſtotele autem defuncto, Peripateticae ſcholae curam ſuſcepit, et, quum eſſet multa variaque eruditione, ſuauis orator, acutus philoſophus, et inſignis philologus, tanto plauſu docuit, vt bis mille diſcipuli ad eum audiendum confluerent. Athenis quidem cum reliquis philoſophis, vi legis a Sophocle, Ampliclidae filio, latae, cedere Olymp. CXVIII. 2. coactus eſt; at ſequenti anno, lege illa abrogata, multaque quinque talentorum Sophocli irrogata, rediit, et Athenienſibus ita iucundus fuit, vt omnis fere populus funus eius pedibus proſequeretur. Neque tamen, quae communis ſors eſt virorum meritorum et celebrium, obtrectatores ei defuerunt: inter

ter quos Epicurus et ſcortum Leontium (v. *Bayle* Diction. Tom. III. art. Leontium) eminuerunt.

3. Praeceptores ſuos imitatus multa ſcripſit. Quae ſuperſunt, ea ſunt maximam partem phyſici argumenti, quorum nonnulla integra ſunt, nonnulla mutila: plura interierunt. Singula diligenter recenſet Fabricius. Hic memorare ſufficiat hiſtoriae plantarum libros X. Decimi libri initium tantummodo exſtat. De cauſſis plantarum, libr. VIII. ex quibus duo poſteriores adhuc deſiderantur; de lapidibus; de ventis; de ſignis pluuiarum, ventorum, tempeſtatis et ſerenitatis; de igni libri II.; de odoribus etc. denique Characteres, aut notationes morum, quem libellum a ſe anno XCIX. aetatis in prooemio ſcriptum eſſe teſtatur Theophraſtus, et hanc lectionem defenderunt Caſaubonus ac Fabricius. At locum illum, quum Laertius ſcripſiſſet, Theophraſtum anno aetatis LXXXV. viuere deſiiſſe, emendandum et ſcribendum eſſe ἑβδομήκοντα ἐννέα LXXIX, *Fiſcherus* V. C. in notis ad Theophraſti charact. p. 6. contendit: quam quidem ſententiam iam antea fouerunt *Petit.* Libr. II. Obſeru. cap. 9. et *Brucker.* in hiſtor. philoſ. crit. Vol. I. 842. not. g.) Sed ſecundum cl. *Carolum Gottlob. Sonntag* in docta commentatione, (in qua etiam de aetate Theophraſti agitur,) *in Prooemium characterum Theophraſti*, nihil ex eo effici poteſt: nam ille probatum iuit, iſtud prooemium eſſe ineptum et ſpurium.

4. Princeps edit. eſt *Aldina* cum ſcriptis Ariſtotelicis 1497.*) fol. et 1552. 8. — *Theophraſti*

*) 1498. acceſſit Theodori Gazae verſio lat. hiſtoriae plantarum, conf. Serie dell' Edizioni Aldine. ed. II. Patau. 1790. pag. 5. et 8.

ſti vita et opera, graece, cum gr. metaphraſi Priſciani Lydi in tract. de ſenſu et phantaſia, Baſil. per Oporin. 1541. fol. de qua editione v. *Fiſcher.* in praefat. fol. 5. ad Characteres — Opera pleraque graece et latine per *Dan. Farlanum* et *Adrian. Turnebum*, Hanou. typis Wechel. 1605. fol. (iterum vide Fiſcher. loc. mem.) — Graece et latine, Opera omnia recenſuit et de ſuo aliorumque coniectura partim, partim ex libris emendauit, hiulca ſuppleuit *Dan. Heinſius*, Lugd. Bat. 1613. fol. Deſunt Metaphyſicorum fragment. et liber de ſenſu. — De igni libros inter partem ſecundam et tertiam libri de ſignis pluuiarum etc. poſuit. — *Ariſtotelis* et *Theophraſti* quaedam ſcripta, quae vel numquam antea vel minus emendata edita fuerunt graece Paris. ex offic. H. Stephani 1557. 7. — De hiſtoria plantarum, libri decem, graece et lat. cum variis lectionibus (ex exemplis Ald. Baſil. aliisque,) notis ſuis et plantarum iconibus, tum Iulii Caeſaris Scaligeri et Roberti Conſtantini Annotatt. editi a *Io. Bodaeo a Stapel.* (quae optima eſſe dicitur editio,) Amſtel. 1644. fol. Fundus eſt ed. Heinſii. — *Io. Iac. Pauli Moldenhawer* tentamen in hiſtoriam plantarum Theophraſti. Hamburgi 1791. mai. 8. Sunt tria priora capita, gr. et lat. cum notis criticis et botanicis copioſis: praemiſſus eſt index editionum, verſionum et commentatorum.

Librum de lapidibus graece et latine cum breuibus adnotatt. praemiſit *Io. Laet* libris ſuis de gemmis et lapidibus, Lugd. Bat. 1647. 8. Multum ei et Theophraſto profuit cod. Heidelberg. et collatio cum Plinii H. N. Habeo exemplar, cuius margini docta manus multas lectiones varias adſcripſit:

adſcripſit; vnde vero illae ſumtae ſint, neſcio. — anglice et graece cum obſſ. criticis et phyſicis Hillii, Londini 1746. 8. auct. addito indice graeco, 1774. quae omnia prioris editionis in linguam theotiscam transtulit *Albert. Henric. Baumgartner*, Nürnb. 1768. 8. —

Notationes morum. Princeps edit. eſt *Bilibaldi Pircameri*, Patricii Noribergenſis, Noribergae 1527. eſt ex cod. MSto, quem Io. Franciscus Picus, Comes Mirandulanus ad Pircamerum miſerat, ducta, et baſis editt. Cratandreae, Oporinianae, Gesnerianae, Furlanianae. Tum *I. Baptiſta Camotius* quindecim Characteribus a Pircamero editis, octo alios ex cod. MSto nouoque fonte addidit, et plane nouam exhibuit recenſionem, in ſexto tomo Ariſtotelis Operum apud Aldi filios 1552. Camotii exemplar reddidit *Henricus Stephanus*, nec vero, vt alii putarunt, ex cod. MS. ſed ex edit. Camotiana, depromſit octo poſteriores characteres, cum quibusdam Ariſtotelis 1557. cum paucis notis criticis. Hanc recenſionem ſequuti ſunt, hinc inde quibusdam mutatis aut emendatis, Leonhart. Lycius, Claudius Auberius, cuius quidem coniecturae ſunt audaces, Frider. Morellus et Sylburgius. — Nouum felixque ſidus illis Characteribus exortum eſt, n. *Iſaac. Caſaubon.* hic vero primum Lugduni 1592. iterum, 1599, at emendatius additis ex vno cod. Palatino quinque characteribus; tertium 1612, quae editio ſaepius repetita eſt, ex quatuor codd. Heidelbergenſibus et edd. Stephaniana, Auberiana et Furlaniana recenſuit atque egregio commentario ornauit. Secundum exemplum Caſauboni recoxerunt Heinſius in edit. operum Theophraſti, et

Corne-

Cornelius Paw, qui notas et coniecturas ſuas addidit, Traiecti ad Rhenum 1737. 8. — Tertiam Caſauboni editionem reddidit, neſcio quis? coniecturas autem Caſauboni in textum recepit, illiusque commentarium mutilauit, ſaepius interpolauit inſcite, et loca veterum ſcriptorum ab Caſaubono laudata diligentius indicauit, Brunſuici 1659. 8. — Diſceſſit interdum a lectionibus Caſaubonianis et ab omnibus ſuperioribus editionibus *Thomas Gale*, qui Characteres Theophraſti inſeruit Opuſculis Ethicis, Cantabrig. 1671. et XVII. annis poſt Amſtel repet. Praeter editiones habuit cod. MS. vnde varias excerpſit lectiones, quibus ſuas paſſim immiſcuit coniecturas. — cum Cebete aliquoties. — Nouam recenſionem inſtituit, ſeptem codd. contulit, et textum Caſaubonianum multis locis non raro inconſiderate immutatum dedit *Petrus Needham*. cum notis Iſaaci Caſauboni, Sylburgii, Palmerii, et Clerici ſuisque. Addidit Duporti praelectiones in Characteres tredecim, Cantabrig. 1712. 8. Haec textus conſtitutio a pluribus editoribus deinceps retenta eſt. — A textu tamen et Caſauboniano et Needham. diſceſſionem ſaepe, at etiam audacter fecit *Io. Conrad. Schwarz*, qui Characteres cum noua verſione latina, ineditis Auguſti Buchneri notis, ſupplementis item varr. lect. MS. et commentationibus ſuis edidit Coburgi 1739. 4. Incredibilis in eo fuit et eruditio et ingenii audacia. Quo factum eſt, vt multa quidem docte explicaret, multa acute videret, ſed textum quoque pluries deprauaret. — gr. et lat. cum notis Neutoni anglicis Oxon. 1754. 8. — Nouiſſima et ratione critices optima pleniſſimaque editio eſt,

 quam

quam graece adornauit *Io. Frid. Fiſcherus*, Rector ſcholae Thomanae Lipſienſis, celeber. Coburgi 1763. 8. cui adiecit et indicem verborum egregium, et commentarium Iſaaci Caſauboni. In praefatione hiſtoriam editt. criticam contexuit. In notis autem de veritate atque integritate contextus ſollicitus, varias et MSStorum, (atque ex bibliotheca Guelferbytana opera cl. Heuſingeri duorum MSStorum collationes accepit,) et editionum lectiones, itemque doctorum interpretum coniecturas adtulit et ſub examen, interdum ſeuere, vocauit, atque, quum bonus grammaticus et verecundus ſobriusque criticus ſit, ab exemplo editionis Caſaubonianae tertiae, raro, idque auctoritate tantum fideque librorum veterum, diſceſſit. — Eius contextum indicemque contractum Bremerus poſt haec typis repetendum curauit. — ex rec. Needhami, Glasguae, gr. er lat. 1743. 12. 1758. 8. Tiguri in Eclogis, 1749. 8. cum Needhami notis contractis et interpolatis. — gr. et hispanice a D. *Ignano Lopez de Ayola*, Madrit. 1787. 8. ,apud Copin. — In cod. Vatic. n. CX. inter alia reperitur altera dimidia pars characterum Theophraſti a c. 16—30. Prosper Petronius, bibliothecarius bibliothecae Alexandrinae in Gymnaſio romano, qui etiam nouam Theophr. char. editionem ex codd. Vatic. et Barber. auctam edere inchoarat, ſed poſtea tribus iam foliis typis excuſis, intermiſerat, (defunctus 1783.) primum detexit illa. Ex illo igitur codice cl. *Amadutius* cap. 29. et 30. primum euulgauit: *Characterum ethicorum Theophraſti Ereſii capita duo hactenus anecdota, quae ex cod. msto Vaticano ſaeculi XI. graece edidit, latine vertit, prae-*

praefatione et adnotationibus illustrauit Io. Christophor. Amadutius. Parmae, ex regio typographeo. 1786. mai 4. Splendida est editio, cum notis criticis. In praefatione de codice illo Vatic. editt. versionibus aliisque rebus copiose differitur: de editionibus vide inprimis pag. 48. sqq. 54. sqq. — Illa duo anecdota typis repetita sunt in Annalibus litterar. Helmstadiens. a. 1787. m. Aug. pag. 140. in Continuazione delle Novelle Lett. di Firenze 1787. n. 21. et ex his subiuncta sunt a cel. *Beckio* institutionis philologicae monogrammatibus, Lipsiae 1787. 8. atque cl. *Nast* editioni suae adiecit, sed num genuini sint Theophrastei ingenii foetus, dubitat cum quibusdam viris doctis.

Theophrasti Characteres cum adnotationibus et indice locupletissimo, edidit *Io. Frid. Leonh. Menzel.* Baruthi, 1789. 8. gr. — *Θεοφράστου* — *Theophrastus Abschilderungen der menschlichen Sitten, mit deutschen Anmerkungen von H. W. Rotermund.* Hamburg. 1791. 8. praefixa est notitia codd. editionum et versionum Theophrasti. —— Θεοφράστου — *Theophrast's Sitten-Gemälde für höhere Lehr-Anstalten aufs neue bearbeitet von Io. Iac. Henr. Nast,* Prof. Stuttgart. Stuttgart. 1791. 8. gr. cum doctis animaduersionibus criticis atque exegeticis et indice graeco-germanico. Praemissa est commentatio de consilio ac ratione Theophrasti in notandis moribus, et Theophrasto liber vindicatur. Est quodammodo noua textus recensio. Idem V. D. scripserat progr. de consilio et methodo Theophrasti in suis notationibus pingendis. Stuttgart. 1791.

Characteres sunt vel in alias linguas saepe conuersi, vel imitatione expressi. Hic tantum

commemorabo: *Les caractères de Théophraste, traduits du grec en françois avec les caractères où les moeurs de ce siecle, par M. Iean de la Bruyere.* Paris. 1696. 12. Plus decies repetita est editio: recentissimae sunt Amstel. 1744. 8. II. voll. Paris. 1764. 4. Dresdae 1769. 8. II. voll. et germanice versae a *Kieslingio* Lipsiae 1754. 8. — *Gallice* a *Levesque* cum Menandri sententiis moralibus, Paris. 1782. 12. et in Collection des moralistes anciens, Paris, apud Didot 1783. 12. — cum notis vitaque Theophrasti per M. B. de B. (probabiliter Bélin de Ballu,) Paris. 1790. mai. 8. — *Anglice* cum notis, praefixa critica artis et scriptorum disquisitione (critical Essay on characteristic writings,) auctore *Henr. Gally.* Londini. 1725. 8. — *Italice* per *Ansaldum Cebà*, Genuae 1620. 4. — *Caratteri di Teofrasto greco-toscani*, colle loro illustrazioni, varie lezioni, e note del senatore *Leonardo del Riccio.* Florent. 1761. et 1763. 12. IV. tom. quatuor codd. mssti Florent. sunt collati, eorumque lectiones variae in extrema ora positae. — *Germanice* a *Gottfr. Ephr. Müllero*, Dresdae et Lipsiae 1737. mai. 8. — a *Io. Dau. Büchling.* Halis Saxon. 1791. mai. 8. cum notis, — a *K. G. Sonntag*, Rigae 1790. 8. cum vita Theophrasti et animaduersionibus philosophicis.

5. A Platone vbertatem et copiam atque elegantiam orationis; ab Aristotele subtilitatem, acumen et amorem historiae naturalis accepisse et didicisse videtur. De libris eius physici argumenti iudicare non audeo. Rerum igitur harum cupidos ablego ad *Halleri* biblioth. Anatom. Tom. I. pag. 51. sq. in primis biblioth. Botan. Tom. I. pag.

31 —

31—38. is vero notat pag. 35. textum ipſum valde corruptum eſſe, et vitiis plenum, quae emendarentur, ſi Caſpari Hofmanni editio, adhuc latens, lucem adſpiceret. Eius vero notationes, quas quidam homines temerarie abiudicare voluerunt Theophraſto, adeo elegantes ſunt, vt ingenio ac facundia Theophraſti non minus, quam illius aetatis omnino dignae videantur. Mira in illis eſt ſimplicitas et natiua venuſtas, et admirabilis ac ſapiens breuitas ad intelligentiam atque delectationem, eaque tamen maxime perſpicua. Vt delectaret, ſaepe adhibuit colorem comicum et adluſiones ad ritus etc. Mores atque ingenium et ſtultitiam ſuae aetatis peruidit philoſophus, et adeo apte deſcripſit, vt vel noſtra aetas in plurimis illarum tamquam in ſpeculo, quod communia omnis memoriae vitia repraeſentet, dilucide conſpiciatur. Conſilium erat, popularium animos emendandi, et, quum virtus in ſchola peripatetica potiſſimum eſſet prudentia ciuilis, hanc quoque Theophr. in his notationibus ante oculos praecipue habuit. Non nugax fuit, nec nimius in enarrandis vel minutiis vel plane ſingularibus, vti plures, qui poſt illum notationes deſcribere moresque hominum illepidos ſtultosque ridendo exagitare adgreſſi ſunt. Praeiuit quidem Ariſtoteles in hoc ſcribendi genere. Theophraſti tamen notationes videntur pars maioris operis eſſe, cuius finis vel vltima pars illae fuerint, a Theophraſto grata negligentia elaboratae. Vel fuerunt ab eius diſcipulis aut ſerioribus grammaticis ex pluribus Theophraſti operibus collectae, et eo, quo nunc leguntur, ordine poſitae. Num in compendium ab aliis ſint redactae, minus probabile eſſe

 videtur.

videtur. conf. cl. *Naſt* in prolegg. ad ſuam editionem eiusque doctum cenſorem in ephemeridib. litterar. Lipſiens. 1791. n. 43. pag. 337. ſqq.

6. *Diogenes Laert.* Libr. V. ſect. 36. ſqq. — *Fabric.* B. Gr. Vol. II. Libr. III. cap. 9. vet edit. — Acta Philoſoph. Part. XVII. pag. 661. ſqq. — *Bruckeri* hiſtor. crit. philoſ. Vol. I pag. 840. ſqq. in Append. pag. 244. ſq. — *Heumann* in Actis philos. P. III. pag. 662. ſqq. — *Reiske* in Animaduerſionum ad graecos auctores Vol. I. Lipſiae 1757. 8. et *Chriſtian. Adolph. Klotz* in Animaduerſionibus in Theophraſti Characteres, Ienae 1761. 8. aliique, de quibus Fiſcherus in notis et in praefatione diſputat, locis quibusdam medelam adferre haud pari ſucceſſu adniſi ſunt — *Chriſt. Gottlieb Kratzenſteinii* nonnulla de Theophraſti hiſtoria plantarum bene merendi ſubſidia, 1772. conf. Biblioth. philol. Gottingenſ. Tom. II. Part. IV. nr. VI. — *Bandini* in catal. codd. graec. Florent. Tom. III. pag. 428. e cod. ineditum publicauit fragmentum, quod ad decimum libr. hiſtoriae plantarum pertinere arbitratur. — *H. Frieſemann* Collectanea critica. Amſtel 1786.

§. 11.

ARISTOXENVS.

1. Aequalis Ariſtotelis, cuius diſcipulus fuit. *Cyrillus Alexandr.* lib. I. contra Iulianum pag. 12. C. eius aetatem refert ad Olymp. XXIX.

2. Tarentinus, et primarius rei muſicae ſcriptor.

3. Exſtant

3. Exſtant *ἁρμονικῶν ςοιχείων* ſ. elementorum harmonicorum libri III.

4. Eum, vna cum Nicomacho et Alypio auctoribus Muſices, primus graece vulgauit et illuſtrauit *Io. Meurſius*, Lugd. Bat. 1616. 4. deinde diligentius et emendatius cum noua ſua verſione et notis, vſus praeter ea trium codd. Anglic. collatione, *Marcus Meibomius* in antiquae muſicae auctoribus VII. Amſtel. 1652. 4.

5. v. *Fabric.* Bibl. Gr. Vol. II. Libr. III. cap. 10. et *Saxii* Onomaſt. liter. I. pag. 85.

§. 12.

DICAEARCHVS.

Meſſenius, Siculus, Ariſtotelis diſcipulus, philoſophus, poeta et Geographus. Reliquias eius *Ἀναγραφῆς τῆς ἑλλάδος*, poematis, verſibus geographicis, et *βίȣ ἑλλάδος*, de vita ſiue ſtatu Graeciae, poſt *Stephanum*, qui *ἀναγραφῆς* reliquias primus edidit Paris. 1589. 8. (rec. in theſauro Antiquitt. graecarum Gronouiano Vol. XI.) et poſt *Dauid. Hoeſchelium*, qui illum adiunxit geographicis Marciani, Scylacis, Artemidori Epheſ. et Iſidori Characeni et graece vulgauit Auguſt. Vindel. 1600. 8. — inſeruit et auxit fragmento de monte Pelio *Hudſon.* Vol. II. geographiae veteris ſcriptoribus graecis minor. Oxon. 1703. Idem praemiſit *Henr. Dodwelli* diſſ. de Dicaearcho eiusque fragmentis. Conf. *Fabr.* Bibl. Gr. Libr. III. cap. 11. Vol. II. *Brucker.* hiſtor. crit. philoſ. Tom. I. pag. 854. ſqq.

§. 13.

PHILEMON et MENANDER.

1. Prior floruit A. O. C. 3683. Olymp. CXIV. 3. ante C. N. 320. V. C. 432. Sed secundum *Corsinum* in fastis atticis tom. IV. pag. 47. et 89. fabulas docere coepit Olymp. CXIII. 4/1. et praeeunte *Diodoro Sic.* lib. XXIII. cap. 7. qui illum 99. annos vixisse tradit, mortem illius refert ad Olymp. CXXIX. 3. Posterior, suppar et aliquantum iunior, natus est Olymp. CIX. 3. obiit Olymp. CXXI. 4. aut secundum alios CXXII. 3.

2. Solis siue Pompeiopoli, Ciliciae oppido, natus est *Philemon*, nouae comoediae auctor, — grandior natu fabulas docere coepit, (*Wesseling.* tamen ad Diodor. Sic. XXIII. 7. p. 502. tom. II. secus sentit;) et ex opinione quorumdam vltra centum annos natus in scena nimio risu animam efflauit *). — *Menander* vero Atheniensis, fuit nouae comoediae auctor celeberrimus, discipulus Theophrasti, a quo artem orationis moratae et notationum didicit. Vi comica in primis excelluit, et a Terentio dignus est habitus, quem praecipue imitaretur. Licet octies victor discesserit, tamen accidit, vt iudicum malignitate deterioribus poetis palma praemiumque decernerentur. Menan-

*) Diuersus ab hoc fuerunt *Philemon* iunior, filius illius, itidem comicus poeta, cuius forsitan sunt nonnullae, quae seniori, siue patri Philemoni tribui solcat, et *Philemon*, grammaticus, Atheniensis, (*Athenaeus* XI. 5. pag. 469. A.) scripsit de atticis nominibus et glossis atque de omnigenis oraculis, (*Athen.* III. pag. 114. E.)

Menander vero Philemonem et ingenio, orationis copia ac ſuauitate, et morum comicorum cura ſuperauit.

3. E multis illorum comoediis pauca exſtant fragmenta.

4. Haec vero collecta reperiuntur in Hertelii biblioth. vet. com. Grotii excerptis vet. com. et Wintertoni poetis minoribus. Pleniſſima illarum reliquiarum collectio eſt, quam graece et latine cum notis Hug. Grotii ſuisque et indicibus curauit Io. Clericus, Amſtel. 1709. 8. qui etiam teſtimonia veterum de illis collegit. Haec editio tragoedias excitauit. Bentleius enim ſcripſit doctum libellum: *Emendationes in Menandri et Philemonis reliquias ex nupera editione Ioannis Clerici, vbi multa Grotii et aliorum, plurima vero Clerici errata caſtigantur, auctore Phileleuthero Lipſienſi*, cum praefatione Burmanni I. Traiecti ad Rhenum 1710. m. 8. rec. Cantabrig. 1714. 8. Quod autem Bentleius quaedam contra Iac. Gronou. eiusque mutationes in Stephani de Dodone fragmento factas per occaſionem monuerat, hic acuit calamum contra Bentleium et ſimul contra Clericum, atque, falſo quoque nomine ſumto, edidit acrem libellum: *Infamia emendationum in Menandri reliquias nuper editarum Traiecti ad Rhenum, auctore Phileleuthero Lipſienſi: accedit reſponſio M. Lucilii Profuturi ad epiſtolam C. Veratii Philellenis, quae exſtat in bibliotheca Choiriae parte IX.* Lugd. Batau. 1710. 12. — Clerici partes, quamquam imparibus viribus, ſuſcepit *Cornelius de Pauw*, qui, nomen mentitus conſcripſit: *Philargyrii Cantabrigienſis emendationes in Menandri et Philemonis reliquias ex nupera editione Io. Clerici. Vbi*

quaedam Grotii et aliorum, plurima vero Phileleutheri Lipſienſis errata caſtigantur. Cum praefatione Io Clerici. Accedunt Antonii Mariae Saluinii — annotata in Menandri et Philemonis Reliquias. Amſtel. 1711. mai. 8. conf. de his libellis Acta Eruditor. Lipſ. 1710 menſe Martio pag. 111. ſqq. a. 1711. mens. Ian. pag. 38. ſqq. et mens. Iul. pag. 295. ſqq. ac mens. Aug. pag. 365. ſqq. *D' Orville* in critica vanno in inanes Io. Corn. Pauonis paleas, cap. V. pag. 79. ſqq. cap. VIII. ſect. II. pag. 223. ſqq. — *Menandri* et *Philemonis* ſententias integras atque emendatas dedit cel. *Brunck.* in Gnomicis poetis graecis, Argentorati 1784. 8. pag. 189. ſqq. et pag. 334. notis illuſtrauit criticis.

5. Conf. *Quinctil.* I. O. X. 1. §. 69—72. III. 7. 18. *A. Gellium* N. A. XVII. cap. 4. *Fabric.* B. Gr. Vol. II. Libr. II. cap. 22. p. 455. ſqq. et 476. ſqq. cum addidamentis. *Saxii* Onomaſt. lit. I. pag. 86. ſq. et tom. VI. pag. 194. ſq. *Io. Gottfr. Hauptmann* progr. de Philemone, Gerae 1744. et de Menandro atque illius comoediis Gerae 1743. *Lamb. Bos* animaduerſiones in ſcriptores graecos, Franeker. 1715. 8. pag. 12—19. *Heringae* Obſſ. crit. cap. 28. — de *Philemone* *Mongitor.* in biblioth. ſicula tom. II. pag. 164. ſqq. — *L' Evesque* gallice vertit Menandri ſententias, v. paullo ante ad Theophraſtum notata.

§. 14.

§. 14.

Apollodorus, Gela, Siciliae vrbe ortus, Menandri aequalis, et nouae comoediae poeta. Fuerunt quoque *Apollodorus* Athenienſis, et *Apollodorus* Caryſtius, comici, neque, cui illorum reliquiae, quas Hertelius et Grotius collegerunt, tribuendae ſint, omnino conſtat. v. *Fabricii* B. Gr. Libr. II. cap. 22. Vol. II. pag. 419. ſqq. ibique ſupplementa. *Voſſium* de poetis graecis cap. 8.

§. 15.

EVEMERVS.

Cuias fuerit, non ſatis compertum eſt. Floruit tempore Caſſandri F. Macedoniae regis: Superſtitionem atque religiones deorumque cultum irriſit in *libris ſacrae hiſtoriae*, qui autem iniuria temporis perierunt; praeter fragmenta ab Ennio verſa. Quo factum eſt, vt a veteribus idolorum cultoribus hoſtis omnis religionis et pietatis acerrimus, et atheorum princeps haberetur, quum tantummodo originem deorum et religionis ſuperſtitioſae detexiſſet. v. *Strabon.* I. p. 81. ibique Caſaub. et *Penzel.* in german. Strabonis vers. tom. I. p. 400. *I. Iac. Zimmermanni* epiſt. qua Euemerum Meſſenium et Diagoram Melium ab atheismo contra Plutarchum aliosque defendit, in Muſeo hiſt. phil. Brem. Vol. I. Part. IV. art. 3. et *Bruckeri* hiſt. crit. philoſ. Vol. I. pag. 604. ſqq. *Seuin* de vita et ſcriptis *Euemeri* in Memoir. d. Litterat. — de l' acad. des Inſcr. tom. VIII. pag. 107.

107. ſqq. cuius commentationem germanice vertit *Mich. Hiſſmann* in Magazin für die Philoſophie vnd ihre Geſchichte, tom. I. pag. 345. ſqq. *Fourmont* de Euemero eiusque opere ἱερὰ ἀναγραφὴ, in Mem. de Litterat. etc. tom. XV. pag. 265. ſqq. germanice vers. in *Hiſſmanni* Magazin etc. tom. II. pag. 291. ſqq. et *Foucher* de Syſtemate Euemeri, in laudatis Mem. tom. XXXV. pag. 435. ſqq. atque germanice in *Hiſſmanni* Magazin etc. tom. III. pag. 247. ſqq.

§. 16.

DINARCHVS.

1. Natus Olymp. CIV. 4. paene ſeptuagenarius interiit poſt Olymp. CXXI. 3. et floruit circ. A. O. C. 3686. Olymp. CXV. 2. ante C. N. 317. V. C. 435.

2. Corinthius: puer tamen Athenas venit, et poſtea Theophraſtum ſectatus eſt. Quamquam vero iam a. XXV. aetatis eloquentiae vacare coepit, poſt fata tamen Hyperidis et Demoſthenis, famam nominis demum conſequutus eſt. Aliis orationes ſcripſit, indeque opes ſibi collegit.

3. Ad noſtram aetatem peruenerunt III. Orationes, quae ſunt in Collectionibus Or. graecor. Aldina, Stephan. Gruteriana, et nouiſſime eas cum Wolfii ſuisque notis curatius machinis typographicis deſcribi fecit *I. Iac. Reiske*, Vol. IV. Orat. graecorum. Vol. autem VIII. pag. 407. ſqq. dedit Dionyſii Halicarn. iudicium de Dinarcho cum ſuis aliorumque animaduerſionibus; tum pag. 455. curas ſuas poſteriores; pag. 612. ſqq. indicem

cem Graecitatis Dinarcheae et pag. 691. I. Taylori adnotatiunculas ad Dinarchum, adde p. 723. ſq.

4. Iſocrati, Demoſtheni et ceteris tam ingenio quam eloquentia multum cedit.

5. v. *Fabric.* B. Gr. Vol. II. Libr. II. cap. 26. *Ruhnken* ad Rutil. Lupum pag. 88. et 126.

§. 17.

DEMETRIVS PHALEREVS.

1. Caſſandri nomine Athenarum vrbi praeeſſe coepit a. O. C. 3687. Olymp. CXV. 3. ante C. N. 316. V. C. 436. obiit Olymp. CXXIV. 1.

2. Ex infima ſtirpe ortus, ingenio et eloquentia, quam ex ſcholis Theophraſti hauſerat, effecit, vt a Caſſandro, Macedonum rege, praeficeretur Athenienſi ciuitati. Poſtea vero quam per decem annos rem publicam prudenter adminiſtrauit, atque ornauit, ſtatumque reſtaurauit popularem, ideoque CCCLX. ſtatuis honoratus eſt: fortunae malignitatem ſenſit: vtpote qui, illo rege mortuo, ab Antigono et Demetrio Poliorceta ex vrbe patria eiectus eſt. Quo facto, tanta inuidia odioque Athenienſium flagrauit, vt abſens capitis damnaretur, et ſtatuae euerterentur. Is vero in Aegyptum ſe contulit ad Ptolemaeum Soterem, a quo honorificentiſſime exceptus eſt, et ad leges nouas componendas adhibitus. At num Muſei Alexandrini, et bibliothecae regiae atque curandae verſionis graecae bibliorum Hebraeorum fuerit auctor, in eo diſſentiunt viri docti. (v. *Perizon.* ad Aelian. V. H. Libr. III. cap. 17. pag. 238.

238. ed. Abr. Grouou. et *Humphr. Hody* de LXX. Interpr. cap. 9.) Neque tamen hic constanti fruitus est fortuna. Nam Ptolemaeus Philadelphus, filius Ptolemaei Soteros, cui suaserat, vt non filium Beronices, Philadelphum, sed filios Eurydices, regni successores designaret, ideo iratus, post patris obitum Demetrium omnibus honoribus priuatum in prouinciam quamdam relegauit, vbi misere vixit et tandem aspidis morsu interiit.

3. Quae scripsit, ea perierunt. Nam liber elegans, *περὶ ἑρμηνείας*, *de elocutione*, a nostro conscriptus esse non potest. (v. *Fabric.* B. Gr. Vol. IV. Libr. IV. cap. 31.) et a quibusdam Demetrio cuidam Alexandrino, qui sub imperatore Marco Antonino vixit, tribuitur. Falso tribui libellum, qui non caret vtilitate, Demetrio Phalereo, iudicat quoque *St. Croix* in Examen critique des Historiens d' Alexandre pag 112. *Henr. Valesius* tam in notis ad Excerpta Peiresciana pag. 65. sq. quam de Critica lib. I. pag. 156. Emendationum, adserit cum aliis librum Dionysio Halicarnasseo: *Burmannus* tamen in not. ad Valesii Emendatt. facit cum *Vossio* lib. VI. Institt. orat. cap. II. §. 2. *Galeo*, *Hudsonio*, et *Fabricio*, in B. Gr. lib. IV. cap. 31. qui putant, confusos esse duo Demetrios, Phalereum et Alexandrinum rhetorem, atque horum posteriori libellum esse adiudicandum: cui sententiae subscribit *Schneider* in praef. ad suam edit. pag. XI. sq.

4. Editus est ille liber primum ab Aldo, graece, in Rhetor. graecis, Venet. 1508. fol. — tum cum commentar. P. Victorii Florent. 1552. et 1562. fol. Victorianae prioris editionis lectionem sequutus est *Guil. Morell.* Paris. 1555. 8.

poste-

posteriorem vero Victor. edit. repetendam curauit *Io. Caselius.* Rostoch. 1582. 8. qui praeter ea in libro de eloquentia, *Phalereus* inscripto Rostoch. 1585. 4. multum profuit et emendando et interpretando Demetrii libello. postea, a *Galeo*, qui plura iactauit, quam praestitit, in Rhetoribus selectis, Oxon. 1676. 8. nec Glasgouiensis edit. 1743. 8. ea habet ornamenta, quae inani ostentatione in epigraphe promittuntur. Omnium vero post Aldum editionum fundus est contextus Victorianus. Quare de Demetrio reliquisque Rhetoribus selectis, quos *Gale*, coniunctim ediderat, bene meruit *Io. Frider. Fischer*, qui exemplum Galei integrum non solum typis repetendum curauit, sed etiam varias ex Aldino aliisque exemplis lectiones excerptas, suis et Schneideri notis distinxit, Lipsiae 1773. mai. 8. et in praefat. de superioribus egit editionibus. — Nouissima et critica est ed. *Demetrii* de elocutione liber. Curauit *Io. Gottlob Schneider.* Altenb. 1779. 8.

5. Demetrius multum habuit ingenii et facundiae; at primus inclinauit eloquentiam, et inflexit orationem, eamque mollem et teneram reddidit, iudicibus *Cicerone* Brut. cap. 9. et *Quinctil.* I. O. X. 1. 80.

6. Conf. *Bruckeri* Histor. crit. philos. Vol. I. pag. 857. sqq. *Diog. Laert.* Libr. V. sect. 75 — 87. *Ruhnken.* in histor. crit. orator. graecor. pag. XCI. *Saxii* Onom. liter. pag. 89. et 549. Tom. I. Locum quemdam (sect. 84. edit. Oxon.) emendat *Hardion* in histor. acad. Par. Inscript. vol. III. pag. 151. sqq. et in Commentariis (Memoires) illius acad. vol. VIII. pag. 157. sqq. agit *Bonamy* de vita Demetrii Phalerei.

§. 18.

§. 18.

EVCLIDES.

1. Floruit A. O. C. circiter 3697. Olymp. CXVIII. 1. ante Ch. N. 306. V. C. 446.

2. Quam habuerit patriam, incertum eſt. Inſignis fuit mathematicus, et diſciplinas mathematicas Alexandriae non ſolum ſumma cum laude docuit, ſed ſcriptis quoque, quae hodienum magni aeſtimantur, illuſtrauit. Homo fuit, vt ſplendidiſſimi, ita quoque comis et mitiſſimi ingenii, et aequus alienorum laborum iudex.

3. Multa ſcripſit. Praecipua ſunt 1) *elementa matheſeos purae* libri XV. at libri XIV. et XV. Hypſicli Alexandrino tribuuntur. Commentati ſunt in illos Proclus Philoſophus, et Theon Alexandrinus, qui ſub imperatore Theodoſio M. floruit. Demonſtrationes tamen, quae vulgo vocantur Theonis, Euclidis ipſius, a Theone tantum recenſitae, et interdum auctae, harum rerum peritis eſſe videntur. — 2) *Data* ſiue theoremata geometrica XCV. vna cum praefatione Marini philoſophi, Neapolitani. — 3) *Iſagoge harmonica*, quae num ab ingenio Euclidis profecta ſit, a quibusdam in dubium vocatur, — 4) *Sectio canonis Muſici*, haec etiam a nonnullis abiudicatur mathematico noſtro. — 5) *Phaenomena*, ſiue principia Aſtronomiae — 6) *Elementa optica* et *catoptrica*, quae quidem a Sauilio et Gregorio Euclidis ingenio indigna habentur. — 7) *De diuiſionibus ſuperficierum* et *fragmentum de leui et ponderoſo:* quos tamen libros, qui latine tantum in exemplo Oxonienſi leguntur, Euclidis eſſe, negarunt viri docti,

cti. De singulis his libris eorumque editionibus curate et perite disputant *I. A. Fabricius* in B. Gr. Libr. III. cap. 14. Vol. II. et *Hamberger.* in zuverlässigen Nachrichten Tom. I. pag. 320. sqq.

4. Memoramus igitur Editiones *Operum Euclidis* gr. et latine per *Cunr. Dasydopium*, Argentor. 1571. 8. — et gr. et lat. ex recensione *Dauidis Gregorii*, Oxon. 1703. fol. fide multorum MSStorum, a Sauilio bibliothecae legatorum, emendatiora et auctiora et cum illius castigationibus, opera *Hudsoni* prodierunt. — Elementa separatim saepius sunt edita et illustrata: Ευκλ. στοιχείων βίβλια ιέ — cum *Procli* commentario in librum I. gr. Basil. apud Io. Heruag. cura *Sim. Grynaei.* 1533. fol. — Element. lib. XIII. gr. ex versione latina *Feder. Commandini.* Londini 1620. fol. — Ευκλείδȣ στοιχείων βίβλια ἕξ. *Euclidis elementorum geometricorum libri sex conuersi in latinum sermonem a Ioachimo Camerario.* Quibus adiectae sunt trium priorum librorum demonstrationes, atque editae in gratiam et vtilitatem studiosorum Mathematices. — a *Mauritio Steinmetz*, Gersb. Lipsiae, typis Steinman. 1577. 8. — De antiquissima editione: *Euclidis opus elementorum:* in calce: — *Erhardus ratdolt, Augustensis impressor solertissimus. Venetiis impressit. Anno salutis MCCCCLXXXII.* fol. cum figg. v. cel. *Abrah. Gotth. Kaestner* comm. Geometriae Euclidis primam, quae post inuentam typographiam prodiit editionem breuiter describit, Lipsiae 1750. 4. et cel. *Zapf* Augsburgs Buchdruckers Geschichte; tom. I. pag. 100. sq. Illa editio est primus liber, in quo figurae mathematicae ligno incisae et orae adpositae occurrunt. — *Eucl. Introductio harmonica*

monica et ſectio canonis gr. et lat. per *Io. Pernam* Paris. apud. Andr. Wechel. 1557. 4. — cum verſione et notis *Marc. Meibomii*, in eiusd. Ant. muſicae auctoribus VII. Amſtel. 1652. 4. — Optica et catoptrica. gr. et lat. ex interpret. Io. Pernae. Paris. apud Andr. Wechel. 1557. 4.

5. Subtilitas et acumen ingenii, et iudicii acies atque perſpicacia in illo laudantur.

6. v. *Saxii* Onomaſt. liter. I. pag. 90. et 91. Adde: Die ſechs erſten Bücher der geometriſchen Anfangsgründe des *Euklides* zum Gebrauch der Schulen, aus dem Griechiſchen veberſetzt durch *Lorenz*, nebſt einer Vorrede von I. A. von Seegner, Halae 1773. mai. 8. Idem *Lorenz* edidit: *Euklids Elemente, funfzehn Bücher aus dem Griechiſchen veberſetzt*, Halae 1781. mai. 8. In prolegomenis agitur quoque de vita et illis libris Euclidis. — *Euclidis* elementorum libri priores ſex, item XI. et XII. ex verſione latina *Freder. Commandini* ſublatis iis, quibus olim libri hi a Theone aliisque vitiati ſunt, et quibusdam *Euclidis* demonſtrationibus reſtitutis a *Rob. Simſon*, Med. D. et Prof. Mathem. lat. et anglice, Glasgou. 1756. 4. — Ad hanc editionem libros iſtos gallice vertit *Freder. de Caſtillon*. Berlin. 1767. et 1777. 8. The Elements of Euclid, with Diſſertations. — by *Iames Williamſon* M. A. Londin. vol. I. 1781. 4. — *Euclid's* ſection of the canon et Treatiſeon harmonic, liberalis verſio, cum explicatione graecorum modorum toni ſecundum doctrinam Ptolemaei, in *Car. Davy* Letters chiefly addreſſed to a young Gentleman upon ſubiects of Literature etc. By St. Edmunds. in vol. II. 1787.

1787. 8. — *Mongitor* Bibl. ſicula, tom. I. pag. 185. ſqq. *Sam. Reyheri* Euclides ϛοιχειώτης. Kilae. 1693. 4.

7. Non confundendus eſt cum *Euclide Megarenſi*, philoſopho Socratico, ſectae Megaricae ſiue Eriſticae conditore; de quo vide *Diogen. Laert.* Libr. II. ſect. 106 — 111. et *Iac. Bruckeri* hiſtor. crit. philoſ. Vol. I. pag. 610. ſqq. et Appendic. pag. 225. ſq.

§. 19.

SIMMIAS.

1. Rhodius, vixit ante Olymp. CXX. Habemus, praeter aliquot epigrammata, adhuc ludicra poematia et ingenii verſuumque luſus. Verba enim ita conſtituit, vt aliud poemation Oui; aliud Alarum; aliud denique ſecuris formam repraeſentaret.

2. Edidit illa *H. Stephanus* in minore Theocriti aliorumque poetarum Idylliorum editione, 1579. 12. pag. 385. ſqq. cum verſione, emendationibus notisque Claudii Auberii Triuncuriani, (repet. in Wintertoni poetis minoribus graecis, Cantabr. 1684. 8. pag. 314 — 329.) idem *Stephanus* ibid. 425. *Fiſtulam* dedit, aeque ludicrum carmen, quod alii Simmiae, alii Theocrito tribuunt, cum enarratione Viti Winshemii; et pag. 444 formam *arae*, cum declaratione G. Canteri, quam vel Simmiae, vel Theocriti eſſe ait: Stephanus tamen in Epigraphe libri cum aliis adſignat *Doſiadae*, qui itidem fuit Rhodius, et Simmiae vel aequalis vel ſuppar. Aliis praeter ea

Theocriti edd. haerent illi lusus. — Cum notis Claudii Salmasii: cum Salmasii explicatione duarum Inscript. Herodis Attici Rhet. et Regillae, Paris. 1619. 4. et in Tho. Crenii Museo philolog. historico II. Lugd. B. 1700. 8. — *Simmiae Rhodii* epigrammata quinque, et Alas, ouum securimque dedit *Brunck* in Analect. Tom. I. pag. 204. sqq. et II. pag. 525. Dosiadae aram Tom. I. pag. 411. sq. vide quoque infra *Theocritum* §. 29.

3. Conf. *Fabric.* B. Gr. Vol. II. vet. edit. Libr. III. cap. 17. et Vol. VI. Libr. V. cap. 6.

§. 20.

DIPHILVS, Sinopensis, eiusdem fere aetatis, poeta nouae Comoediae. Fragmenta sunt in Morellii, Hertelii et Hug. Grotii Collectionibus. v. *Fabricii* B. Gr. Vol. II. Libr. II. cap. 22.

§. 21.

NOSSIS, Locrensis, poetria, Rhinthonis, Tarentini vel Syracusani, aequalis, circ. Olymp. CXVIII. Eius, quae supersunt, epigrammata collegerunt *Fuluius Vrsinus* in Carminibus IX. illustr. feminarum; *Io. Christian. Wolf* in nouem ill. femin. fragmentis pag. 82. sqq. (vbi vide Obsopoeum,) et *Brunck.* in Analectis poet. graec. Vol. I. pag. 194—196. Conf. *Fabricii* B. G. Vol. II. Libr. II. cap. 15. pag. 133. et *Olearii* diss. de poetriis graecis nr. 53.

§. 22.

§. 22.

MEGASTHENES.

1. Floruit circiter A. O. C. 3703. Olymp. CXIX. 3. ante C. N. 300. V. C. 452.

2. Hiſtoricus et Seleuci Nicatoris ad Indos legatus. Hiſtoriam Indiae conſcripſerat; at praeter pauca fragmenta in Strabonis Geographia (v. lib. II. p. 119. ſq.) nihil noſtram attigit aetatem. Nam *Megaſthenis*, (falſo Metaſthenis,) Perſae *opuſculum* de iudicio temporum et Annalium Perſarum, cum Beroſo et aliis a Io. Annio Viterbienſi editis, eſt ſuppoſititium. v. *Voſſium* de hiſtor. graec. Libr. I. cap. 11. et *Fabric.* B. Gr. Vol. II. Libr. III. Cap. VII. — *Meiners* Geſchichte vom Vrſprung der Wiſſenſchaften in Griechenland v. Rom. tom. I. pag. 383. 384. not.

§. 23.

EPICVRVS

1. Natus Ol. CIX. 3. mortuus eſt Ol. CXXVII. 2. quum an. LXXII. aetatis iniiſſet. Floruit circiter A. O. C. 3708. Olymp. CXX. 4. ante C. N. 295. V. C. 457.

2. Athenienſis, ex oppido, cui Gargetti nomen fuit, ex tribu Aegeide ortus. Patrem habuit Neoclem, matrem vero Chaereſtratam: cum parentibus, colonia ab Athenienſibus in Samum deducta, eo translatus et a patre, qui ludimagiſtri onus ſuſcipere paupertatis ſubleuandae cauſſa cogebatur, primis litteris inſtitutus, et partim

Sami, partim Teii educatus eſt. Athenas anno XVIII. aetatis delatus, philoſophos adiit; ſed neminem ſectatus, proprio Marte philoſophiae operam dedit: hinc ſe ipſe *αὐτοδίδακτον* adpellitare potuit: at enim a vanitate gloriae et iactantiae ſuſpicione non abeſſe videtur. In primis philoſophorum Ionicorum, Anaxagorae atque Archelai, potiſſimum Democriti et Metrodori libris delectatus eſt: ex quibus, quae ſibi placerent veraque viderentur, collegit ſibi, et pro ingenii ſui fertilitate ac ſubtilitate non minus, quam oſtentatione et ſuauitate, multa innouando, mutando et augendo nouam condidit ſcholam ſectamque. Poſtquam Colophone, Mytilene et Lampſaci, Alexandro M. mortuo, vsque ad an. XXXVII. aetatis commoratus eſt, Athenas reuertens in horto peramoeno, quem emerat, conſedit, ſcholam aperuit, ibique cum condiſcipulis ſuis, qui multi erant, vsque ad mortem vixit. At enim quum omnibus fere ſui aeui philoſophis contradiceret, in doctrina de deo, eius cura prouida, ortuque harum rerum, de dialectica aliisque rebus a Zenone eiusque adſeclis valde diſſentiret, atque in voluptate animi quieteque ſummam poneret felicitatem; haud mirum erit, qui factum ſit, vt inuidia odioque multorum flagraret, et, quum illius ſectatores magiſtri mentem haud recte intellexiſſent, atque, ſpretis legibus diuinis ac humanis, voluptatem corporis ſummum bonum eſſe putaſſent, philoſophia Epicurea infamaretur, a multisque homine liberali haberetur indigna. Epicurus quidem multa docuerit et commiſerit, quae ſtrenuo et ſeuero virtutum ſtudioſo falſa vitioſaque viderentur; atque de deo rerumque ortu

ta eum praue impieque ſenſiſſe, nullus nego: flagitia tamen et iudicia Epicureorum Epicuro ipſi eiusque doctrinae non imputanda ſunt. Atqui cujus philoſophi antiquioris, lumine diuinae doctrinae deſtituti, ratio et diſciplina labe craſſisque erroribus caruit? *Petrus Siluanus Regius* in libro: Diſcurſus philoſophicus, in quo hiſtoria philoſophiae antiquae et recentioris recenſetur, (Allendorf) 1705. 12. laudat pag. 118. Epicuri philoſophiam, praecipue eius de moribus doctrinam; nec tamen reticet ea, quae deeſſe aut vituperanda videantur. Enimuero hic non locus eſt, de eius placitis, vita moribusque plura diſputandi. Atque *Gaſſendus* in libris octo de vita et moribus Epicuri, Lugd. 1647. 4, rec. Hagae Com. 1656, 4. tum in Animaduerſionibus in Diogenem Laertium de vita et philoſophia Epicuri, Lugd. 1649, fol, denique in ſyntagmate philoſophiae Epicuri, Hagae Comit. 1659. 4. et ſaepius atque in Operibus Gaſſendi, coniunctim ſex tomis editis, Lugd. 1658. fol. et *Brucker.* in Hiſtoria philoſophiae critica Vol. I. pag. 1228. ſqq. atque Appendice pag. 331. ſqq. aliique, qui in vtramque partem diſputarunt, (quorum catalogum contexuit *Heumannus* in Actis philoſophorum, tom. II. pag. 637 — 650.) otium nobis fecerunt.

3. Trecenta volumina, in quibus nihil, ab alio dictum, tamquam mutuum ſumſiſſe, ſed omnia, tamquam ex ſe hauſta, litteris mandaſſe fertur, praeter fragmenta quaedam hinc inde diſperſa, et ea, quae Diogenes Laertius ſeruauit, iniuria temporis perierunt.

4. Confer Lucretium ab *Oberto Gifanio* editum Lugd. Bat. 1595. pag. 235—264. *Diogenem Laert.* Libr. X. Hunc *decimum Diogenis Laertii librum*, separatim edidit, atque Epicuri epist. ad Herodot. ex sua recensione recudi fecit notisque varii generis eruditis illustrauit M. *Carol. Nurnberger* Noriberg. 1791. mai. 8. *Fabricii* B. Gr. Vol. II. Libr. III. cap. 33. *Saxii* Onomast. liter. I. pag. 93. et *Meiners* comment. in Bibl. philol. Gotting. Tom. I. Part. V. et Part. VII. et in philosophischen Schriften Part. II. Contra *Parkerum* (disp. I. de deo sect. VII. et sect. XII—XIV.) inprimis contra *Meinersium* Epicurum a crimine Ciceronis et Plutarchi defendit, at tamen in laudando Epicuro fere nimius est *Franc. Anton. Zimmermann* in disp. Vita et doctrina Epicuri dissertatione inaugurali examinata, Heidelberg. 1785. 4. — Epicuri Prolepseis siue anticipationes sensibus demum administris haustae, non vero menti innatae, in locum M. D. Ciceronis de nat. deor. I. cap. 16. sqq. dissertatio *I. Mich. Kernii* — Gottingae 1756. 4. — Les songes d' Epicure, traduits du Grec par M. le Docteur *Vgtoogt*, Profess. en langues orientales au College de Richel. et publiés par M. le Chevalier D.... Paris. 1755. 8.

§. 24.

POSIDIPPVS.

Floruit circiter A. O. C. 3715. Olymp. CXXII. 3. ante C. N. 288. V. C. 464. Tribus annis post Menandri obitum fabulas cum laude docere

cere coepit. Fragmenta illarum collecta ſuperſunt in Hertelii et Grotii Collect. et in Sententiis vet. Com. Paris. 1553. 8. pag. 83. Conf. *Fabric.* Bi. Gr. Libr. II. cap. 22. Vol. II.

§. 25.

ANYTE poetria celebris, Tegeatis, circiter Olymp. CXX. Epigrammata illius, quae ſuperſunt, dederunt *Vrſinus* in Carminibus IX. illuſtr. feminarum; Io. Chriſtian. Wolf in IX. ill. fem. fragmentis pag. 92—115. et Brunck. in Analect. poet. gr. pag. 197. ſqq. Confer *Fabricii* B. Gr. Libr. II. cap. 15. nr. 14. et *Olearii* diſſ. de Poetriis nr. VI.

§. 26.

ZENO.

1. Editus Olymp. CIV. 3. e viuis abiit Olymp. CXXIX. vel CXXX Floruit circiter A. O. C. 3726. Olymp. CXXV. 2. ante C. N. 277. V. C. 475.

2. Cittieus: Citii enim vrbe maritima in inſula Cypro natus eſt. Pater, mercator, qui rerum mutandarum cauſſa Athenas ſaepe venerat, et filio plures libros, in primis Socraticos, adſportarat, huic tantum iniecit philoſophiae amorem, vt annos XXX vel XXXII. natus Athenas, ad viſendos et audiendos philoſophos, proficiſceretur, et, abiecto mercaturae conſilio atque amore, totum ſe philoſophiae ſtudiis manciparet. Primum Cratetem, philoſophum Cynicum, deinceps re-

liquos sectarum principes et magistros vel audiuit, vel eorum scripta legit. Ex tot vero diuersorum doctorum praeceptis atque opinionibus nouam philosophandi rationem, quae quidem interdum verbis tantum mutatis et nouis, a reliquorum opinionibus diuersa fuit, sibi excogitauit, atque in Poecile, in qua, qui antea ex eruditorum numero conuenerant, Stoici dicebantur, copiam sui fecit. Inde eius adseclae primum Zenonii, deinde autem *Stoici*; et philosophandi eius via *Stoica* adpellata est. Ingenium vero natura moresque et libido Academicorum, quibus tamen multa debuit, atque Epicuri, opinionibus contradicendi, multum contulerunt ad effingendam et constituendam nouam suae haereseos formam. Austerus enim, et grauis, pudoris, honesti, et verecundiae, nec non temperantiae ac frugalitatis in primis amans quum esset; seueram introduxit disciplinam, virtutem pictam fictamque potius, quam veram, et a Christiana longissime alienam, quasi genuit, nec pauca, quae vires atque infirmitatem animi humani superarent, tradidit, laqueis dialectices suae contentiosae irretitus. Quae vero iuuenis fecit scripsitque, ea Zenoni aetatis mentisque compositae et seni non sunt tribuenda; nec, quae seriores illius sectatores de fato, deo, huiusque prouida cura et ἀπαθεια, quam a multis minus recte intellectam atque explicitam esse scimus, (v. *Io. Henrici Fischeri* diss. Stoicos ἀπαθείας falso suspectos, Lipsiae 1716.) commentati sunt, ea omnia Zenoni sunt simpliciter imputanda. Schola enim Stoica suas habuit vicissitudines. Sed de his scriptores historiae philosophicae sunt consulendi. In summa vero fuit

auctori-

auctoritate, eiusque philoſophandi rationis ſcholaeque intelligentia omnino neceſſaria eſt ad infinita veterum auctorum et Iureconſultorum romanorum loca rite percipienda atque interpretanda. Tantem aetate grauis vel laqueo vel fame vitam finiuit.

3. Eius ſcripta, quae perierunt, recenſet *Fabricius* in B. Gr. Vol. II. Libr. III. cap. 15. Adde *Diogen. Laert.* Libr. VII. ſect. 1—164. ibique interpretes. — *Iuſtum Lipſium* in Manuductione ad philoſophiam Stoicam, Lugd. Bat. 1646. 12. et alibi. — E multis in quibus de Stoica philoſophia diſſeritur, paucos tantum memorabo libellos: plures ad Fabricii B. Gr. excitabo. — *Iac. Thomaſii* diſſertationes ad Stoicae philoſophiae et ceteram philoſophicam hiſtoriam facientes, argumenti varii, quibus praemittitur de exuſtione mundi Stoica exercitatio, Lipſiae 1682. 4. — M. *Georg. Paul. Rötenbeccii*, reſp. Io. Iac. Hartmanno, diſput. de intemperantia philoſophiae Stoicae, Altdorf. 1691. 4. Eiusdem diſp. reſp. Io. Colmar, de Stoicorum et Ariſtotelicorum circa graduum neceſſitatis bonorum externorum ad ſummam beatitatem diſceptatione, ibid. 1719. 4. — *Magni Dan. Omeiſii* diſp. Stoicorum philoſophia moralis ſobria, eorumdemque placita cum chriſtianismo conuenientia ibid. 1699. 4. — *Io. Franc. Buddei* IV. diſſ. de praecipuis Stoicorum in philoſophia morali erroribus. Halae Magdeb. 1715 et 1716. rec. in illius Analectis hiſtoriae philoſophicae, Halae Saxon. 1706. 8. — M. *Io. Mich. Sonntag* de Palingeneſia Stoicorum, diſp. Ienae, 1700. 4. — M. *Georg. Frider. Tſchau* diſp. ἀπαθεια(?) a Stoicis affectata et aſſerta,

Witte-

Wittebergae 1715. 4. — *Io. Christiani Burgmann* exercitatio philos. de Stoa a Spinozismo et atheismo exculpanda. Wittebergae. 1721. 4. — Contra Gassendum disputat doctus anonymus de Epicuro sibi repugnante in doctrina de deo, in bibliothecae philol. tom. I. part. V. n. 1. pag. 187. sqq. et part. VII. n. 1. pag. 389. sqq. *Heumanni* Acta philosoph. Vol. I. et II. — *Bruckeri* histor. philos. criticam Vol. I. pag. 893. sqq. et Appendicem pag. 249. sqq. — et *Dietrich Tiedemann* System der Stoischen Philosophie, III. partes, Lipsiae 1776. 8. qui vero non vbique mentem Stoicorum adsequutus, et, quod plures fecerunt, tempora ac mutationes rite distinxisse quibusdam videtur.

§. 27.

PLEIAS POETARVM, siue septem poetae eiusdem aetatis clari a Tzetza in vita Lycophronis ab initio sic constituuntur. *Acaritides*, siue *Apollonius Rhodius*, *Aratus*, *Philicus*, *Homerus iunior*, *Lycophron*, *Nicander*, *Theocritus*. Ab aliis aliter. v. *Fabric.* B. Gr. Libr. II. c. 19. vol. II. pag. 317. sq. — Les Vies de poëtes grecs — par. Mr. *le Févre* etc. Basil. 1766. pag. 131. sqq. ibique Relandi notam. — *Io. Frid. Leisneri* prolus. de *Pleiade* tragicorum graecorum, Cizae 1745. 4. — *Io. Andr. Michael. Nagelii* diss. philol. de Pleiadibus veterum Graecorum, Altdorf, 1762. 4.

§. 28.

§. 28.

LYCOPHRON.

1. Clarus temporibus Ptolemaei Philadelphi, cui gratus fuisse dicitur; secundum Hamberger. in Zuverläss. Nachrichten pag. 331. Vol. I. ante C. N. 284.

2. Chalcide (Euboeae, hodie Negrepont) ortus. Grammaticus et tragicus.

3. Superest Drama nempe poema iambicum, *Cassandra* s. *Alexandra*, quae excidium Troiae vaticinans inducitur. Scripserat quoque tragoedias. v. ad. Fabr. B. Gr. vol. II. pag. 309. item libros de comoediis v. *Hemsterh.* ad Aristoph. Plut. pag. 470.

4. Graece, Venetiis apud Aldum cum Pindaro, Callimacho et Dionysii Periegesi 1513. 8. — gr. cum comment. *Isaaci Tzetzis* *) acc. Io. Tzetzae variarum historiarum liber, versibus politicis ab eodem graece conscriptus et latine versus a. *Paulo Lacisio*. Basil. apud I. Oporin. 1546. min. fol. In hac edit. primum comparent scholia, ab *Arnoldo Arlenio Peraxylo* e cod. Bononiensi vulgata: isque textum ad exemplar M. Antonii Antimachi a se emendatum esse testatur in epistola nuncupatoria. *Nic. Gerbelius* Tzetzae praefixit Castigationes. — Paris apud Iac. Bogardum, gr. 1547. 4. — tum apud Morellum Paris. 1584. 4. — graece, cum duplice versione latina, vna ad verbum a Guil. Cantero; altera carmine expressa per

*) *Ioannem* Tzetzam potius auctorem fuisse commentar. docet *Küster* ad Suidam v. Λυκοφρ. tom. II. pag. 473.

per Io. Scaligerum, cum Canteri adnotationibus, (ex Tzetzae comment. vbi vera tradidit, maximam partem, sumtis veteres tamen et recentiores quoque adhibuit in subsidium,) Basil. 1566. 4. — cum commentario *Meursii*, Lugd. B. 1597. 8. — Isaaci autem Tzetzae tamquam alterius Oedipi commentarios ad intelligendum poetam non vtiles solum esse, sed etiam necessarios constat; etiamsi nugis non careant, et Tzetzes, monente iam Cantero, multis in locis foedissime lapsus sit. Antiquus commentator in Lycophrona est *Theon*. v. *Valcken*. in diatr. de fragmentis Euripidis huius Hippolyto subiecta pag. 291. A. B. — Cum Tzetzae commentariis e MSto emendatioribus, et versione notisque Canteri; apud Paull. Stephan. 1601. 4. — Optima tamen est recensio, quam *Io. Potterus* dedit cum Tzetzae commentariis, et Canteri et Scaligeri versionibus et cum notis Canteri, Meursii suisque, Oxon. 1697. fol. tum et notis et variis lectionibus et Tzetzae commentariis insigniter emendatis atque amplificatis 1702. Textum ex pr. edd. et duobus MSStis correxit, et Tzetzam ex codd. emendauit et auxit. — Nouissima editio est: *Λυκοφρονος* — *Lycophronis* Chalcidensis Alexandra siue Cassandra, cum versione et commentario Guil. Canteri, Paraphrasin, notas, indicem graecum e scholiis auctum adiecit et praefatus est *Henr. Godofr. Richardus*, A. M. scholae prouinc. Grimmensis Collega III. Lipsiae, 1788. mai. 8.

5. Est poeta difficillimus, atque propter eruditionis studium, cui inhiauit, digressionesque mythologicas, et audaciam, qua Aeschylum, cuius fuit imitator, superauit, valde obscurus. Ideo

Ideo autem factus est poeta obscurus, quia prophetissam more stiloque oraculorum loquentem, et res troianas prophetico dicendi genere nuntiantem inducit: quae in summo gradu enthusiasmi, nec ideo vsitati sensus et consuetudinis verba facere, nec suetas imagines adhibere debuit.

6. *Vossius* de poetis graecis Cap. VIII. pag. 64. *Fabric.* B. Gr. Vol. II. Libr. III. cap. 16. Theocriti vita ab *Barnesio* conscripta et primo Theocriti volumini a Wartono praefixa pag. XXXXIII.

§. 29.

THEOCRITVS.

1. Natus est Syracusis sub exitum Alexandri M. Floruit temporibus Ptolemaeorum Lagidae et eiusdem filii Philadelphi: Hieronis iunioris, regis Syracusarum, gratia floruit. Cur Simichida sit vocatus, docet schol. ad Idyll. III. 8.

2. Habemus XXX. Idyllia, quamquam in his quaedam alium habuisse auctorem videntur. (Warton in praefatione ad suam editionem, pag. XIV. Idyllia, Aites, Encomium in Ptolemaeum, Helenae Epithalamium, Fauorum fur, Bucoliscus, Hercules Leonis interfector, Piscatores, Oarystus in mortuum Adonim: a Theocriti ingenio haud profecta videntur,*) tum XXII. Epigrammata, et ludicrum poema, *Syrinx*, cuius versus ita positi sunt, vt tibia Panis repraesentaretur.

3. Prin-

*) conf. cel. *Wernsdorf.* poet. latin. minor. tom. II. pag. 22. sq.

3. Princeps *) editio eſt *Mediolanenſis* 1493. quae continet *Theocriti* octo et decem Idyllia et Heſiodi opera et dies. Hanc ignorarunt Fabricius atque Reiſkius, eamdemque eſſe equidem puto, quam Leighius in collatione apud Reiskium ſiglo P. notarat, quod hic ſe non intelligere aliquoties profitetur. Illam vberius deſcribit Sanctamandus in iudicio de editione Theocriti cum Heſiodo, a Wartono poſt praefationem ad ſuam editionem pag. 58. ſqq. vulgato. Hoc quidem exemplum rariſſimum eſſe, vel id erit argumenti, quoniam nullus editor vsque ad *Valckenar.* cuius vide praefationem, illo vſus eſt: et tamen multas ſingulares easque egregias habet lectiones, vti ex notis Valckenarii coniicio. Warton tamen in praefat. pag. IX. not. 3. monet, illud exemplum cum Aldino, etiam vitiis, plerumque conſentire: Doricam autem dialectum nonnumquam melius exprimere. — Poſtea edidit *Aldus Manutius Theocritum* cum Heſiodo, Theognide, Phocylide, Catonis Diſtichis ex graeca metaphraſi Planudis et variis ſententiis graecis, Venet, 1495. fol. Haec editio princeps olim habebatur, et *Reiskius* de illa in praefatione ad ſuum Theocritum, pag. VI. ſqq. et ad Id. 23, 61. p. 300. ſq. multus eſt, arbitrans, Aldum eodem ipſo anno Theocritum bis edidiſſe, quum duo diuerſa exemplaria Aldina, quorum lectiones haud raro inter ſe multum disſidere exemplis docuit, manibus oculisque vſurpaſſet. *Warton* contra in praefat. pag. IX. nr. 4. diſſentit a Reiskio, et, „veruntamen, inquit, in aliqui-

*) De editionibus copioſius diſputaui in comm. de Dorismo Theocriteo, praefixa meae editioni pag. XX. ſqq.

aliquibus exemplaribus, poſt editum librum, folia nonnulla, quod admodum vitioſa, reſecuit et ſubmouit Aldus, et alia in eorum locum rite ſuffecit. Hinc error ortus. Duo ſunt exemplaria, ſed eadem editio.“ Aldus igitur forſan ex exemplo Mediolanenſi aut meliore cod. correxerit. Is vero dedit tria et viginti prima Idyllia, nec non triceſimum; Moſchi etiam et Bionis quaedam Theocriteis intermiſcuit. Vtrumque autem exemplum fons fuiſſe videtur reliquarum editionum vsque ad Stephanum, excepta editione Florentina in aedibus *Philippi Iuntae* impreſſa, 1515. quae XXX. continet Idyllia velut Theocriti, (inter quae nonnulla Bionis ſunt et Moſchi,) epigrammata quaedam, Fiſtulam, Alas et Securim, et, iudice Valkenario, egregias in primis lectiones, tales etiam, quae nusquam alibi reperiantur, e MSS. Mediceis forſan, praebet. — Alterutrum Aldinum exemplar *Zacharias Calliergus*, Cretenſis, Romae 1516. in 8. ita ſequutus eſt et repetiit, vt primum ſcholia, numquam antea vulgata textui ſubiungeret, dein multas quidem Aldi mendas tolleret, ſiue ingenio ſiue codd. Vaticanis ſuffultus, haud paucos contra errores induceret, denique Idyllia XXV, XXVI. XXVIII. XXIX. Syringem cum luſibus Simmiae Rhodii, Securi, Alis et Ara, atque epigrammata nouemdecim adderet. Quapropter nouas lectiones in hac editione hinc inde animaduerti: et quibusdam noua plane recenſio et editio viſa fuit. — Reliquae editiones ſiue ex altero Aldino, ſiue ex Calliergino exemplo fluxerunt ita, vt ii, qui operis praeeſſent, vel felicitate ingenii quaedam vitia ſuperiorum egregie corrigerent, vel incuria,

negligentia et inſcitia illa augerent: de quibus quum Fabricius, Wartonus, praecipue Reiske adcurate et diligenter diſputaſſent, nolo de illis eſſe copioſus. — Rara eſt ed. apud Cratand. Baſil. 1530. 8. — et per hered. Andr. Cratandri ibid. 1541. 8. cum ſchol. graec. et epiſt. nuncupat. Hieron. Gemuſaei. — Francofurtenſis apud *Petrum Brubachium* 1545. 8. et 1553. (folii titulo forſan mutato,) cum ſcholiis graecis *Ioach. Camerarii* bona et reliquis, quae poſt Calliergum lucem viderunt, fere praeferenda eſt, et ſaepius, quantum nonnullas editiones conferendo intellexi, ſine vllo, ſaltem exiguo, diſcrimine repetita. Libris oppido raris Brubachianam, quae apud nos obuia eſt, adnumerat Warton. — Nouam lucem et criticam facem adtulit *Henricus Stephanus*, dum Theocritum edidit inter Principes poetas graecos heroici carminis, 1566. fol. Splendida et a mendis typographicis mire perpurgata haec eſt editio et baſis reliquarum, quae conſequebantur. Ex Aldino, Romano et in primis Florentino Steph. recoxit Theocritum; habuit praeterea caſtigationes, quas Michael Sophianus e vetere quodam codice praebuerat: v. Stephani not. ad Princ. poet. gr. pag. 487. Moſchi et Bionis carmina a Theocriteis ſeiunxit, et idylliorum mutauit ordinem. Multa tamen in textu de coniectura, nec vbique feliciter, correxit, neque vero ab incuria vbique et diligenter cauit aut de illis monuit lectores. v. Reiskii praef. pag. 21. ſqq. — Idem *H. Stephanus* edidit 1579. in 12. *Theocriti*, Bionis et Moſchi Idyllia, eiusdemque epigrammata. Simmiae Rhodii Ouum, Alas, Securis, Fiſtula, Doſiadis Ara, omnia cum

inter-

interpretatione latina, in Virgilianas et Nafon. imitationes Theocriti Obferuationes. Quibusdam locis, cum maiore opere collatis, deprehendi, Stephanum in minore hac editione nouam adtuliffe manum medicam. Nouas quoque emendationes praemifit contextui. — *Commelini* editionem 1596 commendant Scaligeri emendationes et elegantes doctaeque Cafauboni lectiones.*) — Cafauboni autem lectiones primum fub nomine *Ifaaci Hortiboni* **) prodierunt, in editione, quae penes me eft, et quam Geneuae editam fuiffe reperi: *Theocriti*, Simmiae, Mofchi et Bionis Eidyllia, et Epigrammata, quae fuperfunt, cum Mufaei poematio, omnia graeco-latina et expofita, in 12. f. l. et a. Praefatus eft *I. C.* h. e. *Crifpinus* et pauca de Theocrito differuit. Sequuntur paucae notae criticae in Theocritum, magnam partem coniecturae Auberii. Poft Idyllia pag. 212. Syrinx cum declaratione *Winfemii.* Tunc epigrammata et Simmiae Rhodii ludicra poematia cum expofitione Claudii Auberii Triuncuriani. Poftea Auberii notae quaedam in Theocritum pag. 278. et Mofchi, Bionis ac Mufaei poemata. Dein Is. Hortiboni lect. theocriteae cum epiftola ad Stephanum 1584. Sed in exemplo

 Reiskii

*) Separatim quoque prodiit *Is. Cafauboni* Theocriticarum lectionum libellus. Edit. altera vberior et melior. Ex typographeio Hier. Commelini. 1596. 8. Eodem anno lucem adfpexit: Θεοκρίτου — *Theocriti Eidyllia* h. e. parua poemata XXXVI — Pindari — Argonautica cum expofitione grammat. de ore *Mich. Neandri* excepta, f. l. impenfis Iac. Apelii. 1596. 8.

**) v. fupra ad Hefiodum.

Reiskii illae ſunt multo vberiores et pleniores. Denique variae lection. quinque priorum Idylliorum, et Pediaſimi graeca explicatio Syringos. — *Heinſii* editio apud Commelin. 1603. 8. dicitur eſſe mendoſa. — Idem vero anno ſequenti maiori cum cura et diligentia nouam, parauit editionem, nempe: *Theocriti*, Moſchi, Bionis, Simmii, quae extant, opera, graece et latine; cum graecis in Theocritum ſcholiis et indice; accedunt Ioſephi Scaligeri et Iſaaci Caſauboni notae et lectiones; opera et ſtudio, et cum notis *Dan. Heinſii*, (Heidelbergae apud Commel. 1604. 4. Nullis vſus eſt codicibus, nec Aldinum exemplar conſuluiſſe videtur: multa in dialectis mutauit, et communia quaedam ad Dorismum refinxit. Lectiones, quas addidit, ſunt doctae quidem et ſagaces, atque ingenioſae, ſed ſaepe etiam argutae atque intemperantes. Acrius quidem notatur Heins. a Reiskio; ſed vindicatur a Valckenario.— Heinſianum exemplum reddidiſſe dicuntur *Fellius*, Oxon. 1676. et alius quidam ibidem 1699. — *Winterton* in poetis graecis minoribus, Cantabr. 1635. ſe quidem Stephanum ſequutum eſſe ait; at in Theocrito Heinſii lectionem ſiue dorismum frequentius repoſuit. Winterton. ſequutus eſt editor Londin. 1729. 8. — Nouam recenſionem inſtituit, Aldino, Callierg. et aliis priſcis exemplis, item codd. collatione vſus *I. Iac. Reiske*, qui Theocritum graece et lat. cum ſcholiis Stephani et Caſauboni lectionibus, ſuisque notis vberioribus et indice copioſo edidit Lipſiae 1765. II. Voll. 4. Miram diligentiam et naſum acutum Reiskii; at etiam corrigendi libidinem deprehendes. Textum enim modo fauſtis, modo infauſtis

auibus

auibus crebro mutauit, siue antiquam lectionem restituendo, siue de ingenio, quod sagax quidem, at audax quoque fuit, corrigendo. — Nemo vero maiorem codd. librorum et edd. adparatum, nemo plus otii ad emendandum, ornandum poliendumque Theocritum habuit, quam *Thomas Warton*, et tamen nemo parauit poetae editionem minus idoneam, et lectori minus commodam, quam ille. Splendida quidem est, at confusa, et omnino molesta. Decem annos sub praelo sudauit editio, cuius epigraphe est:

Theocriti Syracusii, quae supersunt, cum scholis graecis auctioribus, emendationibus, et animaduersionibus in scholia editoris et *Io. Toupii*, Glossis selectis ineditis, indicibus amplissimis. Praemittuntur editoris dissertatio de Bucolicis Graecorum, vita Theocriti a Iosua Barnesio scripta, cum nonnullis aliis auctariis. Accedunt auctoris et variorum notae perpetuae, epistola *Ioannis Toupii* de Syracusiis, eiusdem addenda in Theocritum, nec non collationes quindecim codicum, edidit *Thom. Wart.* S. T. B. Coll. S. S. Trin. Socius, nuper poeticae publicus praelector, Oxonii. Tomus primus et secundus Oxonii 1770. mai. 4.

Sanctamandus permultos annos in Italia commoratus est ad inuestigandos et conferendos codd. MSS. Theocriti aliorumque. Hanc collectionem, thesaurum et huius editionis ornamentum, post illius mortem in bibliothecam Bodleianam illatam accepit *Warton*, et varias lectiones, ex Anglicis codd. auctas non textui suo quamque loco subiecit, vt lector eas vno obtutu perlustraret atque consideraret; sed singulas in altero tomo separatim ordinauit: qui quidem labor Wartono

non adeo molestus fuerit: sed lector, varietatis lectionis cupidus, illam cum summo taedio et temporis dispendio singulis locis conquirere et conferre cogitur. Quoniam tamen haec editio admodum cara est, nec vbiuis obuia, paucis indicabo ordinem confusum, siue seriem rerum. In *primo* tomo continentur, 1) praefatio, in qua inter alia de codd. et edd. agitur; 2) diss. de poesi bucolica Graecorum; 3) Barnesii vita Theocriti; 4) Sanctamandi iudicium de editione Theocriti Aldina antiquiore h. e. Mediolanensi; 5) Grammaticorum praefatiunculae; 6) Idylliorum numeri et tituli; 7) Inscriptiones Idyll. ex cod. Vatic. 8) *Theocriti* Idyllia, graece sine accentibus, et ex Heinsiano exemplo repetita; 9) eiusdem Epigrammata; 10) Notitia scholiorum; 11) scholia e cod. Vat. auctiora; 12) Index auctorum, qui citantur in scholiis; 13) Index rerum memorabilium in scholiis; 14) Emendationes editorum scholiorum, 15) *I. Toupii* Animaduersiones, (sane eruditae,) in scholia; 16) Specimen glossarum Laurentianarum; 17) Glossae selectae Vaticanae; 18) Index verborum. In *altero* tomo continentur 1) *Wartoni* notae sat copiosae, neque tamen plenae et absolutae; 2) Epistola *I. Toupii* de Syracusiis; 3) *Wart.* Addenda et corrigenda in notis; 4) Collationes codicum MSS. et quidem primum trium codd. bibliothecae Bodleianae, tum bibliothecae Harleianae et ita porro, singulis separatim collectis et memoratis: quae dispositio omnino molesta et improba lectorem quasi ludit; 5) Addenda *I. Toupii* in Theocritum, quae ingenium, sagacitatem atque eruditionem non minus, quam miram audaciam et arrogantiam illius

illius teſtantur; denique 6) *Musgrauii* notulae, et noua *Wartoni* addenda. Sed hactenus de Wartoni editione. Adde Schneideri cenſuram illius edit. in bibliotheca philolog. Gotting. Vol. I. —

Theocriti decem Eidyllia (n. I — IV. VI. VII. IX. XI. XVIII. et XX.) latinis pleraque numeris a *C. A. Wetſteinio* reddita, in vſum auditorum cum notis edidit, eiusdemque Adoniazuſas vberioribus adnotationibus inſtruxit, *L. C. Valckenaer.* Lugd. Bat. 1773. 8. Wintertoni exemplum eſt baſis, at e codd. Wartonianis et Reiskianis emendatum. Notae maximam partem criticae ſunt, *Valckenaeri* eruditione dignae. Adnotationes in Adoniazuſas ſunt ſtupendae eruditionis et theſaurus graecae linguae atque antiquitatis. — *Brunck* V. C. in Analectis vett. poet. graecor. Tom. I. pag. 263. ſqq. dedit Idyllia et epigrammata Theocriti vel ex MSS. (et tres nondum hucusque collatos adhuc in vſum conuertit,) vel ex ſuo aliorumue ingenio interdum audacius emendata; Dorismum vbique induxit, ordinem Idylliorum reduxit Aldinum et in notis Tom. III. de multis locis licet breuiter, at acute atque ingenioſe dixit ſententiam. —

Poſtea *Valckenaer*, ſummus criticus, iterum acceſſit ad Theocriti contextum emendandum, et Brunckii recenſionem tam in textu quam in notis mere criticis ſaepe quidem deſeruit, ſaepius tamen ſequutus eſt in accurata editione: *Theocriti, Bionis et Moſchi Carmina bucolica, gr. et lat. latino carmine pleraque reddita ab Eobano Heſſo, nonnulla a G. E. Higtio ſubiecit, graeca ex edd. primis, codd. et aliunde emendauit, variisque, lectionibus inſtruxit L. C. Valckenaer.* Lugd. Bat. 1779. 8. —

Valckenarii, Brunckii, et reliquorum praeſidiis ad Bucolicum reſtituendum vſus recenſui atque edidi *Theocriti Reliquias*, gr. et lat. cum meis animaduerſionibus praeclarisque cel. *Schreberi* obſeruationibus, in quibus vocabula potiſſimum, quae in Theocriteis occurrunt, botanica explicantur. Lipſiae 1780. mai. 8. *Strothius* quidem in bibl. Berolin. quaedam notare et ex hiſtoria atque antiquitate botanices plura illuſtrare ſtuduit; at ipſe valde mediocrem, leuemque curauit *Theocriti* editionem Gothae 1782. 8. quam plane propemodum immutauit, magnam Stroth. obſeruationum partem reſecuit, ideo nomen illius in fronte omiſit, textum e Valken. recenſione maximam partem repetiit, et coiecturas ſuas ſagaces propoſuit cl. *Iacobs: Theocriti Idyllia ex recenſione Valckenarii cum ſcholiis ſelectis ſcholarum in vſum edita.* Gothae. 1789. m. 8. — *Selecta quaedam Theocriti idyllia.* Recenſuit, variorum notas adiecit, ſuasque animaduerſiones, partim latine, partim anglice ſcriptas immiſcuit *Thom. Edwards*, S. T. P. in vſum iuuentutis academicae. Cantabrig. 1779. m. 8. Sunt vero Idyllia I. IV. VI. VIII. IX. X. Criticae notae ſunt ex Caſauboni, Reiskii, Wartoni etc. animaduerſionibus deſumtae: grammaticae maximam partem leues, auctorem habent Edwards. Textus modo cum accentibus, modo ſine illis inconſiderate eſt expreſſus. Variae denique lectiones, prouti in exemplo Wartoniano exſtant, valde incommode ſunt fini ſubiectae. — *Teocrito*, *Moſco*, *Bione*, *Simmia*, greco-latini con la Bucolica di Virgilio latino-greca volgarizzati e forniti d' annotazioni da *Eritiſco Pilenejo*, P. A. Parmae 1780. II. voll. 4.

Splen-

Splendida eſt editio; at editor plura promiſit, quam praeſtitit. vol. I. continet *Theocritum.* Textus eſt Heinſianus, e cuius regione eſt latina verſio, et infima in ora italica verſio metrica, auctore editore, cuius verum nomen eſt *Giuſeppe Maria Pagnini*, ex ordine Carmelitarum. Tunc ſequuntur notae, ex ſuperioribus editionibus maximam partem excerptae, interdum leues. Pari modo, immo vero minus adeo diligenter tractauit editor, Bionem, Moſchum ac Virgilii Bucolica. — *Theocriti* Thyrſis. id. primum. gr. ſine l. et a. nota. 4. — Huc pertinet quoque *Dauid. Whitfordi* collectio: Muſaei, Moſchi et Bionis, quae exſtant, omnia, quibus acceſſere quaedam ſelectiora *Theocriti* Eidyllia. Impreſſa maiore charactere, ſculptura adornata, latinoque carmine reddita, graecis e regione appoſitis, Londin. 1659. 4.

Verſiones denique quasdam commemorabo: *Idylli di Mosco, Bione e Theocrito*, recati in verſi latini, del Conte *Bernardo Zamagna*, volgarizzati e forniti d' annot. da Lecigi Maria *Buchetti* Milano 1784. 4. — *Theocriti, Bionis et Moſchi Idyllia.* Omnia a *Bernardo Zamagna*, Raguſino, latinis verſibus expreſſa. Senis ex typogr. Pazziniana. 1788. 8. Pars Theocrit. idylliorum verſionis habet Abbat. *Raymund Cunich* auctorem. — *Italice Theocritus a Dominico Regolotto Romano*, Turini 1729. 8. verſus eſt. — *Gallice* a *Chabanon* Paris. 1777. 8. — a *Gin* Paris. 1788. 8. II. tom. — *Anglice*, a *F. Fawkes*, cum criticis obſeruationibus, vita auctoris, indice rariorum editionum et commentatione de carmine bucolico. Londini 1767. — *Theocr. Bion.* et *Moſchum* cum *Tyrtaei* elegiis in anglicos verſus transtulit,

 addi-

addiditque diſſertationes atque notas *Richard. Polwhels*, cuius opera laudatur in Critical Review, m. Maio n. VII. a. 1787. — *Germanicae* verſiones ſunt Berolinenſis auctore *Liberkühnio*, cum Bione et Moſcho, 1757. Halberſtadienſis, 1771. 12. — *I. G. S. Schwabii*, cum notis, (non omnia Theocritea ſunt verſa,) Ienae 1769. m. 8. — *Carol. Aug. Kütneri*, qui Theocriti, Bionis, Moſchi et Coluthi poematia transtulit in linguam vernaculam, Mitau. et Lipſiae. 1772. min. 8. iterum cum aliis edidit Altenb. 1784. 8. — A nitore typorum et chartae non magis quam ab elegantia verſionis et eruditione in prolegomenis et commentatione de carmine bucolico conſpicua commendari debet interpretatio plurimorum Theocriteorum germanica, auctore *Comite de Finkenſtein: Arethuſa oder die bukoliſchen Dichter des Alterthums.* Pars. I. Berol. typis et ſumtu Io. Frid. Vngeri. 1789. 4.

4. Eſt princeps bucolicorum, et ob naturalem pulcritudinem ac ſimplicitatem vel Virgilio praeferendus. Dorismus moribus paſtorum ſuorum conuenit. Mores vero Theocriti non ſunt ſecundum aetatem noſtram delicatulam diiudicandi. Nec tamen omnia idyllia Theocriti ſunt carmina bucolica, quae rus redolent mimosque fere veteres, orationem, actionem, ſimplicitatem moresque et indolem paſtorum ac ruricolarum antiquorum cum venuſtate et ſuauitate referunt, et differunt ab idylliis tam alius argumenti, quam ſerioris noſtraeque aetatis. Sed de ortu, natura virtutibusque carminum bucolicorum, et quatenus Theocritus vel ſuperet reliquos poetas bucolicos vel diuerſus ſit a ceteris, eleganter diſputarunt

runt cel. *Heyne* in comment. de carmine bucolico, praefixa I. tomo Virgilii, atque in Opuſculis academ. vol. I. pag. 98. illuſtriſſ. *Comes de Finkenſtein* l. m. eiusque cenſores in Gottingens. ephem. litterar. a. 1789. plag. 128. m. Aug. pag. 1282. ſqq. et in: Neue Biblioth. der ſchönen Wiſſenſchaften, Lipſiae 1790. vol. XL. part. II. in primis pag. 279. ſq. vt *Alexandri Roſaei* diſſert. de carmine paſtorali in eius Eclogis, Lugd. Batau. 1672. 12. pag. 63 — 234. Scaligeri, Voſſii, Batteuſii, Wartoni aliorumque iudicia praetermittam. — Auctor libri: *Veber Theokrits dichteriſche Fadaiſen, Zoten und Plumpheiten*, in: *Analecten für Politik, Philoſophie, und Litteratur in Eroerterungen und Nachrichten, welche in Deutſchlands ſämtlichen Iournalen vermiſt werden*, Lipſiae 1787. 8. n. III. Theocritum dum adcuſat, idem defendit. Negat enim, ſe in Theocriti Idylliis reperire flumen et facilem compoſitionem verſuum, amoenitatem flexibilis orationis, lumen et naturalem linguae pulcritudinem; contra, ſe ſentire, ait, in illis humile abiectumque genus, ſcenas haud mouentes, inſulſas laudationes, obſcuram breuitatem et alia culpanda: et tamen concedit, Theocritum haud ſcripſiſſe idyllia arcadica, ſed plerumque actiones plebis nec pulcram, ſed humilem naturam deſcripſiſſe; atque idyllion eſſe Theocrito breuem deſcriptionem, breuem imaginem cuiuslibet ſcenae in vita humana quodammodo ſenſus mouentis. adde Sulzer Theorie der ſchön. Künſte v. *Hirtengedicht*, ibique cel. de *Blankenburg* notit. litterariam pag. 454 — 462.

5. Conf. *Fabric.* B. G. Libr. III. cap. 17. Vol. II. vet. edit. — *Ant. Mongitoris* Bibl. Sicul. tom.

II.

II. p. 246. — Interpretatio Eidylliorum Theocriti, dictata in Academia Wittebergensi a *Vito Vuinshemio.* Adiecta sunt et scholia, quibus loca difficiliora explicantur, Francof. per Petr. Brubachium 1558. 8. —. *Franc. Vauassoris* de ludicra dictione liber etc. ed. Io. Erhard. Kappii, Lipsiae 1722. 8. c. 7. pag. 108. sqq. ibique notas editoris. — Biographiam classicam Vol. I. pag. 153. secundum interpret. Mursinnae. *Lud. Casp. Valkenarii* epistola ad Matthiam Roeuerum Ictum, in qua Theocritum tractauit, praemissa Vrsini Virgilio collatione scriptorum graecorum illustrato, Leowardi 1747. 8. — *Io. Bernard. Koehleri* Notae et Emendationes in Theocritum, accedente specimine Emendationum in scriptores Arabicos, Lubecae 1767. 8. — *Io. Georg. Meuselii* comment. de Theocriti et Virgilii poesi bucolica, Gotting. 1766. 4. — Quatriéme Idylle de Theocrite traduite en François, avec des Remarques par Mr. *Hardion*, in Memoir. de Litter. de l' Acad. des I. et B. L. à Paris Tom. IV. 1746. pag. 520. sqq. et eiusdem Discours sur les Bergers de Théocrite ibid. pag. 534. sqq. idem de iudicio Longini (sect. 33.) in Hist. acad. Paris. Inscr. vol. V. pag. 202. sqq. — *(Herder)* Veber die neuere deutsche Litteratur, P. II. p. 349. sqq. vbi Theocritum mirifice laudat, et cum Gesnero, Idylliorum german. scriptore, comparat. — *Io. Nicol. Niclas.* specimen Theocriteum, cum prolus. Io. Mich. Heinzii, Luneb. s. a. — *Schütz.* Obss. in Theocriti Adoniazusas v. 1—38. Ienae 1782. praecipue v. 15—17. emendantur. *Strothii* et *Zeunii* comment. ad Idyll. XXI. iam in mea edit. Theocriti laudaui et consului ad illud poema. —

Ueber

Veber den Geiſt des Theokrits und der Idylle in *Chriſt. Aug. Clodii* neuen vermiſchten Schriften poſt eius mortem ab illius vxore vidua editis, part. V. Lipſiae 1787. — *Albert. Bayeri* commentarii perpetui in Theocriti Charites et Syracuſias. Erlangae 1790. 8. — *Dawes* in Miſcell. critic. pag. 102. ſq. Idyll. 26. putat, ſcriptum eſſe a nebulone aliquo, graecae neque linguae neque proſodiae ſciente: ſed iam refutatus eſt a *Burgeſſio*, in Adpendice ad ſec. editionem, Oxon. 1781. 8. pag. 389. ſqq.

§. 30.

CALLIMACHVS.

1. Floruit ſecundum Fabricium circ. Olymp. CXXXIII. ante C. N. 247. ſecundum Saxium Onom. I. pag. 99. circa Olymp. 125. ante C. N. 275. v. c. 477.

2. Cyrenaeus, Libys, hiſtoricus, poeta, in primis grammaticus. Alexandriae primum in vico Eleuſine litteras docuit, dein a Ptolemaeo Philadelpho in Muſeum, in quo philoſophi et viri eruditi regio ſumtu alebantur, accitus, atque regi illi eiusque ſucceſſori Euergetae iucundus fuit. *Battiades* vocatur, non, quia Batti filius fuerit, ſed ab Ariſtaeo, ſiue Batto conditore Cyrenarum. v. Burman. ad Ouid. I. Amor. 15. interpret. ad Petron. cap. 135. Spanhem. ad Callim. H. in Apoll. 65. Inter alumnos ſuae diſciplinae habuit Ariſtophanem Byzantium, Grammaticum, et Apollonium Rhodium, quem poſtea ingratum diſcipulum atque

atque inimicum carmine, *Ibis*, inſcripto, diris deuouit.

3. Permulta ſcripſit. Superſunt vero Epigrammata, VI. Hymni et fragmenta haud pauca.

4. Princeps et rariſſima eſt editio Florentina per *Laſcarim*, litteris maiuſculis, gr. cum ſcholiis graecis, ſine anni et loci not. 4. (in *Askew*. catal. pag. 42. *Bure* Bibliogr. inſtructive B. L. tom. I. pag. 234. circa an. 1497. aut 1498. certe ante a. 1500. ſunt tamen exempla, quibus non adhaerent ſcholia: hinc *Maittarius* Annal. typogr. tom. IV. pag. 766. ſcholiorum editionem tamquam peculiarem laudat Σχολια παλαια των Καλλιμαχȣ ὑμνων. 4. ſine a. et l. et typogr. nota. adde V. D. in bibliotheca philol. vol. III. Lipſiae 1781. pag. 278. ſqq.) — Latina vero verſio prodiit: *Calimachi Cirenaei Hymni a Iacobo Crucio*, Bononienſi, latinitate donati. 4. (probabiliter Mediolani,) ſine an. loci et typographi nota. circa a. 1500. v. *Ios. Anton. Saxii* Hiſtor. literario — typograph. Mediolanens. pag. DL. ſqq. vbi is Crucii praefationem typis recudendam curauit, et pag. DCXI. — Florentinae mera repetitio cum larga vitiorum typographicorum acceſſione et *Aldina* 1513. 8. — Melior eſt Baſileenſis apud Henricum Frobenium, graece 1532. 4. ex edit. *Sigism. Gelenii*, in qua lacunae quaedam expletae ſunt. — repetita apud Vaſcoſanum, Paris. 1549. 4. — Reliquarum editionum fundus eſt textus *Stephani*, qui primum Callimachum edidit, et omnes lacunas, (quae quidem ſuſpectae ſunt,) expleuit in Corpore poetarum graecorum, graece; tum ſuis et Friſchlini notis et Friſchlini verſione proſaica et metrica, Geneu. 1577. 4. Primus coepit epigrammata et

fragmenta

fragmenta addere *). — Hymnos, epigr. et fragm. dedit atque illuſtrauit *Bonauentura Vulcan.* cuius editionis nitidae et rarae haec eſt inſcriptio: *Callimachi Cyrenaei Hymni, epigrammata et fragmenta, quae exſtant.* Et ſeparatim *Moſchi* Syracuſii et *Bionis* Smyrnaei Idyllia, *Bonauentura Vulcanio*, Brugenſi, interprete. Cum annotationibus eiusdem et indice copioſo. (cum ſcholiis graecis antiquis.) Antwerp. apud Chriſtoph. Plantin. 1584. 12. — Epigrammata et fragmenta auxit *Anna, Tanaquil Fabri filia,* in ſua Callimachi editione cum notis, Paris. 1675. 4. — Locupletiſſima eſt edit. ex recenſione *Theodori I. G. F. Graeuii*, cum ſuis, Friſchlini, Vulcanii, Stephani Bentleii aliorumque obſeruatt et commentario *Ezech. Spanhemii* doctiſſimo nimisque copioſo, in quo multa antiquitatis capita erudite illuſtrantur, Vltraiecti 1697. 8. II. Voll. — Repetita eſt haec editio ibid. 1761. 8. II. Voll. cura *Io. Aug. Erneſti*, qui vero textum ad MSS. fidem recenſuit, nonnulla loca de coniectura aut iudicio aliorum correxit, latine vertit, notas Tiberii Hemſterhuſ. et Ruhnkenii ſuasque cum grammaticas, tum in primis criticas adiecit, et, poſt Bentleium, fragmenta inſigniter auxit. Ruhnkenius, qui operis praefuit, in Spanhemii commentario loca vitioſe antea typis exſcripta, ſedulo correxit. — Huius exempli textum ſine notis cum indice difficiliorum vocabulorum et variis lectionibus, e cod. quodam primum excerptis, repeti fecit *Chriſt. Frid. Loesnerus*, Lipſiae 1774. 8. – in *Brunkii* Analect. poet.

, gr.

*) Conf. *Freytag* Adparat. litter. tom. I. pag. 234. ſqq. *Clement* Bibliotheq. curieuſe etc. tom. VI. pag. 58. ſq.

gr. Tom. I. pag. 423 — 475. — Londini vero *Call. Hymni* et Epigrammata, quibus accesserunt *Theognidis* carmina, nec non epigrammata plusquam trecenta ex Anthologia graeca cum notis (Bentleii) antea lucem viderunt, Londini 1741. 8. — cum schol. et not. varior. a *I. Frid. Stübel* Lips. 1741. 8. gr. et lat. – gr. Glasgu. 1755. fol. — *Angel. Mar. Bandini* editionem, Florent. 1764. nihil commendat praeter varias lectt. ex ed. Lascaris excerptas. — *Callimachi H. in Apollinem cum emendationibus ineditis Ludou. Casp. Valckenarii et interpretatione Laur. Santenii.* Lugd. B. 1789. mai. 8. vnica plagula. — *Call. H. in Iouem* obseruationibus philologicis illustrauit, scholiaque graeca adiecit *Io. Ern. Linke,* Dresdae 1784. 4. — *Hymnos Callimachi* cum Musaeo, Orpheo, Theocrito, Bione, Moscho et Colutho germanice vertit *Car. Aug. Küttner.* Altenb. 1784. 8. Duas Callimachi elegias italice vertit *Cesari*, quae additae sunt italicae versioni Homeri Batrachomyomachiae ab Antonio Lavagnoli. Veronae. 1788. 8.

5. Doctus fuit grammaticus, nec omni ingenio poetico caruit Callimachus; arte tamen plus valuit.

6. v. *Fabricii* B. Gr. Libr. III. cap. 19. Vol. II. — *Reiskii* Animaduers. ad graecos auctores Vol. V. Lipsiae 1766. 8. — *Iac. Frid. Heusingeri* Periculum emendationum (omnino sagacium atque eruditarum) Callimacharum, Guelpherbyti 1766. 4. — *Io. Georg. Zierlein* disp. praes. Klotzio, de ingenio Callimachi, Halae 1770. *Dawes* in Miscellaneis criticis passim, praecipue pag. 98-110. loca quaedam Callimachi tentat emendatque, sed a Burgessio in adpendice edit. II. interdum

corre-

correctus et refutatus. Idem igitur *Dawes* pag. 258. sq. Callimachi H. in Cererem stolidissimum vocat, et putat materiem illius esse futilem et saepe peccari aduersus indolem tum sermonis tum metri: sed dissensum declararunt *Dorville* ad Charit. p. 275. et *Ernesti* ad Call. H. in Cer. vers. 111. — *Seuini* emendatio Callim. H. in Delum vs. 100. est in Hist. acad. Parisin. Inscript. vol. V. pag. 157. — cl. *Saxii* Onomast. I. pag. 99. sqq. et pag. 551. ts prolusiones Ernesti indicat.

§. 31.

ARATVS.

1. Floruit circiter A. O. C. 3733. Olymp. CXXVII. 1. ante C. N. 270. V. C. 482.

2. Solensis, e Solis, postea Pompeiopoli, Ciliciae ciuitate; Athenodori et Letophilae filius. Theocriti amicus. v. schol. ad Theocr. Id. VI. v. 1. Audiuit Menecratem Ephesium grammaticum, et philosophos Timonem, ac Menedemum Dionysium Heracleotem, Persaeumque *) Stoicum, quem ab Antigono, qui in Macedonia ab Olymp. CXXV$\frac{2}{3}$. per annos XXXIIII. regnauit, in Macedoniam arcessitum eo comitatus est, et in notitiam gratiamque regis venit: ibique ante regis obitum mortuus est.

3. Illius regis suasu scripsit poema heroicum Φαινόμενα, quibus post v. 722. subiunguntur Διοσημεῖα,

*) de *Persaeo* v. Hemsterh. ad Arati genus in Callim. tom. I. pag. 590. sq. ed. Ernesti.

σημεῖα, ſiue *Prognoſtica*, atque, quum Aſtronomiae ignarus eſſet, Eudoxii Cnidii, qui *ἔνοπτρον* et *φαινόμενα* ſcripſit, orationem proſam verſibus incluſit atque illuſtrauit: in quod poema non pauci deinceps commentati ſunt. v. *Fabricium*.

4. Princeps editio eſt Aldi, graece, cum commentariis Theonis: inter Aſtronomos veteres, Venet. 1499. fol. — cum verſione proſaria et notulis *Io. Ceporini*, addita Procli ſphaera; Cleomede et Dionyſii Periegeſi, Baſil. 1534. 1547. 1561. et vitioſe 1585. 8. apud H. Petri. — *C. Iul. Hyginus* — — *Palaephati* — liber I. *F. Fulgentii Placiadis* — Mytholog. libri III. et de vocum antiquarum interpretatione lib. I. *Arati φαινομένων* fragm. Germanico Caeſare interprete. *Eiusdem Phaenomena* graece, cum interpretat latina. *Procli* de ſphaera libellus, gr. et lat. Index. Baſil. apud Io. Heruag. 1535. fol. (praefante et curante *Iac. Micyllo.*) — ibid. cum Hygino etc. gr. et lat. 1549. fol. 1570. fol. Sphaerae atque aſtrorum coeleſtium ratio, natura et motus, ad totius mundi fabricationis cognitionem fundamenta, Baſileae apud Valderum 1536. 4. in quo libro continentur Iac. Zieglerus Landauus de ſolidae ſphaerae conſtructione; Proclus *Diadochus Lycius* de ſphaera ſiue globo coeleſti, ſcholiis eiusdem Ziegleri explicatus, de canonica per ſphaeram operatione; Hemicyclium Beroſi; *Leontius* de ſphaera et de vita Arati, *Aratus ſolenſis cum commentariis Theonis Alexandrini;* graece. Planiſphaerium C. Ptolemaei et Iordani. — *Arati* Phaenom. et *Dionyſii* orbis deſcriptio, a *Io. Ceporino*, gr. lat. Antwerp. 1554. 8. — Cum Leontio de ſphaera et ſcholiis graecis, apud *Morell*, Paris. 1559. 4. —

Nouam

Nouam recenſionem inſtituit et ex cod. ac ſcholiis emendauit *H. Stephanus* in Poetis graec. princ. heroici carminis 1566. pag. 288. ſqq. — In Aſtronomicis veterum ſcriptis, ex officina Sanctandreana 1589. 8. gr. et lat. ex ed. Morell. expreſſa — In *Hugonis Grotii* Syntagmate Arateorum, gr. et lat. Lugd. Batau. 1600. 4. cum metaphraſeos Ciceronianae fragmentis, et Germanici atque Auieni metaphraſibus, a Grotio emendatis atque illuſtratis. — Nitidam et ex cod. Bodleiano caſtigatam *Arati* edit. cum ſcholiis graecis emendatioribus et Καταστερισμοῖς *Eratoſthenis* ac *Dionyſii* Hymnis curauit *Io. Fell.* Oxon. 1672. 8. — *Bandini* ed. Florent. 1765. 8. eſt parui aeſtimanda.

5. Conſtat inter doctos, hominem ignarum Aſtrologiae, Aratum ornatiſſimis atque optimis verſibus de coelo ſtellisque dixiſſe; ita iudicat *Cicero* Libr. I. de Orat. c. 16. init. De amoribus Arati v. Theocr. VII 99. ſqq.

6. *Andreae Schmid.* diſſ. de Arato, Ienae 1685. — Notitia codicis msti Vratislau. qui, praeter alia, *Aratum* continet, et ſcriptus eſt a Nicol. Paſſera de Ianua Patau. a. M. CCCCLXXXVIII. cum variis lectionibus excerptis, auctore *G. E. Scheibel*, Prof. Vratislau. in Annal. litterar. Helmſtad. mens. Iul. 1789. pag. 3. ſqq. — *Fabric.* B. Gr. Libr. III. cap. 17. Vol. II. ed. veteris. *I. G. de Chaufepié* Nouv. dict. hiſt. et crit. h. v. Anonymi gr. vita, apud *Petau.* in Vranolog. p. 268. ſqq. *Erneſti* ad Callim. tom. I. pag. 333. ſqq. et ib. pag. 590. ſq. eſt genus Arati cum notis Hemſterhus. et Ruhnkenii. *Io. Frid. Pfaffii* comment. de ortibus et occaſibus ſiderum apud auctores claſſicos commemoratis, Gottingae 1786. 4. pag. 44. ſqq.

§. 32.

ANTIGONVS.

1. Eiusdem fere aetatis, sub Ptolemaeo Philadelpho scripsit ἱστοριῶν παραδόξων συναγωγὴν, *historiarum mirabilium collectionem* s. singulares obseruationes de animalibus et aliis rebus naturalibus.

2. Primus edidit illam cum Antonino aliisque *Guil. Xylander* gr. et latine, Basil. 1568. 8. deinde separatim atque correctius, *Io. Meursius* cum notis, Lugd. Bat. 1619. 4. — *cum annotatt. G. Xylandri. Io. Meursii, R. Bentleii, I. G. Schneideri*, (ex huius Periculo critico in Anthol. etc. Lips. 1772. 8. pag. 132. sqq.) *I. N. Niclas aliorumque, cum interpretat. G. Xylandri, suisque edidit Io. Beckmann* Prof. Gotting. etc. Lipsiae. 1791. 4.

3. v. *Fabricii* B. Gr. Libr. III. cap. 27. Vol. II.

§. 33.

MELAMPVS.

1. Sub eodem rege Ptolemaeo Philadelpho, medicus: scripsit μαντικὴν περὶ παλμῶν, s. diuinationem ex palpitationibus, et, cuius quidem libri fragmentum superest, de naeuis oleaceis in corpore hominis.

2. Primum edit. gr. cum Aeliani V. H. per *Camill. Peruscum*, Romae 1545. — tum cum Aristotele cura *Frid. Sylburgii*, Francof. 1587. 4. — et gr. ac lat. cum Hier. Cardani metoposco-

pia

pia, ab *Claud. Martino de Laurendiere*, Paris. 1658. fol. — a *Franzio*, cum Ariſtotele, Polemone et Adamantio, gr. et lat. Altenburg 1780. 8.

3. Diſtinguendus eſt a *Melampode*, antiquo vate, medico et augure Argiuorum. v. *Fabric.* B. Gr. Libr. I. cap. 15. ab init. *Franz* in praefat. p. 23. ſqq.

§. 34.

CLEANTHES.

1. Viguit circiter A. O. C. 3741. Olymp. CXXIX. 1. ante C. N. 262. V. C. 490.

2. Aſſo, oppido Troadis ortus, philoſophus, et poëta phyſicus, Zenonis, cuius per XIX. annos fuit auditor, in ſchola Stoica ſucceſſor, et Athenis in magna vixit auctoritate; ingenio tardiore, ſed mira adſiduitate ſtudioque.

3. E multis illius ſcriptis ſupereſt Hymnus in Iouem, qui reperitur in *Vrſini* Carminibus IX. femin. Antwerp. 1568. p. 272. in *Stephani* poeſi philoſophica pag. 49. et 124. et in *Brunckii* Anal. poet. graec. et inter Gnomicos poetas graecos Argentor. 1784. 8. pag. 141. ſqq. — *Cleanthis* H. in Iouem, graece edidit, notis illuſtrauit — *Frid. Guil. Sturz.* Lipſiae 1785. 4. — Praeclara eſt editio: Κλεανθους ὑμνος εἰς Δια, *Kleanths Geſang auf den höchſten Gott. Griechiſch und deutſch, nebſt einer genauen Darſtellung der wichtigſten Lehrſätze der ſtoiſchen Philoſophie von Hermann Heimart Cludius*, Paſtor in Hildesheim. Gottingae 1786. 8. — Hymnum Cleanthis numeris latinis adſtrictum dedit, et de illo egit *Andr. Chriſt. Henr.* *Weiſſ*,

Weiss, Gymn. Winsdhem. Rect. in singulari progr. Rotenb. ad Tub. 1783. 4.

4. Plura dabunt *Fabric.* B. Gr. Vol. II. Libr. III. cap. 15. pag. 394. et *Brucker.* in histor. philos. crit. Tom. I. pag. 972. sqq. *Diog. Laert.* Libr. VII. sect. 168. cl. *Sturz* in prolegom. ad suam editionem.

5. Illius discipulus et successor fuit *Chrysippus*, Solensis, natus Olymp. CXXV. 1. mortuus Ol. CXLIII. 2. homo ingenii acumine, subtilitate et eruditione atque dignitate florentissimus, qui quidem a praeceptore suo et Zenone multis in rebus dissensit. Ex Euripide multa sumsit. Multa scripserat, nihil vero integrum seruatum est. v. *Diog. Laert.* Libr. VII. sect. 179 — 202. *Fabric.* loco mem. pag. 392. sq. et *Brucker.* l. excit. pag. 974. sqq. *Wyttenbach* ad Plutarch. de S. N. V. pag. 18. 84. 92. 117. 123.

§. 35.

ARISTARCHVS.

1. Samius, aequalis Cleanthis, Stoici, a quo impietatis adcusatus est, quod terram circa solem moueri docuisset. Horologia inuenit.

2. Reliquit librum de magnitudinibus et distantiis solis et lunae, et statuit, lunam accipere lumen a sole, et circa terram moueri.

3. *H. Sauilius* primum e cod. Vaticano descripsit, et *Wallisius* cum *Pappi* Alexandrini fragmento tunc inedito adhuc, graece, cum Fed. Commandini versione latina, notisque suis atque Commandini edidit, Oxon. 1688. 8. recus. in *Wallisii* oper.

oper. mathem. Tom. III. pag. 565. — Liber ſub Ariſtarchi Samii nomine veluti e graeco translatus, de mundi ſyſtemate ab Aegidio Perſona Robervallio confictus et editus eſt Paris. 1644. 12.

4. Non confundendus eſt cum *Ariſtarcho*, Grammatico Alexandrino, ad Olymp. CLVI. 1. conf. *Fabric.* B. Gr. Libr. III. cap. 5. nr. XIV. et *Saxii* V. C. Onomaſtic. liter. I. pag. 104. ſq.

§. 36.

DAMOXENVS, Athenienſis et Epicuri diſcipulus. Ex comoediis illius Athenaeus ſeruauit longiorem quamdam ῥῆσιν, quam Hertel et Grotius collectionibus ſuis inſeruerunt. v. *Fabric.* B. Gr. Vol. II. Libr. II. cap. 22. pag. 435.

§. 37.

Huc etiam refert Cl. *Saxius* I. pag. 105. Auctorem incertum *chronici marmorei*, quod in Arundelianis, nunc in Oxonienſibus primarium eſt. Illis, quos *Saxius* Onom. I. pag. 105. et 553. laudauit, adde *Dodwell* de veteribus Graecorum Romanorumque cyclis pag. 695. ſq. vbi auctorem Olymp. CXXIX. 1. vixiſſe iudicat. — Inter *marmora Oxonienſia*, Oxon. 1763. in forma max. a *Chandlero* ſplendide et curatius editum eſt. Nouiſſima editio eſt *Die pariſche Chronik* griechiſch, überſetzt und erläutert, nebſt Bemerkungen über ihre Aechtheit nach dem Engliſchen von *Karl Franz Chriſtian Wagner*. Göttingae 1790. 8. hiſtoria fataque marmoris illius vberius enarrantur, et de fide illius docte copioſeque diſſeritur. — Atti-

cum pſephisma de ſocietate cum Sidonienſibus ineunda, et honoribus regi eiusque legatis habendis, ibid. tom. II. ed Chandleri n. 24. copioſe eruditeque illuſtrauit *Hegewiſch* in: Neuen deutſchen Muſeum, part. II. 1791. pag. 182. ſqq.

§. 38.

MANETHOS ſiue MANETHON, Aegyptius.

1. In viuis fuit circiter A. O. C. 3743. Olymp. CXXIX. 3. ante C. N. 260. V. C. 492. ſub rege Ptolemaeo Philadelpho.

2. Sebennyta Dioſpolitanus, apud Mendeſios vel Heliopolitas ſummi ſacerdotis et ſcribae ſacri munere functus eſt. Hiſtoricus et philoſophus.

3. Varia graece ſcripſit. Ex Ἀιγυπτιακῶν tribus libris egregia fragmenta ſeruauit *Ioſephus* contra Apion. 1. §. 15. et *Syncellus*, Chronogr. p. 69. 70. et 72. quae deſcripſit atque illuſtrauit Scaliger in Graecis Euſebii, et ad calcem operis de emendatione temporum. — Ἀποτελεσματικῶν ſiue de viribus et effectis Aſtrorum libros VI. ex vnico codice Mediceo primus edidit *Iac. Gronou.* qui etiam latine vertit et notas adiecit, Lugd. Batau. 1698. 4. de qua editione v. *Fabric.* B. Gr. Vol. II. pag. 498. ſqq. qui editionem iam parauerat. Cum Fabricii ſuisque animaduerſionibus editurus erat Iac. Philipp. Doruille, qui in Animaduerſion. ad Charitonem paſſim iam adpoſuerat gratam promulſidem; ſed morte impeditus eſt. — Liber de regibus Aegyptiorum, latine in *Io. Annii Viterb.* Antiquitatum variarum voluminibus et in

Hiſtoria antiqua apud Commelin. pag. 26. a. 1599. 8. eſt ſuppoſitus. Adde *Beroſum.*

4. Conf. *Marshami* canon. chronicum pag. 2. ſq. Franequerae 1696. et *Fabricii* B. Gr. Vol. II. Libr. III. cap. 20. et Vol. XIV. pag. 214. *Larcher* in vers. Herodoti gallica, tom. VI. Chronol. Herod. pag. 152. ſqq. in primis pag. 172. ſqq. agit de fide Manethonis ſuſpecta in hiſtoria aegyptiaca. *Thom. Tyrwhitt* in praefat. ad poema de lapidibus, quod Orpheo a quibusdam adſcriptum etc. Londini 1781. 8. pag. XII. ſqq. multis argumentis euincit, Manethoni falſo tributum eſſe poema; contra ſub imperio romano, et quidem ad occaſum litteris mandatum. Probatum illud praeſertim it ex lib. IV. vers. 561. vbi *μισέλλην* ſit *hoſtis deorum*; Adnotat igitur omnes deorum cultores a Chriſtianis, poſtquam inualuerunt, fuiſſe ἕλληνας, et Chriſtianos *μισέλληνας* dictos. Idem ſuſpicatur et docet, libros primum et quintum, qui ſoli Manethonis perſonam praeferunt, ab alia et recentiore manu eſſe, quam reliqui quatuor ſint, et auctorem libri I. plagii crimine manifeſto conuinci. — *Io. Adam. Strobel* in disquis. hiſtorica, an Manethonis paſtores inuaſores Aegypti fuerint Iſraelitae, praeſide *Io. Dauide Koehlero*, P. P. Altdorfii 1730. 4. habita, (ad Ioſeph. contra Apion. lib. I. pag. 1039, edit. gr. lat. Geneu.) primum iudicia et argumenta V. V. DD. in vtramque partem disputantium adducit; tum a pag. 9. ſqq. eorum partes, qui illos fuiſſe Iſraelitas adfirmant, ſequitur, et nouis argumentis eorum ſententiam corrobare ſtudet. Adde Allgemeine Welthiſtorie etc. tom. I. pag. 491. ſqq.

§. 39.

BEROSVS.

1. Sub Alexandro M. natus, Chaldaeus, hiſtoricus et aſtrologus, ſcriptor de antiquitatibus chaldaicis et temporis ordine antiquiſſimus.

2. Ex annalibus antiquiſſimis, in templo Beli, cuius ſacerdos fuit, Babylone cuſtoditis, hiſtoriam Chaldeae et Babylonis confecit, cuius fragmenta ex Ioſepho et Euſebio collecta graece ad calcem operis ſui de emendatione temporum dedit atque illuſtrauit *Scaliger*, plura vero ex variis ſcriptoribus, gr. et lat. et cum notis ſuis *I. Alb. Fabricius* in B. Gr. Tom. XIV. pag. 175 — 211. — Antiquitatum libri V. ſunt ab impoſtore Annio Viterbenſi ficti. *Sebaſtian* tamen *Münſter* in Cosmogr. pag. m. 305. fidem illis abnegare non audet, et *Reineſius* in epiſt. 417. ad Rupertum putat, Annium omninò habuiſſe fragmenta quaedam antiqua; reliqua vero finxiſſe. — De ſententia *Beroſi*, de aetate litterarum apud Plinium v. *Sevin* in Hiſtor. acad. Paris. Inſcr. vol. III. pag. 143. ſqq. — *Beroſi* fragmenta apud *Syncell.* Chronogr. pag. 14. ſqq. et *Euſebium* P. Eu. IX. 14. ſqq. (non illa, quae Beroſo ſuppoſuit Annius Viterbienſis vel conſulto, vel deceptus ipſe,) interpolata quidem, nec vero omnino ficta eſſe, cenſet cel. *Beck* in commentat. de fontibus, vnde ſententiae et coniecturae de creatione et prima facie orbis terrarum ducuntur. Lipſiae 1782. 4. pag. 7. — Habeo editionem inſcriptam: *Beroſus Babilonicus de his, quae praeceſſerunt inundationem terrarum.* Item *Myrſilus* de origine Turrheno-

rhenorum. *Cato* in fragmentis. *Archilochus* in Epitheto de temporibus. *Metasthenes* de iudicio temporum. *Philo* in breuiario temporum. *Xenophon* de aequiuocis temporum. *Sempronius* de diuisione Italiae. *Q. Fab. Pictor* de aureo saeculo et origine vrbis Romae. Fragmentum Itinerarii *Antonini Pii.* Altercatio *Adriani Augusti* et *Epictici* (Sic.) *Cornelii Taciti* de origine et situ Germaniae opusculum. *C. C.* (Conradi Celtae) de situ et moribus Germanorum. 4. s. l. et a. sed *Godofredus Torinus Bituricus* scripsit Epist. nuncupatoriam: *Parhisiis apud collegium Plesseiacum* VI. non Maias M. CCCCCX. (1510.) — Diuersa ab illa, quae habet fol. LI. est editio, quae constat fol. 28. sine indice, sed cum eiusdem editoris Torini epist. de qua vide Catal. biblioth. Moerlianae part. I. pag. 226. sq. in cuius fine legitur: „Impressum est hoc opus Parhisiis in Bellouisu per *Ioannem Marchant*, Impensis Godofredi de Marnef. Anno 1510. septimo idus Maias CIVIS.“ 4. — Habeo quoque editionem cum epigraphe: *Berosi* sacerdotis Chaldaici, Antiquitatum Italiae ac totius orbis libri quinque, commentariis Io Annii Viterbensis, Theologi professoris, illustrati, adiecto nunc primum indice locupletissimo et reliquis eius argumenti authoribus (n. *Manethone*, Metasthene, Q. Fabio Pictore, Catone de Originibus, etc.) editio vltima, caeteris longe castigatior, Antwerpiae in aedibus Ioannis Steelsii 1552. 8. Plures editiones indicat *Fabricius* mem. loc. Tom. XIV.

3. Adde *Bruckeri* histor. crit. philos. Tom. I. pag. 129. sq. et in Appendice pag. 52. sq.

§. 40.

§. 40.

DIOCLES CARYSTIVS, Carysto Euboeae ortus, medicus celebris Olymp. CXXXIII. 2. ante C. N. 245. V. C. 507. Epistolam eius ad regem Antigonum, de conseruanda valetudine, seruauit *Paullus Aegineta* Libr. I. cap. vlt. quam post alios dedit *Fabric.* in B. Gr. Vol. XII. pag. 585.

§. 41.

APOLLONIVS.

1. Floruit circiter A. O. C. 3759. Olymp. CXXXIII. 3. ante C. N. 244. V. C. 508.

2. A patria Perga, Pamphilae ciuitate, Pergaeus dictus, sub Ptolemaeo Euergete vixit, et Euclidis discipulis Alexandriae operam dedit. In mathesi excelluit, et octo libros Conicorum scripsit, quorum quidem quatuor priores libri in pluteis MSStorum frequenter reperiuntur: quatuor vero posteriores graeci nondum reperti sunt, sed lib. V. VI. et VII. in linguam translati arabicam adhuc restant.

3. Plenissima edit. est: *Apollonii Pergaei* Conicorum libri octo, et *Sereni* Antissensis de sectione Cylindri et coni libri duo, Oxoniae 1710. fol. Libri IV. priores cum *Pappi Alexandrini* lemmatis atque *Eutocii* Ascalonitae commentariis, et *Serenum* ex codd. MSS. primus edidit Edmund Halley, idemque reliquos ex lingua arabica conuertit et restituit. conf. Acta erudit. Supplem. tom. VI. p. 145. sq. a. 1717. inprimis *Hamberger.*

in

in Zuverläſſ. Nachr. vol. I. pag. 354. ſqq. qui et illam editionem curatius deſcribit et alias verſiones latinas indicat: quibus addes: *Apollonii Pergaei et Sereni* elementa conica et cylindrica etc. Piſt. typis Stephani Gatti. 1696. fol.

4. Plura vide apud *Fabric.* Bibl. Gr. Vol. II. Libr. III. cap. 22. nr. 17. ſqq. *Clement.* Bibl. curieuſe, hiſtor. et critique, tom. I. pag. 415. ſqq.

§. 42.

BITO.

Circiter A. O. C. 3764. Olymp. CXXXIV. 4. ante C. N. 239. V. C. 513. floruit, et reliquit conſtructiones bellicarum machinarum et catapultarum, quae graece et latine inſunt in Mathematicis vet. Paris. 1693. fol. pag 105. Conf. *Fabric.* B. Gr. Vol. II. Libr. III. cap. 24.

Addatur *Moſchion* Syracuſanus, ſub Hierone II. Syracuſarum rege, Olymp. 135. Scripſit librum de admiranda Hieronis Syracus. regis naue, ex Athenaeo V. cap. 9. pag 206. v. *Mongitor.* Bibl. Sicul. tom. II. pag. 82.

§. 43.

ERATOSTHENES.

1 Natus Olymp. CXXVI. 1. denatus Ol. CXLVI. 1. praeeſſe coepit bibliothecae Alexandrinae anno XIX. Ptolemaei Euergetis I. circiter A. O. C. 3777. Olymp. CXXXVIII. 1. ante C. N. 226.

226. V. C. 526. eiusque curam habuit vsque ad annum circiter VIII. Ptolemaei Epiphanis.

2. Cyrenaeus. In patria vſus eſt praeceptoribus *Lyſania*,*) grammatico, et Callimacho, de quo paullo ante egimus. Secundum *Strabonem* (Libr. I. pag. 15.) admodum iuuenis Athenas profectus primo Zenonis, poſt eius vero mortem *Ariſtonis Chii* **) diſciplinae ſe tradidiſſe et alios philoſophos ſectatus eſſe videtur. Dein a Ptolemaeo III. Euergeta Alexandriam arceſſitus bibliothecae regiae diu praefuit. Denique ſub Ptolemaeo Epiphane, oculis ſenectute et lectione nimis adſidua hebetatis, vitae pertaeſus, anno aetatis ſuae LXXXII. aut ſaltem LXXX. inedia mortem ſibi adceleraſſe dicitur a. Suida, penes quem ſit fides. Multiplex et varia in illo fuit eruditio, et tantam famam atque auctoritatem conſequutus eſt, vt ſecundus Plato, aut Beta eruditorum, h. e. qui, niſi primum, ſaltem ſecundum locum inter omnes eruditos obtinuiſſet, adpellaretur, et a Plinio (H. N. II. 108.) *in omni quidem litterarum ſubtilitate et in hac (Geometria) vtique praeter ceteros ſollers* laudaretur.

3. Multa, quibus totum fere doctrinarum ambitum complexus eſt, ſcripſit; ſed omnia perierunt praeter καταστερισμοὺς, quos quidem Hyginus

*) Hic vitam Diogenis Sinopenſis et librum de iambis conficiendis ſcripſit. v. *Ionſium* de ſcriptor. hiſtor. philos. II. cap. 2. pag. 123.

**) Confer *Gottofredi Buchneri* diſſ. Ariſto Chius, vita et doctrina notus, Ienae 1725. §. 10. et 12. vbi plura quoque de Ariſtone iſto, qui cum Ariſtone Ceo peripatetico, non confundendus eſt, diſſeruntur. Adde *Fabricii* B. Gr. Vol. III. Libr. III. cap. 15. et quos ille laudat.

nus et Germanicus maximam partem latine fecerunt, et *Fellius* primus ex vno codice graece vulgauit et Arato ſuo ſubiecit, Oxoniae 1672. 8. dein gr. ac latine interprete *Thom. Gale* in eiusdem Opuſcul. mythologicis, Amſtel. 1688. 8. Tum fragmenta, quae Strabo aliique ſeruarunt, in primis fragmenta librorum trium, qui egregii fuiſſe videntur, *Geographicorum*, quae colligere atque illuſtrare coepit *Laurentius Ancher* in Diatribe in fragmenta Geographicorum Eratoſthenis, part. I. Gottingae 1770. 4. Sane optandum eſt, vt doctiſſ. Ancher non modo horum Geographicorum, ſed etiam quotquot reperire poſſit fragmenta, vti pag. 6. Diatribes in ſe recepit, colligat, atque illuſtret. — Poſtea tamen *Eratoſthenis Geographicorum fragmenta* diligenter collegit, docteque illuſtrauit cl. *Günther Carol. Frid. Seidel* in ſingulari libello, Gottingae 1789. 8. atque praemiſit commentat. de Eratoſthene iisque, quos ſequutus eſt, auctoribus. Strabo ſaepius Eratoſtheni fecit iniuriam, et tamen eum ſaepe ſequutus eſt. conf. egregium cl. M. *Conradi Mannert* librum, Geographie der Griechen und Römer, tom. I. Noribergae 1788. 8. pag. 91. ſqq. de Eratoſthenis geographia.

Aliud opuſculum, *εις Αρατȣ Φαινομενα* modo Eratoſtheni, modo Hipparcho tribuitur: at iure neutri, ſed cuidam, qui multo poſt vixit, adſerendum eſſe, critici diu cenſuerunt. Illa vero edita ſunt a Petro Victorio, cum Hipparchi in Arati et Eudoxi phaenomena, libr. III. Florent. 1567. fol. pag 117. ſqq. — graece et latine, interprete Dionyſio Petauio, in eiusdem Vranologio, Paris. 1630. fol. pag. 256. ſqq.

Senten-

Sententiae quoque noſtri Eratoſthenis quaedam reperiuntur, graece et lat. inter poetas graecos min. *Rod. Wintertoni*, Cantabr. 1684. 8. p. 471. et in *Brunckii* Analect. vet. poet. graec. Tom. I. pag. 477. ſqq. et eiusdem poet. gnomic. graec. pag. 134.

4. Confer *Fabricii* B. Gr. Vol. II. Libr. III. cap. 18. *Saxii* Onomaſt. liter. I. pag. 109. ſq. — *Petri Henrici Koppiers* Obſeruata philologica, Lugd. Bat. 1771. vbi ille cap. VIII. pag. 92 — 130. Cataſterismos Eratoſth. vberius acuteque emendat atque illuſtrat.

§. 44.

RHIANVS.

Eratoſthenis aequalis: Benaeus Cretenſis, poeta et hiſtoricus. Fragmenta quaedam et epigrammata collegerunt *Hertel.* in ſententiis veterum poetarum, *Winterton* in poetis Graecis minoribus pag. 451. et *Brunck* in Analect. vet. poet. graec. Tom. I. pag. 479. et II. 526. atque in Poet. gnomic. gr. pag. 131. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. I. Libr. II. cap. 11. pag. 734. ed. recent. et Vol. II. Libr. III. cap. 28. p. 724. ed. vet.

§. 45.

Monumentum Adulitanum, Ptolemaei Euergetae I. in Adule Aethiopum ciuitate maritima ſcriptor quidam Graecus ſub Iuſtino imperatore clarus adhuc obſeruauit. Monumentum autem illud graecum, quo Ptolemaeus expeditiones ſuas atque victorias

victorias circiter Olymp. 139. 3. ante C. N. 220. V. C. 532. mirifice celebrat, inscriptum fuit sellae e candido marmore ad vrbis ingressum a rege Marti consecratae. Id vero primus, at vitiose edidit *Leo Allatius* e cod. Vaticano Romae 1631. 4. Post *Emerici Bigotii* curam et *Theuenoti* in Itineribus, (Relations de divers voyages curieux qui n' ont point esté publiées, Paris 1666. fol.) operam curatius et diligentius cum Topographia Christiana e codd. Florentino et Vaticano dederunt *Montfaucon* Tom. II. Collectionis nouae Patrum, Paris. 1706. fol. et, hunc plerumque sequutus, *I. Alb. Fabricius* in B. G. Libr. III. cap. 25. vol. additis breuibus adnotationibus. Postea inseruit illud, multis additis obseruationibus, *Edm. Chishul* part. I. antiquitatum asiaticarum, Londini 1728. fol. pag. 73 — 87. Sinceritatem monumenti alii in dubium vocarunt, alii id auctori suo atque antiquitati adseruerunt. Pleniorem et monumenti et controuersiae notitiam exhibet cl. *Saxe* in Onomast. liter. I. pag. 112 — 116. qui id probae vetustatis esse credit.

§. 46.

HERO.

1. Circiter A. O. C. 3787. Olymp. CXL. 2. ante C. N. 217. V. C. 535. Eum tamen post Archimedem et Athenaeum collocat *Vossius* de Scientiis Mathemat. cap. 27. §. 8. et cap. 48. §. 8.

2. Alexandrinus, Ptolemaei Philadelphi et Euergetae I. temporibus, Ctesibii discipulus; Me-

chanicus eximius. In philoſophia ſectatus eſt Epicurum. Diuerſus vero eſt ab alio *Herone* a. Chr. 602.

3 Superſunt de conſtructione et menſura manubaliſtae fragmentum; de telis conficiendis iaculandisque liber; de automatorum fabrica libri II.

4. *Heronis* Alexandrini de conſtructione et menſura, graece, cum eiusdem Belopoeecis, Aug. Vindel. 1616, 4. — graece et latine, in Mathem. vet. Paris 1693. fol. pag. 155. — Belopoeeca — gr. et lat. *Bernardino Baldo* illuſtratore et interprete. item Heronis vita eodem auctore, Auguſtae Vindelic. 1616. 4. et inter Mathemat. vet. Paris. 1693. pag. 121. et 331. — Spiritualium liber a *Federico Commandino* ex graeco in latinum conuerſus. Huic editioni acceſſerunt *Io. Bapt. Aleotti* quatuor theoremata ſpiritualia, ex italico in latinum conuerſa, Amſtel. 1680. 4. Huic editioni neque textum, neque notas Commandini additas eſſe, contra Fabricium monet *Hamberger* in Zuverläſſ. Nachrichten Vol. I. pag. 361. — graece et latine, e verſione Commandini, cum Aleotti IV. theorematibus; inter mathemat. vet. Paris. 1693. pag. 145. ſqq. VIII. codd. ad manus fuerunt. — de automatorum fabrica libr. II. graece, cum verſione latina D. Conturii; inter Mathem. vet. Paris. p. 243.

5. Conf. *Fabricii* B. Gr. Libr. III. cap. 24. ſect. VII. Vol. II. *I. A. Schmidii* diſſert. de Heronis Alex. vita, ſcriptis et inuentis, Helmſtad. 1714. 4.

§. 47.

§. 47.

ARCHIMEDES.

1. Secundum *Hambergerum* natus eſt ante C. N. 287. interfectus 212. et ſecundum *Fabricium* V. C. 542. Olymp. CXLII. annum LXXV. agens. Secundum *Saxium* V. C. Onom. I. p. 117 Syracuſae a M. Marcello coeperunt oppugnari Olymp. CXLI. 3. ante Chr. N. 212. V. C. 540. et tamen Syracuſae per tres annos grauiſſima obſidione vexabantur. At in chronologia veterum magnus eſt diſſenſus.

2. Syracuſanus: genere nobili, regisque Hieronis cognatus et amicus fuiſſe dicitur. Inuentione vero cochlearum ad aquas exhauriendas aggerumque, et rationis ſphaerae cum cylindro aliarumque rerum mechanicarum immortalem ſibi peperit nominis gloriam. Matheſin autem, quam in Aegypto primum arripuit, ſubtilitate ingenii, acie iudicii et incredibili diligentia atque induſtria mirifice amplificauit atque ornauit; patriam quoque ſollertibus inuentis per tres annos fere ſolus defendit. Atque diutius forſan defendiſſet patriam, niſi ſecundum *Plutarchum* in Marcello pag. 308. *Polyaen.* Strateg. Libr. VIII. cap. 11. ciues feſto Dianae die genio indulſiſſent, et Archimedis ingenio fere freti vrbis curam neglexiſſent. Quod quum Marcellus a transfuga cognoſſet, impetu facto, manu armisque cepit vrbem, et in tanto tumultu, quem Archimedes circulis ſuis formisque in arena, more veterum, deſcribendis acriter intentus, nec ſenſit quidem, et in tanta ciuium nece, Mathematicus noſter, inuito Marcello, a

milite quodam, ignaro, quis esset, interemtus est. Imperator, qui inter triumphales laureas lugubri moerore illum exstinctum defleuit, (v. *Valer. Max.* VIII. 7. extern. 7.) corpus propinquis, superstitibus, inquirentibus, honeste sepeliendum tradidit. (vide quoque *Liuium* XXV. cap. 32. qui expugnationem aliter enarrat.) Monumentum multis annis post mortem Archimedis reperit *Cicero*, v. Tuscul. quaest. V. cap. 23.

3. Restant de sphaeris et cylindro libr. II. in quos et alios quosdam exstant commentarii graece scripti ab Eutocio Ascalonita; de circuli dimensione liber; de planis aequi ponderantibus siue de centris grauium planorum libri II. de figuris conoidibus obtusis et de sphaeroidibus libr. II. de lineis spiralibus liber; de quadratura parabolae; de numero arenae liber; de iis, quae aquis innatant libri II. libri Assumtorum et de speculis comburentibus parabolicis, ex Arabico in latinum conuersi leguntur, et posterior ab alio scriptus est.

4. Opera cum *Eutocii* commentariis in tria priora opera primum graece et latine in lucem edita sunt Basileae ab Herwagio 1544. fol.*) — tum

*) Cum *Thomae Gechauf*, *cognomento Venatorii* epistola ad senatum Noribergensem, scripta ad Cal. Dec. 1543. in qua is inter alia laudat studium matheseos et Archimedis, atque *Wilibaldi Pirckheymeri*, quem, scribit, quum Roma graece scriptum Archimedis exemplar opera amici cuiusdam, tandem post longam exspectationem accepisset, non tantum quasi vilem aliquem in aedibus suis passum esse hospitem, sed illum quotidianae studiorum suorum consuetudini voluisse esse consortem. Tum laudat, multis interiectis, *Christianum Herlinum*, Argen-

tum gr. et latine ſine Eutocii comment. nouis demonſtrationibus commentariisque illuſtrata per *Dauidem Riualtum de Flurantia*, Paris. 1615. fol. Textus eſt mutilus et multum recedit ab edit. priore. — repetita, ex noua recenſione *Claudii Richardi*, Profeſſoris regii in Academia Madritenſi, Paris. 1646. fol. — *Arenarius* et dimenſio circuli. *Eutocii* Aſcalonitae in hanc commentarius, cum verſione et notis *Io. Wallis*. Oxon. 1676. 8. et in tertio tomo Operum Walliſii pag. 509. ſqq. — Inter graecas *Arenarii* editiones

Argentinenſem mathematicum, quippe qui in hosce Archimedis libros, quo cum emendatiores, tum elegantibus typis illuſtriores prodirent, ſtudium haud leue impendiſſet. Poſt alios denique celebrat *Ioannem a Regiomonte*, quem, tradit, Romae agentem, ex Conſtantinopoli clade ereptos graecos libros et vidiſſe plurimos, et deſcripſiſſe non paucos, in his Archimedis libros de ſphaera et cylindro, de circuli dimenſione deque aliis rebus, et addit is *Venatorius*, „veluti palam eſt legere in iſtis libris, quos *Iacobus Cremonenſis* — in gratiam Nicolai V. rom. Pont. iam pridem latinos fecerat: oblatos ſibi amicis diligentiſſime deſcripſit (Regiomontanus, probabiliter) adiectis non raro in marginibus, graecis, quod etiam graecorum codicum facta fuiſſet ſibi copia, ſi quae viſa fuiſſent verſa duriuſcule, vel non admodum intelligenter deſcripta.“ Nec plura de codice et verſione ſcribit idem Thomas Venatorius in epiſtola nuncupatoria, Noribergae IV. Cal. Febr. 1544. ſcripta et verſioni latinae ſeparatim poſitae praemiſſa. Plura de hac editione, quam ipſe habeo, rara hic adnotanda cenſui, quoniam, alios, vidi, in illius deſcriptione erraſſe. Adde *Clement*, Biblioth. curieuſe etc. tom. II. pag. 6. ſqq. qui memorat editionem priorem: *Opera Archimedis Syracuſani per Nicolaum Tartaleum Brixianum*. Venet. 1543. 4.

praeſtantiſſima eſſe dicitur ed. *Barrouii* 1667. et in *Iſaac. Barrow* Operib. mathem. vol. 3. quoniam textus ſecundum dialectum doricam eſt reſtitutus et variae ſuperiorum editionum lectiones ſunt additae. Eſt quoque editio quaedam in min. fol. ſine titulo, anno et loco, quae praeter *Arenarium* continet dogma ex Ptolemaeo. *The Arenarius of Archimeded* translated from the Greek With Notes and illuſtrations, to which is added the diſſertation of Chriſtopher Clauius on the ſame ſubject, from the Latin. Londini 1784. 8. Laudatur verſio; ſed notae, quae ſunt hiſtoricae et mathematicae, atque interdum defendunt verſionem ſecundum delectas lectiones, feruntur pauca notabiliora continere. Praefatus eſt *G. Anderſon*, et egit de Arenario eiusque editionibus ac verſionibus latinis. Omiſit germanicam: *Archimedis Sandrechnung von Io. Chriſtoph. Sturm.* Noriberg. 1667 fol. — Interpretationes et explicationes aliorum recenſent Fabricius et Hamberger.

5. Subtilitatem et praeſtantiam rerum periti laudarunt. Archimedes dorica quidem dialecto vſus eſt: quod vero in libris de circuli dimenſione et de ſphaera atque cylindro exigua dorismi ſuperſunt veſtigia, id Fabricius pag. 551. tribuit liberariis, qui illos libros frequentius deſcripſerunt.

6. Conf. *Fabricii* B. Gr. Libr. III. cap. 22. Vol. II *Mongitor.* Bibl. Sic. tom. I. pag. 79. ſqq. et Hamberger. zuverläſſ. Nachrichten Vol. I. pag. 326. ſqq. et kurzen Nachrichten Vol. I. pag. 165. vbi plures laudat, qui de Archimede ſcripſerunt. *Car. Mag. Brandelii* diſſ. praeſide Brismanno, Prof.

Prof. ſiſtens Archimedis vitam eiusque in matheſin merita. Gryphswald. 1789.

§. 48.

ATHENAEVS.

1. Circiter A. O. C. 3793. Olymp. CXLII. 1. ante C. N. 210. V. C. 542.

2. Incertae patriae ſcriptor; Mechanicus; ſcripſit ad M. Marcellum, qui Syracuſas cepit, de machinis bellicis librum, in quo et ſua et aliorum inuenta memorat formisque illuſtrat.

3. Qui liber graece et latine ad fidem quatuor codicum recenſitus, cum interpretatione Henr. Valeſii et Io. Baptiſtae Cotelerii, eſt inter Mathematicos veteres, Paris. 1693. fol. pag. 1 — 12.

4. Longe diuerſus eſt ab *Athenaeo Byzantio*, quem inſtaurandis muniendisque vrbibus praefecit Gallienus. Conf. *Fabricii* B. Gr. Libr. III. cap. 24. nr. 1. Vol. II. — Diuerſus quoque eſt ab *Athenaeo*, Attalia orto, auctore ſectae Pneumaticorum medicorum. v. *Oſterhauſen* diſſ. hiſtoria ſectae illius, Altdorf. 1791. 8.

§. 49.

APOLLONIVS RHODIVS.

1. Circiter A. O. C. 3809. Olymp. CXLVI. 1. ante Chr. N. 194. V. C. 558. bibliothecae Alexandrinae praefuiſſe videtur cel. *Saxio* in Onom. liter. tom. I. pag. 121.

2. Sillei vel Illei filius', Alexandrinus, siue, secundum Athenaeum, Naucratites, Aegyptius. Quod vero apud Rhodios cum laude Rhetoricam aliquamdiu professus et ius ciuitatis ab illis nactus est, dicitur Rhodius. Callimachi fuit discipulus, sed ingratus et deinceps ita inuisus, vt ab illo sub Ibidos nomine diris deuoueretur. Rhodo reuertens Alexandriam sub Ptolemaeo Euergete I. in praefectura bibliothecae Eratostheni successit.

3. Scripsit Argonauticorum Libr. IV. carmen heroicum.

4. Princeps edit. est graece, cum scholiis graecis in margine, litteris quadratis, capitalibus, Florent. per Laur. F. de Alopa 1496. qui annus in calce libri typis est expressus, 4. (al. 1498.) *) — graece cum scholiis, Venet. in aedibus *Aldi* et Andreae Soceri, 1521. 8. curante *Francisco Asulano*, qui ad fidem MSS. recensitam esse hanc editionem, in praefatione ait. — repetit. Francof. ex offic. Petri Brubacchii 1546. 8. cum indice, scholiis, vt in exemplo Aldino, seorsum subnexis. — gr. Paris. 1541. 8. II. voll. — cum versione *Io. Hartungii*, qui emendationes et castigationes praemisit, Basil. 1550. 8. — libri graece cum scholiis, et carmine heroico latine translati varisque commentariis instructi a *Valentino Rotmaro*, Basil. 1570. (apud Clementium ex catalogo quodam 1572.) 8. — emendatius dedit *H. Stephanus* ex codice et edd. Florentina atque Aldina cum scholiis, graece, 1574. 4. — Editio *Ierem. Hoelzlini* cum huius commentario et notis; scholiis

*) conf. *Clement.* Biblioth. curieuse etc. tom. I. pag. 418. sq.

liis ad carmina numerato additis, Lugd. Batau. 1641. 8. rara quidem eſt, at parum laudis meret. Atque Hoelzlini commentarium paſſim carpunt viri docti: putidum illum dicit *Ruhnken* in epiſt. crit. I. pag. 31. ſq. et Hoelzlinum in epiſt. crit. II. pag. 68. tetricum et ineptum Apollonii commentatorem. — Cum Scholiis et notis variorum a *Ioanne Schaw*, gr. et lat. Oxonii, typis Clarendon. 1777. tom. II. 4. — Eadem edit. ibid. 1778. mai. 8. conf. cenſuram in Bibl. critica Amſtel. part. III. pag 113. ſq. — Critica eſt editio et noua recenſio: *Apollonii Rhodii Argonautica* e ſcriptis octo vett. libris, quorum plerique nondum collati fuerunt, nunc primum emendate edidit *Rich. Fr. Phil. Brunck*. Argentor. 1780. 4. et 8. Brunckii coniecturas ſub examen vocauit *Ruhnken* in Epiſt. critica II. ed. ſecundae cum Homerico hymno in Cererem, etque *Ruhnken* exiſtimat, Apollonium Rhodium Argonautica ſua bis edidiſſe. — Anglice verterunt cum notis *Eduard Barnaby Green*, verſibus anglicis, Londini 1780. min. 8. II. voll. et *Franc. Fawkes* cum Coluthi carm. de raptu Helenae, Londin. 1780. mai. 8.

5. Ingenio Apollonium longe ſuperauit Valerius Flaccus, Romanus, in eodem argumento longe multo poſt verſatus. Plus enim artis, curae et ſtudii, quam ingenii in iſto fuit. Praeter ea languidus eſt poeta, qui nec fictione poetica nec varietate iuſta carmen ornare atque illuſtrare et lectorem delectare, et ſecum quaſi abripere valuit.

6. *Fabricii* B. Gr. Libr. III. c. 21. Vol. II. *Dauid Ruhnken* epiſtola II. crit. in Callimachum et Apollonium Rhodium, Lugd. Bat. 1751. 8.

auct. et emendat, cum Homeri H. in Cererem Lugd. B. 1782. mai. 8. vbi p. 203. de eius cognomine Ἤλιος differit. — *Iacobi Tollii* Comparatio Apollonii et Ouidii (Metam. VII.) qua Apollonius vt plurimum praefertur, in *Iani Berkelii* Differt. selectis criti is de poetis graecis et latinis, Lugd. Bat. 1707. 8. p. 387. fqq. — *Iortini* Obff. in Apollon. Rhodium cum B. (Iac. Philipp Dorville) caftigationibus in Mifcell. Obferuat. Vol. IV. Tom. II. pag. 192. fqq. — *I. Fr. Facii* epiftola critica in aliquot Orphei et Apollonii Rhodii Argonaut. loca, Erlangae 1772. 4. — *Georgii d'Arnaud* lectionum graecarum libri duo, in quibus Graecorum fcripta paffim illuftrantur et caftigantur, in primis Hefychii, Arati, Theonis, Oppiani et *Apollonii Rhodii*, Hagae Comitum 1730. 8.

7. Mentionem faciam *Philini*, Agrigentini, hiftorici, circa Olymp. 140. Is Hannibalis caftra fequutus, bellum inter Carthaginienfes et Romanos propter Siciliam geftum fcripfit et memoratur a Cornelio Nepote, vita Hannibal. c. 13. vbi vero a Bofio, Staueren etc. editur *Silenus*, et Bofius adnotat, *Philinum* fcripfiffe *primi* belli Punici hiftoriam: Praeter Voffium de hiftor. gr. v. *Mongitor*. Bibl. fic. II. pag. 167.

§. 50.

AGATHARCHIDES.

1. Floruit circiter inter Olymp. 150. 1 - 173. 2. v. c. 573 — 666. tempore regis Ptolemaei Philometoris fuit adolefcens et fub Ptolemaeo Alexandro, cuius tutor fuerat, fcripfit.

2. Cni-

2. Cnidius; hiſtoricus et philoſophus. Varia ſcripſit, indice Photio, qui cod. CCL. fragmenta quaedam de mari rubro, vel potius de gentibus meridionalibus, in quibus fragm. animalia fuſius, quam plantas, deſcripſit, ſeruauit. Intra annum Varron. 649. et 666. ſcripſiſſe illum, oſtendere ſtuduit *Dodwell* in diſſ. de tempore, quo ſcripſit Agatharchides, §. 3. qui deinde §. 5. an. 649. vel 650. definiuit.

3. Excerpta a Photio cod. CCL. ſeruata graece primus ſeparatim edidit H. *Stephan.* 1557. 8. cum Cteſiae et Memnonis quibusdam et Appiani, cum verſione partim Stephani partim Laurentii Rhodomanni apud *H. Stephanum* 1594. 8. Verſio ſuam habet inſcriptionem: hinc aliquoties ſine textu gr. occurrit. — gr. cum vers. lat. *Rich. Bretti* Oxon. 1597. 8. — graece cum Rhodomanni verſione et notis *Io. Hudſon*, in Hudſoni Geographis graecis minoribus, Oxon. 1698. Tom. I. pag. 1 — 69.

4. Conf. *Fabric.* B. Gr. Libr. III. cap. 8. pag. 208. ſq. *Halleri* Bibl. Botan. T. I. pag. 66. *Saxii* Onom. I. p. 127. *Hageri* progr. de Agatharchide, Chemnit. 1766. 4, et eius Palaeſtram geographic. (Geograph. Bücherſaal,) part. X. p. 719 - 733.

§. 51.

HIPPARCHVS.

1. Floruit intra Olymp. CLIV. et CLXIII.

2. Patria Nicaenus e Bithynia: in Bithynia, et in Rhodo, (vnde quidam inducti ſunt, vt Hipparchum Rhodium a Bithyno male diſtinguerent: nam

nam idem erat,) obferuationes fiderum inftituit, aequinoctia diligenter obferuauit, (et fecundum Plinium in H. N. II. cap. 26. prima obferuatio aequinoctii auctumnalis facta eft Olymp. CLIV. 3. ante C. N. 260. V. C. 592.) et in primis catalogum plurimarum fixarum fecundum longitudinem et latitudinem plurimasque eclipfium vetuftiffimarum obferuationes a tempore Mardocempedi reliquit, aliaque in curfu fiderum primus acute animaduertit.

3. Supereft Commentarius fiue potius crifis in Eudoxi et Arati phaenomena libri 3. liber de Afterismis eft ad verbum paene in Ptolemaei Synaxi VII. p. 172.

4. Graece libri II. in Arati et Eudoxi Phaenom. primum editi funt a *Petro Victorio*, Florentiae in officina Iuntarum 1567. fol. *) (Fabricius fcripfit operarum forfan tarditate, 1561.) — et graece et latine interprete *Dionyfio Petauio*, in eiusdem Vranologio, Paris. 1630. fol. p. 171. fqq.

5. Conf. *I. A. Schmidii* diatriba de Hipparcho et Theone, Ienae 1689. 4. *Fabricii* B. Gr. Libr. III. cap. V. not. 19. Vol. II. *Saxii* Onomaft. liter. tom. I. p. 130. — *Formaleoni* in differtazione fopra i fonti degli Errori nell' anticha Geografia del Marnero, adiuncta vol. II. a pag. 163. Operis: Storia filofofica e politica della navigazione — degli Antichi nel mare nero, opera di *V. A. Formaleoni*, Venet. vol. I. 1788. et vol. II. 1789. mai. 8. — cl. *Mannert* Geographie der Griechen und Römer, tom. I. pag. 95.

§. 52.

*) v. Pinelli Catal. tom. I. n. 1958.

§. 52.

ARISTARCHVS.

1. Floruit a. O. C. 3849. Olymp. CLVI. 1. ante C. N. 154. V. C. 598. ſecundum Hieronymum in Chronico Euſebiano ad Olymp. CLVI.

2. Samothrax, clariſſimus e diſcipulis Ariſtophanis Grammatici; Grammaticus Alexandrinus. Nouam Homeri recenſionem adeo ſeueram vulgauit, pluribus verſibus obelo notatis ac reiectis, vt nomen eius et rigor in prouerbium abirent: ideo a multis notatus.

3. Confer *Fabricii* B. Gr. Libr. II. cap. 2. Vol. I. pag. 364. ſqq. ed. nou. et Vol. VII. Libr. V. cap. 7. pag. 51. — Docta eſt disputatio *M. Chriſt. Laur. Mattheſii* de Ariſtarcho Grammatico, Ienae 1725. 4.

§. 53.

PHILO.

1. Floruit circiter A. O. C. 3852. Olymp. CLVI. 4. ante C. N. 151. V. C. 601.

2. Byzantius, Mechanicus: Eius Mechanicorum libri IV. et V. tantum ſuperſunt, graece ac lat. editi inter Mathemat. vet. Paris. 1693. fol. p. 49. Ei quoque tribuitur de ſeptem orbis ſpectaculis liber, quem primus vulgauit gr. et latine, notisque illuſtrauit *Leo Allatius*, Romae 1640. 8. eſt quoque in Gronouii theſauro antiqq. graec. Tom. VIII. pag. 242.

3. *Fabri-*

3. *Fabricii* B. Gr. Vol. II. Libr. III. cap. 24. p. 589. et *Saxii* Onomaſt. liter. I. pag. 131.

§. 54.

PANAETIVS, qui floruit Olymp. CLVIII. 2. ante Ch. N. 145. V. C. 607. fuit Rhodius, Stoicus philoſophus, a Stoicis tamen aliquoties degenerauit, Africani minoris comes, et Poſidonii magiſter. Eius frequentem facit mentionem Cicero, praeſertim laudat eius de Officiis libros. Confer *Fabricii* B. Gr. Vol. II. Libr. III. c. 15. pag. 406. *Bruckeri* Hiſtor. crit. philoſ. Tom. I. Part. II. pag. 980. — *Carol. Günther. Ludouici* diſſ. Panaetii Iunioris Stoici philoſophi vitam et merita in Romanorum cum philoſophiam tum iurisprudentiam illuſtrat. Lipſiae 1733. (1734. correctum in meo exemplo,) 4. *Seuin* comm. in Mem. de l' acad. Paris. des Inſcr. vol. X. pag. 75. ſqq.

§. 55.

BION, Smyrnaeus, et MOSCHVS, Syracuſanus.

1. Illa quoque aetate poetae hi bucolici clari fuiſſe videntur. cl. *Manſo* tamen Bionis aetatem confert Olymp. 124. Moſchus vero Ariſtarchi, paullo ante memorati, fuit diſcipulus, teſte quidem Suida, idemque Bionis mortem in carmine quodam defleuit. At *Manſo*, repudiato Suidae teſtimonio, Moſchum quoque, Bionis aequalem, ad huius aetatem refert.

2. Illo-

2. Illorum Idylliorum reſtant quaedam fragmenta, quaedam ſunt integra.

3. Olim Theocrito fuerunt adſcripta eiusue idylliis immixta. vide ſupra Theocritum; vbi quaedam edd. iam recenſitae ſunt. His addantur: *Moſchi* et *Bionis* idyllia, graece et latine, cum ſcholiis: acceſſit *Phanoclis* elegia, et alia Propertii, curante *Adolpho Mekercho*, Brugis 1564. 4. — inter *H. Stephani* poetas graecos her. carminis 1566. fol. Tom. II. pag. 279. ſqq. exemplum fere fuit baſis editionum, quae conſequutae ſunt. — Diſceſſit tamen interdum *Vrſinus* in collectione carm. IX. illuſtrium foemin. Antwerp. 1568. 8. — inter Opera georgica, bucolica, gnomica gr. et lat. Paris. 1627. 8. et ſaepius. — *Muſaei, Moſchi et Bionis*, quae exſtant, omnia, quibus acceſſere quaedam ſelectiora *Theocriti* Eidyllia — autore *Dauide Whitfordio*, Londini 1659. 4. — *Bionis et Moſchi* Idyllia ex recenſione *Nicolai Schwebelii*, Norimbergenſis, cum eiusdem animaduerſionibus (raro criticis, pluries grammaticis atque antiquariis,) accedunt Vrſini, Vulcanii, Stephani, Scaligeri, Caſauboni, Heinſii, Xylandri, Palmerii, Longapetraei notae, vt et verſiones metricae, gallica Longapetraei et latina Whitfordi, Venetiis 1746. 8. — *Longepierre* edidit illa gr. et cum gallica verſione metrica ſuisque obſeruationibus egregiis, Paris. 1686. 12. rec Amſterdam. 1688. 8. et Paris. 1691. Huius verſionem notasque francice ſcriptas ſubiunxit Schwebelius ſuae editioni. — Longapetraei notas fere omnes in latinum transtulit, ſed ita vt, quae ille ex veteribus adlata imperfecte citaſſet, diligenter inquireret atque indicaret, *Io. Heskin* in nitida,

ſplen-

ſplendida atque egregia ſua *Bionis et Moſchi* editione, Oxonii 1748. 8. — cum notis integris Fuluii Vrſini, Bonau. Vulcanii, Henrici Stephani Ioſephi Scaligeri, Iſaaci Caſauboni, Dan. Heinſii, Guil. Xylandri, Iac. Palmerii, nec non ſelectis Longopetraei, Nicolai Schwebelii et Io. Heskin curauit *M. Io. Adam Schier*, Lipſiae 1752. 8. Indicem omnium editionum praemiſit. — Diligenter quoque recenſuit et dedit illa *Brunck* in Analectis vet. poet. graecorum, Vol. I. pag. 383. ſqq. E codd. et Aldina editione vulgatas lectiones ſaepe mutauit. — Quaedam dedi atque illuſtraui in Anthologia mea graeca poetica p. 104. ſqq. et pag. 256. ſqq. adieci vberiorem explicationem et comparationem Idyll. II. Moſchi. — Poſtea ipſe edidi *Bionis Smyrnaei et Moſchi Syracuſani quae ſuperſunt, cum notis Ioannis Heskin integris aliorumque ſelectis* et meis, gr. et lat. Erlangae 1780. 8. — Nouiſſima editio eſt Βιων και Μοσχος. *Bion und Moſchus von I. C. F. Manſo.* Gothae 1784. 8. cl. *Manſo* textui graeco, accentibus deſtituto, adiecit verſionem metricam theotiſcam, genere heroico, ſiue potius bucolico, tum notas varii generis eruditas. Praemiſit duas doctas commentationes in quarum priore agit de aetate atque vita Bionis ac Moſchi, et pag. XLII. ſqq. de tempore, quo poetae *Sicelides*, ſ. *Aſclepiades*, *Lycidas* et *Philetas*, (apud. Moſchum II. v. 94—97.) vixerunt: in poſteriore autem comment. copioſe docteque diſſerit de Bionis et Moſchi carminibus, eorumque indole, de editionibus et verſionibus, denique de ſua verſione. — In codice Gudiano, nunc Guelferbytano, qui plura continet Libanii ſcripta, ſunt varia *Moſchi* idyl-

idyllia cum graecis ſcholiis, quae ſcholia Leſſing non reperit in Moſchi editionibus. Praeter ea adnotare iuuat, Moſchi carmen, *amor fugitiuus*, a multis imitatione expreſſum eſſe. vide *Menagium* ad Amintam Taſſi v. 32. et *Burmann* II. ad Propert. III. 22, 21. pag. 696.

4. Vterque dorice, et ſuauiter iucundeque cecinit: at naturali pulcritudine et ſimplicitate cedit Theocrito. Iudice Ramlero, Theocriti idyllium natum quaſi eſt in ſilua quadam aut prato; Moſchi in vrbe; Bionis autem paene in theatro. Sed compara iudicium Manſonis ſobrium atque acutum pag. LXIV. ſqq.

5. Quum cenſor quidam *) in Nouis Actis eruditorum 1751. Dec. p. 699. acrius et iniquius iudicaſſet de editione Schwebelii, hic ſcripſit *Refutationem cenſurae ineptae*, quam Anonymus quidam cenſor Actis Eruditorum Lipſienſibus aduerſus Bionis et Moſchi Idyllia inſerendam curauit, Noribergae (v. quae de hac controuerſia ſcripſi in vita Schwebelii Vol. II. de vitis philologorum noſtra aetate clariſſimorum pag. 121. ſq.) conf. *Fabricii* B. G. Vol. II. Libr. III. cap. 17. pag. 441. et 444. ſq. *Io. Georg Guil. Koeleri* (in praeſenti praeconis verbi diuini in pago quodam Onoldino,) commentatio critica de quodam Bionis loco et noua eiusdem editione, Ienae 1771. 4.

§. 56.

*) Reiskius fuiſſe dicebatur: ſed ille ipſe dubitauit, nec tamen, quoniam reminiſci non poterat, omnino negauit in vita ſua, ab vxore illius doct. edita pag. 52. ſq.

§. 56.

POLYBIVS.

1. Natus Olymp. CXLIII. 4. mortuus eſt Olymp. CLXIV. 2. LXXXII. annum agens.

2. Ortus Megolopoli in Arcadia, patre Lycorto, praetore Achaeorum: adoleſcens a Philopoemene, in militia verſato et celebri homine, artem didicit militarem. Poſtea honoribus in patria ampliſſimis ac legatione ad Ptolemaeum Epiphanem Ol. CXLIX. 4. functus eſt. Is vero cum aliis quum non ita multo poſt, Olymp. CLIII. 2. rerum nouarum Romanis videretur ſuſpectus, Romam delatus eſt: quae quidem res hiſtoriae inſigniter profuit: nam in notitiam et familiaritatem hominum illuſtrium, in his Scipionum, venit. Cum Scipione iuniore Africam contendit, et euerſioni atque exciſioni Carthaginis interfuiſſe traditur. — Olymp. CLVIII. 3. ante C. N. 144. V. C. 608. vidit Corinthum a Mummio incenſam. Vt vero hiſtoriam curate concinnaret, Aegyptum, Gallias, Hispanias adiit et Alpes mariaque traiecit. Idem Scipio vſum librorum cenſualium, et aliorum publicorum monimentorum illi parauit. In Achaia denique res et leges conſtituit, atque ciuibus ſuis Romanos reconciliauit et amicos reddidit. Poſt mortem Scipionis, qui illi multum in ſcientia militari debuit, in patria vltimos vitae ſex annos omnibus iucundus gratusque transegit.

3. Scripſit Hiſtoriarum de rebus toto fere terrarum orbe per annos LIII. geſtis ab initio belli Punici ſecundi vsque ad Perſen, vltimum Macedonum regem, a Romanis victum. Atqui quoniam

niam omnium gentium, quibuscum Romani rem habuerunt hiſtoriam in libris XXXX. perſequutus eſt, inſcripſit opus ſuum, ἱϛορίαν καθολικήν. Ex quadraginta tamen illis libris hodie ſuperſunt quinque priores integri; excerpta vero ex libris VI. vsque ad XVII; tum excerpta de legationibus; item de virtutibus ac vitiis, iuſſu imperatoris Conſtantini Porphyrogeneti decimo ſaeculo facta, et multa alia fragmenta: quaedam adhuc inedita fragmenta latere in bibliothecis Vindobonenſi et Auguſtana, putauit Fabricius: ſed vide *Erneſti* in praef. p. XIV. inprimis *Schweighauſer.* praef. ad vol. II. pag. X. ſqq. et de Vindobonenſib. codd. *Schellhorn* amoen. litter. tom. V. p. 110 —113.

4. Primum Nicolaus Perottus eos libros, quos integros habemus latine vertit: Graece vero primus edidit *Vincent. Obſopoeus* Hagenoae 1530. min. fol. adiuncta Nic. Perotti, epiſcopi Sipontini interpretatione latina. Quae vel manifeſte vitioſa eſſent, vel ei tum viderentur, pro facultate correxit; et quae correctiones certae viderentur, in textum intulit, ceteris, in quibus dubitatio ſupereſſet, in margine poſitis.*) — Sequuta eſt editio Baſileenſis ex Ioan. Heruagii officina, cui praefuit *Arlenius*, graece cum ſeparatim adiecta verſione Nic. Perotti, item ſequentium Epitome vsque ad decimum ſeptimum, *Wolfg. Muſculo* interprete 1549. fol. Editio haec eſt priore ex codice quodam correctior, excerpta librorum duodecim a ſexto ad ſeptimum decimum ex cod.

 ſcripto

*) Plenius egit de editt. cl. *Schweighäuſſer* in praef. ad I. vol. ſuae editionis.

ſcripto accepit: alia antea a Lazaro Bayſio et Iano Laſcari publicata fuerunt: et cum codice Auguſtano contulit Xyſtus Betuleius in gratiam Muſculi. Operarum vitia ſunt multa. — Poſtea alia excerpta *Vrſinus* typis excudi fecit in libro raro, cuius eſt epigraphe: Ex libris Polybii Megapolitani ſelecta de legationibus et alia, nunc primum in lucem edita (graece) ex bibliotheca Fuluii Vrſini, Antwerp. apud Chriſto. Plantin. 1582. 4. alia quoque Polybii fragmenta; tum notae, vel criticae, vel Liuium cum Polybio comparantes, et emendationes editionis Baſilienſis reperiuntur in hoc volumine. Caſaubonus vero recepit illa Excerpta ex codice Schotti auctiora facta, in editionem ſuam. — Alia dein excerpta, quae vocantur quoque *Peiresciana*, e codice, qui *Nicolai Fabricii Peirescii* fuit, in lucem protraxit *Valeſius*, et inſcripſit librum: Polybii excerpta ex collectaneis Conſtantini Auguſti Porphyrogenetae. *Henricus Valeſius* nunc primum graece edidit, latine vertit, notisque illuſtrauit, Paris. 1634. 4. — Melius de libris ſuperſtitibus et auctis fragmentis meruit *Iſaacus Caſaubonus* in editione ex MSS. ex ſua etiam coniectura emendata cum verſione ſua latina: acceſſit *Aeneae* vetuſtiſſimi Tactici commentarius de toleranda obſidione, quem Caſaubonus primus vulgauit, latine fecit et notis illuſtrauit, Paris. 1609. fol. quaedam exempla habent in fronte, nullo vrbis nomine adiecto, typis Wechelianis apud Claud. Marnium et haeredes Aubrii, MDCIX. — Commentariorum in fronte libri promiſſorum pars poſt Caſauboni mortem, Paris. 1617. 8. lucem vidit. — Textum hunc et vitia quoque operarum typographicarum reddidit, in con-

consilium potius aduocatus, *Iac. Gronouius*, et addidit Excerpta Peiresciana, notas vtriusque Casauboni, Fulu. Vrsini, Henrici Valesii, Iac. Palmerii et suas, in quibus modo textum ipsum, modo versionem castigat, interdum res et verba illustrat, Amstel. III. tom. 1670. 8. — Hanc Gronouianam editionem typis repeti iussit, et praefatione, in qua de editionibus superioribus, de stilo et artificio Polybii diligenter egit, Glossarioque Polybiano auxit *I. Aug. Ernesti*, (qui quidem non ceperat consilium edendi Polybii; sed a librario tantum rogatus erat, vt institutum regeret, et praefatione ornaret hanc editionem,) Lipsiae et Vindobonae 1763—1764. III. Voll. in 8. Quaedam tamen haec editio habet ornamenta, quae prae Gronouiana illam commendent. Quae enim manifeste vitiosa, aut inscitia typothetarum et praua interpunctione in exemplo tam Casauboniano, quam Gronouiano corrupta erant, ea sunt vt plurimum feliciter mutata: Notae virorum doctorum volumini suae cuique adiectae: praefationibus addita est Valesiana ad Excerpta Peiresciana. Glossarium vero est praecipuum subsidium ad intelligentiam Polybii, et reliquorum, qui hunc fere imitati sunt, auctorum. Futuro tamen editori multa superfuisse, vbi vim ingenii, aciem iudicii et litterarum graecarum copiam ostendere posset, suo exemplo praeclare monstrauit cel. *Schweighäuser*, Professor Argentoratensis, cuius nouae editionis ac recensionis, e libris scriptis editisque concinnatae, haec est: *Polybii Megapolitani Historiarum quidquid superest. Recensuit, digessit emendatiore interpretatione, varietate lectionis, adnotationibus, indicibus illustrauit Ioan. Schweig-*

Schweighäuser, gr. et lat. tom. I. lib. I. II. et III. Lipſiae 1789. mai. 8. — tom. II. lib. IV. et V. cum reliquiis librorum V. et VII. ib. eod. anno. — tom. III. reliquiae librorum VIII — XVI. ib. 1790. — tom. IV. reliquiae librorum XVII — XL. eod. anno. Reliqua cum commentariis vberioribus ſequentur.

5. Si quis veterum hiſtoricorum pragmaticam, quam dicunt, concinnauit hiſtoriam, is fuit Polybius. Cauſſas enim bene explicuit vel caſus, vel ſapientiae vel temeritatis, vbique interpoſito iudicio: veri honeſtique amator et laudator, acerque vitiorum ſcelerumque inſectator. Locos ideo communes, interdum longiores, intexuit narrationis filo. E publicis monumentis aut fide dignis hiſtoricis, et, qui rebus interfuiſſent, hominibus hauſit enarrationem, quam ad vſum vitae et reipublicae bello ac pace efficeret. De dictione Polybiana optime iudicat Erneſti; qui in praefatione pag. XXIV. „ea longe diſcrepat, inquit, ab Atticorum elegantia, et in verborum ſingulorum vſu delectuque et in ſtructura. Multa noue dicta, et forma verborum et ſenſu et ſtructura; poetica mixta proſaicis, Attica vulgaribus et philoſophica hiſtoricis ac popularibus, quaedam etiam latinismum redolentia. In his multa fluxiſſe e conſuetudine popularium, inter quos olim vixiſſet, item Graecorum vniuerſorum et Graecismo, qui ab Macedonici imperii per Alexandrum conſtituti temporibus inualuiſſet, ſublata Athenienſium libertate et potentia, non dubitem: ſed ſunt etiam, quae ſua ſponte adſumta e Philoſophis, Ariſtotelicis in primis et Stoicis. Iis aditum dedit conſilium hiſtoriae pragmatice tractandae et ſuper

rebus

rebus hiſtoricis quodam modo philoſophandi, denique omnium rerum quoddam quaſi corpus, quod a certis principiis ductum eſſet, conſtruendi: quamquam etiam temere potuere ſcholae verba irrepere in orationem eius, qui orationem ad formam certam et argumento propriam conformare nec didiciſſet, nec diſcere curaſſet, magis rerum cognoſcendarum tradendarumque, vt olim gerendarum, quam verborum ad Grammaticorum et Rhetorum praecepta vſurpandorum curioſus. Haec igitur cognita habere oportet et ad Polybium intelligendum, et ad eos, qui poſt ſcripſere. Nam quum Polybius ab omnibus iis, qui hiſtoriam tractare cuperent, in primis legeretur: ex eo adſciuerunt illas formas dicendi, quibuscunque non ſtatutum eſſet, priſtinam illam Atticam formam exprimere, quod Arrianum, Herodianum ſtuduiſſe in promtu eſt. Itaque multa inde ad Ioſephum, ad Dionyſium Halicarn. in primisque Diodorum Siculum, etiam Caſſium Dionem fluxere, in quibus legendis plurimum adeo prodeſt, Polybianam graecitatem accurate tenere; quod nos etiam in Lexico noſtro, his ſubinde comparandis, indicauimus." Hactenus Erneſti. Dictio Polybiana quam vtilis eſſe poſſit ſacrarum litterarum interpreti, notum eſt, et ſatis demonſtratum *a Georgio Raphelio* in Annotationibus philologicis in Nouum Teſtamentum ex Polybio et Arriano collectis, Hamburgi 1715. in 8.

6. Huc etiam referendi ſunt libri quorumdam ad intelligentiam rei militaris. De Romanorum militia et caſtrorum metatione liber, ex Polybii hiſtoriis (libr. VI. excerpt. cap. 17—40.) per *A. Ianum Laſcarem* excerptus, et ab eodem la-

tinitate donatus, ipſo etiam Graeco-libro adiuncto etc, — Baſil. 1537. 8. edente Io. Oporino. — cum notis et animaduerſionibus *Ratbodi Hermanni Schelii*, cum eiusdem Hygino, Amſtel. 1660. 4. et in Theſauro Antiqq. rom. I. Georgii Graeuii Tom. X. — *Iuſti Lipſii* de militia Romana libri quinque, commentarius ad Polybium, e parte prima hiſtoricae facis, Antwerpiae ex officina Plantiniana 1596. 4. Conf. Caſauboni epiſt. 21. ad Bongarſium. — *Hiſtoire de Polybe*, nouvellement traduite du Grec par *Dom. Vincent. Thuillier*. Avec un Commentaire, ou un Corps de Science militaire enrichi de notes critiques et hiſtoriques etc. — par M. *Folard* Tom. I — VI. Paris 1727. 4.*) quod opus poſt eius mortem typis renouatum et ſupplemento locupletatum eſt, Amſtel. 1753. Tom. I — VII. in 4. Folardum tamen multorum errorum accuſauit *Carolus Guiſchard*, ſiue *Quintus Icilius*, dux poſtea in exercitu regis Boruſſorum, in Memoires Militaires ſur le Grecs et les Romains, ou l' on a fidelement retabli ſur le texte de Polybe et des Tactitiens Grecs et Latins la plupart des Ordres de Batailles et des grandes Operations de la Guerre, qv'on explique ſuivant les principes et la Pratique conſtante des Anciens, en relevant les Erreurs du Chevalier de Folard et des autres Commentateurs. On y a joint une Diſſertation ſur l' Attaque et la Defenſe des

*) conf. *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürdigen Büchern, tom. III. pag. 428. ſqq. vbi quoque pag. 421. ſq. ed. Hagen. 1530. pag. 422. ſq. ed. Grouou. pag. 425. Verſio *Ludou. Domenici* italica, correcta denuoque edita a *Iul. Lando*, Veronae, 1741. et 1743. III. tom. mai. 4. deſcribuntur.

des Places des Anciens: la Traduction d' Onosander, et celle de la Tactique d' Arrien et l' Analyse de la Campagne de Jules César en Afriqve avec des Notes critiques et des Observations militaire, repandues dans tout le Cours de l' ouvrage par *M. Guischard etc.* à la Haye 1757. 4. II. Tom. et epigraphe contracta, in qua omittitur, Folardi errores detectos esse: Memoires — Romains, pour servir de svite et éclaircissement à l' histoire de Polybe, commentée par le Chevalier *Folard*, avec une dissertation sur l' Attaque etc. II. Voll. à Lyon 1760. 8. Confer eiusdem Memoires critiques et historiques sur plusieurs point d' Antiquités militaires par *Charle Quischard*, nommé *Quintus Icilius*, Colonel d' Infanterie au service du Roi de Prusse, Berolini 1774. Voll. 8. Adde *Fabricii* B. Gr. Vol. II. Libr. III. cap. 30. *I. Iac. Reiskii* Animaduersionum ad graecos auctores vol. quartum, quo Polybii reliquiae pertractantur, Lipsiae 1763. 8. librum interpreti et futuro Polybii editori, admodum vtilem; eiusdem ad sua Polybiana praefationem, in qua de fide et editoribus Polybii superioribus diligenter et copiose disputat, in vol. quinto Animaduersionum etc. pag. 757. sqq. — *Car. Christo. Foersteri* lib. in quo locos quosdam Polybii a latinis interpretibus Liuio, Casaubono, et Valesio perperam translatos proposuit et examinauit, subiunctis Animaduersionibus I. Iac. Reiskii ad libellum Plutarchi de tarda Numinis ira, Lipsiae 1755. 8. — *Lectiones Polybianae* msc. cod. Augustani. —— accesserunt et alia ad Polybium spectantia. Argentorati 1670. 4. auctore *Io. Henr. Boeclero.* — codicem mst. Tubingensem diligenter descripsit ex eoque lectio-

nes varias enotauit cl. *Ierem. Dauid Reuſſ*, (in praeſenti Prof. Gottingenſis,) in Beſchreibung einiger Handſchriften aus der Univerſitäts Bibliothek zu Tübingen, Tubingae 1778. 8.— De verſione *Guil. Xylandri* germanica Baſil. 1574 fol. v. *Baumgartenii* Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth. tom. VIII. pag. 182. ſqq. Transtulit quoque *Polybii* libros in linguam teutonicam, cum interpretat. et animaduerſſ. Follardi, anonymus quidam, Vindobonae 1759. mai 4. cum tabb. aen. Vertit quoque Polybium addiditque ex Follardi et Guiſchardi operibus excerpta, cl *D. C. Seybold*, Lemgou. 1783. IV. partes. 8. — Anglice, *Hamton*. Londin. 1756. 4. — *Polybii* fragmenta ad expeditionem Antiochi M. arabicam pertinentia ex Suida collegit *Schweighäuſer* in diſſ. Emendatt. et obſeruatt. in Suidam faſcil. I. pag. 19. ſqq. Argentor. 1789. 8.

§. 58.

NICANDER.

1. Floruit tempore Attali, Pergami regis, qui ſceptra tenuit ab Olymp. CLV$\frac{3}{4}$. ad Olymp. CLX$\frac{3}{4}$.

2. Colophone, Ioniae vrbe, ortus; Damnaei filius, medicus, grammaticus et poeta. In Aetolia quoque verſatus eſt, atque de rebus Aetolorum, ſitu plantisque regionis ſcripſit; qui vero commentarii aeque ac carmen, *Georgica* (v. Cic. de Orat. I. cap. 16.) aliaque vi et iniuria temporis perierunt.

3. Ad

3. Ad noſtram aetatem peruenerunt duo carmina heroica: 1) θηριακὰ ſiue de beſtiis venenatis et aduerſus illas remediis. 2) ἀλεξιφάρμακα, de remediis aduerſus venena. In vtrumque graeci critici ſcholia ad hiſtoriam medicinae et veterum auctorum vtilia ſcripſerunt.

4. Primum prodierunt cum ſcholiis graecis margini ſtatim adſcriptis ex Aldi officina 1499. ad calcem Dioſcoridis. fol. — recuſa cum graecis ſcholiis et expoſitione ponderum, menſurarum, ſignorum et characterum in aedibus Aldi et Andr. Aſulani 1522. et ſeparatim ſcholia 1523. 8. — tum opera *Io. Soteris*, cum ſcholiis, Coloniae 1530. 4. ibid. gr. et lat. ex interpretatione *Ioan. Lonice-ri*, cum ſcholiis graecis et adnotatt. 1531. 8. — Alexipharmaca cum *Io. Gorraei* verſione et notis, Paris. apud Vaſcoſan. 1549. 8. — Theriaca gr. et latine ex interpretatione et cum annotatt. *Io. Gorraei*, Paris. 1556. 4. apud Morell. ſeparatim ſcholia auctoris incerti vetuſta in Theriaca, et diuerſorum auctorum in Alexipharmaca: tres hi tomi ſeorſum editi vnam efficiunt editionem, Paris. apud Morel. 4. anno 1557. ſingulis praefixo. v. *Hamberger* in kurzen Nachrichten etc. Tom. I. pag. 189. — Vtrumque Nicandri carmen cum Io. Gorrhaei latinis verſibus, italicis vero Ant. Mariae Saluinii, et graeca Eutecnii Sophiſtae Metaphraſi ex bibliothecis Florentina et Vindobenenſi primum edita, recenſuit *Angel. Maria Bandinius*, Florentiae 1764. 8. Is quoque ſupplementum metaphraſeos Eutecnii e codice Florentino dedit in Catalogo biblioth. Laurent. Tom. III. pag. 330. — Nouam editionem parat cl. Schneiderus.

5. Facul-

5. Facultatem poeticam in eo iam Cicero loco mem. laudauit. Longam, inconditam, et nullius fidei farraginem esse, ait Hallerus. *Theodosius Alexandrinus* in scholiis ineditis ad Dionysium Thracem, apud *Fabric.* B. Gr. lib. II. cap. VIII. §. XI. de Hesiodi aspide, *Nicandri* Θηριακὰ, vti ἀσπὶν Ἡσιόδȣ aliorum esse poetarum adfirmauit.

6. Conf *Fabricii* B. Gr. Vol. II. Libr. III. cap. 26. ac Vol. XIII. pag. 345. et *Ioann. Caroli Zeune* Animaduersiones ad Nicandri carmen vtrumque, Vitebergae 1776. 4. collata S. censura in noua bibliotheca philologica, part. II. Lipsiae 1777. pag. 322. sqq. et *Alberti von Haller* Bibliothec. botanicam, Tom. I. p. 54. sqq.

§. 59.

APOLLODORVS.

1. Floruit circiter a. O. C. 3860. Ol. CLVIII. 4. ante C. N. 143. V. C. 609. a pluribus eiusdem nominis scriptoribus distinguendus.

2. Atheniensis, Asclepiadae filius, Grammaticus, Aristarchi grammatici; item Panaetii Rhodii, et Diogenis Babylonii, philosophorum Stoicorum, discipulus. Scripsit Chronicon, Attalo secundo Philadelpho, Pergami regi, Olymp. CLX. 3. mortuo, dicatum, et quod vsque ad annum ab Ilii excidio 1040. h. e. Olymp. CLVIII. 4. perduxit.

3. Ex scriptis illius peruenerunt ad nos *bibliothecae libri tres*, (siue pars altera operis) in quibus aeuum μυθικὸν, siue traditiones et genealogiae

giae fabulofae veterum poetarum, praecipue Cyclicorum, de diis et heroibus ad Troiana vsque tempora enarrantur. Atque Salmafius ad Solinum pag. 847. Apollodori bibliothecam effe Epitomen Cycli Epici opinatur. Fuerunt tamen, qui putarent, opufculum illud vel plane indignum Apollodoro videri, vel epitomen effe ex libris XXIV. Apollodori περὶ θεῶν concinnatam: quorum tamen opinionem abunde deftruxit Thom. Gale.

4. Apollodori, Athenienfis, bibliotheces, fiue de deorum origine, tam graece, quam latine, luculentis pariter ac doctis annotationibus illuftrati et nunc primum in lucem editi libri III. *Benedicto Aegio*, Spoletino, interprete. Acceffit *Scip. Tetti* de Apollodoris commentarius, Romae 1555 8. Prima haec editio e pluribus codd. concinnata eft et emendata. — Tum plures MSStos, praecipue Palatinos codd. confuluit, et textum ad illos caftigauit *Hieronymus Commelinus*, qui varias lectiones adiecit, gr. et latine, ex officina Commel. 1599. 8. — Hanc excepit editio *Tanaquilli Fabri:* (critici audacioris, at fagacis,) cum Aegii Spoletini verfione emendata et notis quibusdam graeca potiffimum caftigantibus, Salmurii 1661. 8. — Commodiorem, libris in capita diuifis, et criticam dedit Apollodori editionem cum Aegii verfione a Fabro emendata et breuibus notis *Th. Gale*, in hiftoriae poeticae fcriptoribus antiquis, Paris. 1675. 8. — Duo priores libros, emendationibus Gale indubitatis in textu repofitis, fubiunctaque noua fere verfione recepit Kirchnerus in Collectionem nouam ex Apollodori bibliotheca, Luciani dialogis mortuo-

rum

rum et Demosthenis orat. de Pace, Halae Magdeb. 1762. 12. — Optima est editio a cel. *Heynio* ad codd. msst. fidem recensita, doctissimisque commentariis illustrata, Gottingae 1782. min. 8. III. tom. — Textus gr. repetitus est ex Heyniana recensione gr. cum indice graeco-germanico, cura *K. H. Ioerdens*. Berol. 1789. 8. — cl. *Schow*, Danum, Apollodori bibl. e codd. italicis emendatiorem esse editurum accepi.

5. Iudice *Strabone* lib. I. pag. 76. B. Almelou. Apollodorus a Demetrio Scepsio ad quosdam errores ductus est. Interea, ad cognoscendas veterum de diis et heroibus fabulas, atque adeo ad bene multa loca veterum intelligenda liber, quem ingeniosissimum et elegantissimum dicit Scaliger, est perutilis.

6. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. II. Libr. III. cap. 26. sect. 1. sqq. qui multos alios praeter ea laudat in eodem argumento versatos — *Gerard Iac. van Swinden* in Specimine nouae editionis Apollodori et commentarii ad eum, in Miscell. Obss. nouis Tom. III. pag. 37—99. spem nouae editionis egregiae fecerat, sed, fata praematura eam ademerunt. Eius tamen adparatum cum aliis subsidiis egregiis nactus est cl. Heyne. — Bibliothek des Apollodorus, aus dem Griechischen übersetzt von *I. G. Meusel*, Halae Sax 1768. 8. — *Chr. Guil. Mitscherlich* epist. critica in Apollodorum ad V. Ill. C. G. Heyne. Gotting. 1782. 12.

§. 60.

§. 60.

MELEAGER.

1. Vixit circiter A. O. C. 3907. Ol. CLXX. 3. ante C. N. 96. V. C. 656.

2. Gadarenus, Syrus, qui ex diuersis antiquitatis sex et quadraginta scriptoribus epigrammatum decerpsit flores, et *Coronam*, (hoc nomine suam collectionem ipse insigniuit,) inde texuit.

3. Anthologiarum graecarum fata iam supra §. vltimo Prolegomenorum commemoraui. Plura vide apud *Fabricium* in B. Gr. Vol. II. libr. III. cap. 28. *Reiske* in praefat. ad Anthol. Graecam pag. XII. et in Notitia poetar. Anthologic. p. 185. et 231. sq. *Brunck* in praefatione ad Analecta poet. gr. Meleagri Gadareni in Ver idyllion, *Io. Baptista Zenobettius* primus (graece) edidit et illustrauit, Romae 1759. 4. — Idem *Meleagri idyllium in Ver* seorsim edidit atque interpretatus est *Albert. Christ. Meineke*, Conrector scholae Osterod. Gottingae. 1788. m. 8. — Idem V. D. e recensione Brunckii cum commentario euulgauit Μελεάγρȣ τὰ σωζόμενα, Lipsiae 1789. 8. Quaedam aliter explicantur in censura libelli in Ephem. litt. Noriberg. a 1789. plag. 84. m. Octobr. et Annal. liter. Helmstad. mens Iul. 1789. pag. 22. sqq. — Docta est et erudita editio, in qua ordo carminum non is est, quem constituerat Brunck; sed secundum argumenta epigrammatum factus: Μελεάγρȣ τὰ σωζόμενα. *Meleagri reliquiae. Lectionis varietatem, versionem metricam et commentarium perpetuum adiecit I. C.*

F,

F. Manſo. Ienae 1789. mai. 8. Laudatur, ſubiectis aliquot emendationibus in Nouis ephemer. Lipſiens. 1789. nr. 74. Gottingens. nr. 88 an. 1789. Anal. litt. Helmſtad. m. Octob. 1789. pag. 296. ſqq — Adde *Herder* in zerſtreut. Blättern. tom. I. pag. 102. et *Caroli Gottlob Sonntag* hiſtoriam poeſeos graecae breuioris ab Anacreonte vsque ad Meleagrum ex anthologia graeca adumbrata. Lipſiae 1785. 8.

§. 61.

EZECHIEL.

1. Iisdem circiter, quibus Meleager vixit, annis vindicant quidam *Ezechielem*, Iudaeum, forte Alexandrinum, poetam tragicum.

2. Scripſit Tragoediam, ἐξαγωγὴν, ſiue eductionem Hebraeorum ex Aegypto; cuius pauca fragmenta ſeruarunt patres eccleſiaſtici.

3. Illa collegit *Frider. Morellus*, et prima epigraphe eſt: *Ezechielis*, tragici iudaicarum hiſtoriarum poetae, eductio ſeu liberatio Hebraeorum, tragoedia ſacra, exodo reſpondens, ex libr. IX. Euſebii Pamph. de Praeparat. euangelica ſelecta et plerisque in locis caſtigata, Paris. 1590. 8. tum ibid. eod. anno cum verſione metrica et notis Fed. Morelli; et alibi.

4. v. *Fabricii* B. Gr. Vol. II. Libr. II. cap. 19. pag. 305. *Saxe* Onomaſt. liter. I. p. 143.

§. 62.

§. 62.

SCYMNVS.

1. Circiter A. O. C. 3915. Olymp. CLXXII. 3. ante C. N. 88. V. C. 664.

2. Chius, poeta et geographus.

3. Scripſit περιήγησιν, ſ. orbis deſcriptionem, carmen iambicum, Nicomedi III. Bithyniae regi dicatum, quod olim Marciano Heracleotae perperam tributum fuit.

4. Primus edidit graece ex codd. Palatino et Caſauboniano *Dauid Hoeſchel*, cum notis in Geographicis Aug. Vind. 1600. 8. pag. 1. ſqq. — gr. et lat. a *Fed. Morello*, Paris. 1606. 8. — tum cum interpretatione latina et notis *Eraſmi*, Pauli filii, *Vindingii*, Hafniae 1662. 12. — denique cum interpretat. latina Eraſmi Vindingii, eiusdem et Io. Hudſon notis, fragmentis a Luc. Holſtenio collectis et Henr. Dodwelli diſſ. de Scymno: in *Hudſoni* Geogr. min. graecis, Vol. II. pag. 9. ſqq.

5. v. *Fabricii* B. Gr. Vol. III. Libr. IV. c. 2. §. 9.

§. 63.

GEMINVS.

1. Secundum *Saxii* V. C. rationes vixit circiter A. O. C. 3937. Olymp. CLXXVIII. 3. ante C. N. 66. V. C. 686. Secundum Petauii calculos ſcripſit Olymp. CLXXV. 4. ante C. N. 77.

2. Rhodius, Aſtrologus, aequalis Pompeii, Ciceronis, et Poſidonii, ortu Apameenſis, Syri, habitatione Rhodii, ſed iam ſenis, cuius *μετεωρολογικὰ* Geminus in epitomen redegiſſe dicitur a Simplicio.

3. Exſtat Gemini libellus inſignis *εἰσαγωγὴ εἰς τὰ Φαινόμενα* ſiue *Elementa Aſtronomiae.*

4. Hanc Introductionem edidit *Edo Hildericus* cum ſua verſione Altdorf. 1590. 8. recuſ. Lugd. Batau. 1603. 8. e duobus codd. emendatiorem dedit illam *Petauius* cum verſione Hilderici ſuisque notis in Vranologio, Paris. 1630. pag. 1. et Amſtel. 1703. fol.

5. v. *Fabricii* B. Gr. Libr. III. cap. 5. ſect. 20. Vol. II. et *Saxii* Onomaſt. litter. I. pag. 146. ſq.

§. 64.

DIONYSIVS, Thrax.

1. Eorum forte temporum fuiſſe, ſuſpicatur cl. *Saxe* p. 147. tom. I.

2. Ariſtarchi diſcipulus,*) et Romae tempore Pompeii M. docuit ſecundum Suidam h. v. Tom. I. pag. 898. ed. Kuſteri, qui laudat Meurſium in Rhodo pag. 95. et 96. Teſte eodem Suida fuit Alexandrinus, (Thrax vero a patre Tero) Terus cognominatus, et multa ſcripſit.

3. Ar-

*) Num autem Dionyſius, auctor *τέχνης* grammaticae, idem fuerit, qui erat Ariſtarchi diſcipulus, aut num illud opuſculum ſit genuinum, iam veteres dubitarunt, narrante ſcholiaſte ad illud in *Fabric.* B. Gr. tom. VII p. 25.

3. Artem eius Grammaticam primus vulgauit *I. Alb. Fabricius* in B. Gr. Libr. V. cap. 7. §. 13. vbi de noſtro quoque agit. — Ea, quae Fabricius euulgauerat, cl. *Villoiſon* cum cod. Veneto ad D. Marc. contulit pluraque correxit in Anecdotis graecis, tom. II. pag. 99. ſqq. Idem multus eſt de noſtri grammatica veteribusque in illam ſcholiaſtis, deditque paſſim ſpecimina a pag. 101 — 188 adde eiusdem V. D. Prolegom. ad Homerum ed. Venet. pag. 39. et *Burmann.* II. ad Valeſii Emendationum Libr. etc. pag. 145. ſqq.

§. 65.

M. IVNIVS BRVTVS.

Romanus, hiſtoricus et philoſophus, et interfector Caeſaris, periit vero Olymp. CLXXXIV. 3. ante C. N. 40. V. C. 712. Hic tantum memoramus *epiſtolas graecas*, quas ſcripſiſſe dicitur eo tempore, quo Brutus et Caſſius, exſtincto Caeſare, cum Dolabella bellum geſſerunt, quas vero a Sophiſta quodam exercitii gratia exaratas, ideoque ſuſpectas habent viri eruditi. Exſtant illae graece cum Phalaridis et Apollonii epiſt. (Venetiis,) ex aedibus Barthol. Iuſtinopolitani, etc. 1498. 4. — cum Baſilii M. aliorumque gr. epiſtolis, apud Aldum Manut. 1499. 4. — cum Demoſthenis, Aeſchinis, Platonis et Iſocratis epiſtolis, Paris. 1557. 4. in collectione *H. Stephani* 1577. 8. atque alibi. De eo plura vide apud *Fabricium* in B. Gr. Libr. II. cap. 10. ſect. X. 7. Vol. I. p. 678. ſq. et de editt. ibidem ad Phalar. epiſtolas, pag. 670. ſqq. *Bruckerum* in hiſt. crit. philoſ.

Tom. II. pag. 28. ſqq. et *Saxium* in Onomaſt. lit. Tom. I. pag. 169. ſq.

§. 66.

De *Iuba*, Iubae regis Numidiae filio, circa idem fortaſſis annum claro, de eiusque libris deperditis, de pictoribus et de pictoria, tabulaeque marmoreae titulo dubiae fidei et antiquitatis vide *Fabricii* B. Gr. Vol. II. Libr. III. cap. 24. pag. 601. in primis *Saxii* V. C. Onomaſt. liter. I. pag. 178. ſqq.

§. 67.

In illud quoque tempus incidit aetas *Didymi, Alexandrini*, (qui cognomen χαλκέντερος habuit, et quatuor millia librorum conſcripſiſſe dicitur,) Grammatici. Scholia in Homerum, quae ſub illius nomine circumferuntur, ſunt aeui multo ſerioris, et ex Didymi multorumque aliorum commentariis collecta v. ſupra ad Homerum, *Fabric.* B. Gr. vol. I. lib. II. cap. 3. pag. 386. ſqq. ibique ſupplementa, et vol. VII. lib. V. cap. 7. pag. 56. *Aug. Guil. Ferber* diſſ. philolog. ſcholia graeca in Homerum, quae Didymo vulgo tribuuntur, generatim luſtrans, Helmſtadii, 1770. 4.

§. 68.

CONON.

Tempore Caeſaris et Antonii ſcripſit L. διηγήσεις ſiue *narrationes de rebus mythicis* ad Archelaum

laum Cappadociae regem, qui partes Antonii ſequutus praelio Actiaco interfuit. v. *Photium* cod. 186. graece et latine cum notis *Hoeſchelii* et *Schotti* in *Th. Galei* Hiſtoriae poet. Script. Paris. 1675. 8. pag. 241. ſq. et confer eiusdem praemiſſam diſſert. c. 8. et *Fabricii* B. Gr. Vol. IX. Libr. V. cap, 38. pag. 438.

§. 69.

Num *Memnon*, qui *commentarium hiſtoricorum de rebus Heracleae Ponticae*, libr. XVI. ab origine vrbis vsque ad mortem Bithagorae, Heraclienſium legati ad Auguſtum miſſi, ſcripſit, his temporibus ex mente Voſſii ſit adſerendus, dubitant *Fabricius* in B. Gr. Vol. IX. Libr. V. cap. 38. pag. 475. ſq. et *Saxius* in Onomaſt. liter. tom. I. pag. 181. Photius ex libris IX. vsque ad XVI. ampla ſeruauit Excerpta, quae cum reliquiis quibusdam Cteſiae et Agatharchidis etc. ſeorſum primus graece edidit *H. Stephan.* 1557. 8. recus. cum verſione lat. ſeorſum excuſa, 1594. 8. — tum graece et latine, Geneuae 1593. 8. — cum noua *Rich. Bretti* verſione, Oxon. 1597. 8. — *Palmerius* in Exercitatt. ad optimos auctores Graecos, Lugd B. 1668. 4. pag. 168. ſqq. quaedam Memnonis loca illuſtrauit.

§. 70.

PARTHENIVS.

1. Nicaenus, Eroticorum ſcriptor: vixit ſub Auguſto, et librum ſuum περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων

των, de amatoriis affectionibus Cornelio Gallo inſcripſit.

2. Graece et latine per *Ianum Cornarium*, Zuiccauienſem, Baſil. 1531. 8. apud Frobenium — Baſileae 1555. — cum Achillis Tatii et Longi Eroticis, per Iudam et Nicolaum Bonnuitios, (qui Iano Grutero hanc editionem inſcripſerunt,) in bibliopolio Commeliniano 1606. 8. (Fabricius et Hamberger in zuverl. Nachricht. Tom. I. p. 566. commemorant edit. Commelin. 1601. 8. quo quidem anno epiſtola Bonnuitiorum ſcripta eſt, num igitur intra quinque annos illa editio ſumtu Commelini bis ſit formulis typographicis deſcripta, neſcio. Equidem poſſideo exemplum a. 1606.) — cum Euſtathio ſ. Eumathio Lugd. B. 1618. — cum notis *Th. Gale* in eiusdem hiſtoriae poet. ſcriptoribus, Paris. 1675. 8. pag. 341. —402.

3. Ex variis ſcriptoribus narrationes ſoluto ſermone immixtis tamen interdum poetarum integris locis, ſcriptas de iis, quae amantibus acciderunt, facili et perſpicuo ſcribendi genere vſus compoſuit.

4. Conf. *Voſſium* II. de hiſtor. graecis cap. 1. et de poetis graecis cap. 8. *Fabricii* B. Gr. Vol. II. Libr. III. c. 27. nr. IX. *Le Beau*, iunior, nominat et explicat auctores, e quibus Parthenius libros ſuos amatorios concinnauit, in Hiſtoire de l' Academie des I. et B. L. Vol. 34. Paris 1770. pag. 63. ſqq.

5. De *Antonio Muſa*, Graeco, archiatro Octauiani Auguſti, vide *Hambergeri* zuverl. Nachrichten Vol. I. pag. 568. *Saxii* Onomaſt. liter. tom. I. pag. 186. *Hallerique* Bibliothecas. cel. *Ackermanni*

manni progr. de Antonio Musa, Octauiani Aug. Medico et libris, qui illi adscribuntur, Altdorfii 1786. 4.

§. 71.

BABRIVS.

Iudice *Tyrwhitto*, docto Anglo, vixit temporibus Augusti imperatoris, aut paullo ante illa. Hic fabulas, quae sub Aesopi nomine ferebantur, expoliuit choliambis. Ex eo tempore collectio fabularum Aesopearum prosaica negligi coepit: at sequioribus temporibus homines male feriati versus *Babrii* reduxerunt in prosam: vnde noua fabularum Aesopearum collectio orta est. Hinc fieri potuit, vt, quae a veteribus memorantur fabulae Aesopeae, in libris hodiernis desiderarentur. Nomen autem *Babrii* deinde corruptum scribebatur modo *Gabrias*, modo *Babrias*, vnde alii illos distinguere maluerunt, et *Gabriam*, sub cuius nomine fabulae prostant, ad aetatem retulerunt seriorem. Quasdam *Babrii* ineditas fabulas reperit *Tyrwhitt* in cod. Bodleiano et in his vestigia Scazontum, quas vndecunque collegit, numerisque suis ille restituit in egregio libello: *Dissertat. de Babrio, fabularum Aesopearum scriptore. Inseruntur fabulae quaedam Aesopeae, numquam antehac editae, ex cod. MS. Bodleiano. Accedunt Babrii fragmenta.* Londini 1776. mai. 8. et suae Orphei de lapidibus editioni adiecit *Auctarium:* quam dissertationem vna cum auctario typis repetendam curaui, Erlangae 1785. 8. addantur *Henr. Cannegieter* ad praefationem *Flauii*

Auiani, cuius ille fabulas cum ſuis aliorumque animaduerſionibus edidit Amſtel. 1731. mai. 8. cenſorem libelli Tyrwhittiani in Bibliotheca critica, Amſtelod. vol. I. part. II. pag. 120. ſqq. et quae ego adnotaui ad Fabricii B. Gr. lib. II. cap. 9. §. VII. pag. 628. ſqq. — Aeſopeas *Babrii* fabulas, quas Tyrwhitt publicarat, adiecit *Teucherus* editioni ſuae Antonini Liberalis transformationum congeriei etc. Lipſiae, 1791. 8. — Cel. *Wernsdorf* in erudita de carminibus Auieni commentatione, praemiſſa *Auieni* deſcriptioni in *Poetis latinis minoribus* tom. V. part. II. pag. 665. ſq. ex loco Auſonii quodam docet, Titianum latine vertiſſe Babrium graecum, et quidem proſa, eumque inter Latinos forte primum fuiſſe, qui hoc auderet.

Fabulae, quae ſub nomine *Gabriae* iam diu cognitae ſunt, ſaepe ſub praelo ſudarunt. Primum XLIII. graece et lat. cum Phurnuto, Palaephato et aliis edidit *Aldus Manutius*, Venetiis, 1505. fol. — tum *Io. Frobenius* Baſil. 1518. 1521. 8. inter ſcriptores gnomicos, cum Aphthonii Aeſopique fabulis. Vndecim Fabb. tetraſtichis iambis e codd. Palatinis addidit *Iſaac. Neueletus*, Heidelberg. 1610. 8. — Londini 1682. 8. ſub nomine quoque *Ignatii*, qui fabulas *Babrii* in epitomen redegit, in codd. et editione Phaedri a *Rittershuſio* aliisque illuſtrati, Lugd. Batau. 1598. 8. occurrunt. — *Gabriae ſ. Ignatii Tetraſtichorum in fabulas aeſopicas dodecas*, gr. cum octoplici verſione metrica latina et cum notis *Chr. Gilberti*, Dresdae, 1689. 4. — *Gabriae fabulas* Phaedri fabulis adiecit *Io. G. Walch*, exemplum aldinum 1505. ſequutus Lipſiae, 1712. et 1735. 12.

— *Ga-*

— *Gabriae Fabeln* aus dem Griechifchen mit Anmerkungen von *I. C. F. Baehrens.* Colon. 1787. 8. etc. v. *Fabric.* B. Gr. l. c. §. VIII. pag. 635. fq. et *Saxium*, qui Gabriam fiue Babriam ad an. aerae chriftianae 348. referendum effe fufpicatur, in Onom. liter. tom. I. pag. 402.

Hic quoque circa a. v. c. 648. notari poteft *Damas*, de quo v. *Sevin* in Mem. de l' acad. Paris. des Infcr. vol. VI. pag. 486. fqq.

§. 72.

DIONYSIVS HALICARNASSEVS.

1. Secundum Dodwellum (in differtatione de aetate Dionyfii Halicarn. fect. 9.) natus eft intra annum Varronianum 676. et 700. fiue Olymp. 175—181.

2. Alexandri filius, e Caria Halicarnaffenfis, Herodoti popularis. Rhetor, criticus et hiftoricus. Romam venit circa Olymp. 187. 2. V. C. 723. ibique per XXII. annos commoratus, antequam hiftoriam romanam fcriberet, monumenta et praefidia tum linguae, tum hiftoriae romanae partim ex familiaritate cum doctiffimis viris contracta, partim e commentariis Porcii Catonis, Fabii Maximi, Valerii Antiatis et multorum aliorum latine fcriptis comparauit fibi, et vberem materiam ad futurum opus digerendum congeffit. Nominis vero fama in primis floruit, hiftoria fua incepta, fecundum *Fabricium* Olymp. CXCIII. 1. (fecundum *Saxium* Onom. I. p. 195. CXCII. 4.) A. V. C. Catoniano 745. Varroniano 746. (fecun-

cundum Dodwell. 747.) ante C. N. 8. (ſecundum Saxium 7.)

3. Scripſit *ῥωμαϊκῆς Ἀρχαιολογίας* libros XX. in Graecorum gratiam, in quibus de Romanorum genere, originibus, antiquitate, republica, moribus ritibusque tam ſacris quam humanis, rebusque geſtis, multo diſtinctius, quam opus erat aut videbatur romanis ſcriptoribus, et copioſe diſſeruit ab V. C. vsque ad CXXVIII. 3. ſiue initia belli primi Punici, a quo Polybii hiſtoria incipit. Ex his viginti libris priores tantum vndecim ad annum vrbis 312. et ex poſterioribus fragmenta quaedam de lagationibus ab iniuria temporis vindicata ad noſtram peruenerunt aetatem. Praeterea, forſan ante publicatam ſuam hiſtoriam, ſcripſit de ſtructura orationis librum; artem rhetoricam, (quem librum Tan. Faber. immerito abiudicauit noſtro; textum vero adhuc valde mendoſum eſſe, conſtat,) varias epiſtolas et libellos criticos, in quibus de poetis, hiſtoricis, philoſophis atque oratoribus acute periteque, ſed frequenter quoque iuueniliter, iudicat. Libellum, qui vulgo Demetrio Phalereo tribuitur, Dionyſio noſtro adſerendum opinatur cum aliis *Henr. Valeſius* de critica pag. 149. Emendationum. adde *Burmanni* notam ibid. pag. 156.

4. Primum libros XI. e duobus codd. MSStis *Lampus Biragus*, Florentinus, latine transtulit, Taruiſii 1480. fol. Regii, 1498. fol. Parum quidem latine pleraque, multa ſiniſtre vertit: quoniam vero codices ſuos preſſe ſequutus, verbum verbo reddere ſtuduit, inſtar MSSti habenda eſt haec verſio, et Sylburgio ad verae lectionis inueſtigationem viam ſaepe patefecit. — Illam

lam vero verſionem recenſuit *Hermannus Glareanus*, qui 6000 errores ſuſtuliſſe ſe profitetur, et genealogicis tabulis Dionyſium illuſtrauit, Baſileae 1532. fol. — *Graece* primus edidit *Robertus Stephanus* Libros X. Antiqq. romanar. de compoſitione ad Rufum librum, artis rhetoricae prima IV. capita, de genere dicendi Thucydidis, ad Ammaeum, ex bibliotheca regia, et typis regiis nitidisque, Lutet. 1546. (ſed in fine 1547.) fol. — Poſtea decem libros vertit, addito vndecimo libro, cuius ordo in codd. graecis perturbatior fuit, ex Lapi Biragi verſione, Baſileae 1549. fol — Tum de Dionyſio optime meruit *Fridericus Sylburgius*, qui opera Dionyſii gr. ac lat. edidit, recenſuit, ſuppleuit atque illuſtrauit, Francof. apud heredes Wecheli 1586. fol. II. Voll. Graeca ad varios codd. MSSt. doctorum virorum opera emendauit, atque e romano potiſſimum ac Veneto cod. ſuppleuit, Geleniique verſionem innumeris locis caſtigauit. Prius volumen continet libr. X. Antiqq. rom. librum vndecimum et fragmenta de legationibus a Fuluio Vrſino edita, et iam recens ad Iulii Pacii codicem emendata de integro vertit, *Glareani* Chronologiam, *Aurelium Victorem* de Origine gentis Romanae cum notis A. Schotti, Leges regias ad decemuirales cum notis et gloſſario, aliorumque notas excerptas et ſuas indicesque adiecit. In poſteriore volumine ſunt libri critici et rhetorici. Quae Stephanus vterque, Robertus Pater, et *Henricus* filius,*) aut alii in editt. ſcriptorum

*) Qui *Dionyſii Halic.* ſcripta quaedam critica graece edidit apud *Carol. Stephan.* Lutet. 1554. 8. (de qua editione copioſus eſt *Maittaire* in annal. typogr. tom. III. part. 2. pag. 641. ſqq.

rum, de quibus iudicauit Dionysius, edidissent, diligenter consuluit et repraesentauit: ex variorum doctorum hominum lectionum et emendationum libris et chartis coniecturas et interpretationes excerpsit suasque addidit: duobusque antea ineditis libris, n. de dicendi vi Demosthenis, et de Thucydide libro ad Q. Aelium Tuberonem auxit. „*Scriptum codicem*, ait in praefatione ad Dudithium, *initio vnum duntaxat habui, eius libelli, quo τῶν παλαιῶν χαρακτῆρες exponuntur; quem Bononia Pompilius Amasaeus ad nos miserat. Postea quatuor alios tractatus calamo exaratos e tua bibliotheca nactus sum; de Isaeo scilicet, de Dinarcho, de Demosthene, an is ex Aristotelis praeceptionibus artem oratoriam didicerit, et de Platonis elocutione. Demum etiam sextus accessit, quo τέχνης nouem priora capita continentur. Sed quum serius aduenissent, non licuit mihi editionem nostram cum omnibus conferre, et emendationes diuersitatesque inde adnotatas in notarum libellum iam magna ex parte confectum, inserere. Seorsum hic breui post tempore dabo, cum primi tomi spicilegio et huius secundi, (ni amicorum me pollicitationes fallent,) auctario. In postremis duobus libris, qui nunc primum tuo beneficio in lucem exeunt, vbi me vulgatae Thucydidis, Platonis, Isocratis, Demosthenis, et aliorum, qui citantur, auctorum editiones et interpretum versiones destituebant, coniecturis plerumque ac diuinationibus agendum fuit: non in textu, nisi euidens esset librariorum alucinatio, sed in notationibus. Non enim nimium licentiae in textum mihi vsurpare volui: tutius in notis coniectationum pericula subire posse censui. Prae ceteris autem postremus mihi tractatus multum exhibuit*

buit negotii, qui non tantum e mendoſiore codice, ſed ab indoctiore etiam librario exſcriptus erat. Haec ex rariore hoc volumine eo potius excerpenda putaui, quo pauciora de illo dedit Fabricius. — Sylburgii editio graece et latine, at minus emendate, recuſa eſt Lipſiae 1691. fol. — Interpretatio latina ex Sylburgii exemplo addita ſeparatim prodiit, Hanouiae 1615. 8. — *Aemilius* quoque *Portus* libros Antiqq. Rom. latine vertit, cum notis illius et Henr. Glareani chronologia excudebat Euſtath. Vignon ſibi et H. Stephan. 1588. fol. — et cum notis H. Stephani, Iſ. Caſauboni ſuisque edidit, Lugduni 1592. fol. — Dionyſii Hal. Opera omnia, graece et lat. II. Voll. Londini 1704. fol. editore *Io. Hudſono.* Textus eſt Sylburgii, e cod. Vaticano vltra 700. annos ſcripto et alio iun. vat. varias lectiones ſuppeditauit et adnotationes Vrſini, Iſ. Caſauboni, H. Stephani, Sylburgii, aliorumque ſuis adiecit. Sylburgianas tamen non integras, ſed mutilatas exhibuit. Porti dedit verſionem, itemque *Dodwelli* diſſ. de aetate Dionyſii, illiusque tabulas chronologicas Dionyſianas. Quam vero ſecorde egerit in adornanda ſplendida hac editione, quam vitioſe dederit hiſtoricum, et quanta iniuria collaudatus fuerit Hudſonus, aperte et luculenter docuit *I. Iac. Reiske*, vir graece doctiſſimus in praefatione ad editionem nouiſſimam Lipſienſem. Quum enim Georgi, librarius Lipſienſis, Dionyſium Hudſoni typis repetere coepit, adiit Reiskium, vt aliquid ad ornandum ſcriptorem conferret. *Reiskius*, quamquam aliis laboribus diſtrictus, litterarum et Dionyſii cauſſa morem geſſit, atque non ſolum textum a vitiis typographicis ſedulo

dulo purgauit; ſed fide quoque codicum pluries, et ex ingenio interdum correxit, ſingulisque tomis notas adiecit maximam partem criticas, quas ante abſolutum opus et ante obitum adhuc parauerat. Epigraphe autem eſt: *Dionyſii Halic. Opera omnia*, graece et latine, cum annotationibus Henrici Stephani, Frid. Sylburgii, Franciſci Porti, Iſaaci Caſauboni, Fuluii Vrſini, Henrici Valeſii, Io. Hudſoni et *I. Iac. Reiske*, Lipſiae 1774—1777. VI. Voll. in 8. cum indicibus locupletiſſimis. Vltimum volumen, cuius curam in ſe ſuſceperat *cl. Morus* poſt mortem Reiskii, ornant Obſeruationes Caperronnerii e codice regio Pariſienſi in libellum de vi et ſublimitate Demoſthenis, (in Memoires de l' Acad. Royale des I. et B. L. Tom. XXIV. pag. 1—29.) et Excerpta ex Toupii Curis nouiſſimis in Suidam, et ex eiusdem Emendationibus in Suidam: vbi locis quibusdam Dionyſii corruptis ille mederi ſtuduit. — Commoda doctaque eſt epitome, eaque critica editio: *Dionyſii Halicarnaſſenſis Archaeologiae romanae, quae ritus romanos explicat, Synopſis.* Adornauit, animaduerſiones interpretum ſuasque et indicem in vſum tironum locupletiorem adiecit *Dauid Chriſtian Grimm*, A. M. et lyc. Annaem. Rector. Accedunt auctaria quaedam. Lipſiae 1786. m. 8.

De editionibus quibusdam libellorum minorum pauca addam:

Excerpta ex Dion. Hal. de Legationibus graece cum *Fuluii Vrſini notis:* in Excerptis ex Polybio et al. de Legat. Antw. 1582. 4.

Fragmenta ex libro XII. Antiqq. Romanar. graece et lat. cum notis *Henr. Valeſii:* in eiusdem Excerptis Peirescianis, Paris. 1634. 4. pag. 528. ſqq.

ſqq. Duo haec fragmenta in edd. Hudſoni et Reiskii quoque reperiuntur.

De ſtructura Orationis, ex recenſione *Iac. Vptoni*, gr et lat cum eiusdem, et Sylburgii integris, aliorumque ſelectis notis etc. Londini 1702. 8. tum 1728. tertium emendatiusque, ibidem 1748. 8. primum vero prodiit graece inter Aldi veteres Rhetoras, Venet 1508. dein Argentor. 1550. 8. — *Hardion* emendat locum quemdam in Hiſt. acad. Paris. Inſcr. vol. V. pag. 138.

Ars rhetorica, primum graece inter Rhetoras Aldi 1508. fol.

De Lyſia et Iſocrate iudicium graece primus edidit Aldus cum Lyſiae et Iſocratis Orationibus, 1513. fol. et Reiske iudicia de aliis oratoribus ſuo quaeuis loco inſeruit editioni ſuae Oratorum graecorum, atque illuſtrauit.

Reſponſio ad Cn. Pompeii epiſtolam, item ad Ammaeum epiſtola, et alia, graece, Lutet. apud Carol. Stephan. 1554. 8. — Super hac eſt commentatus *Gedoyn* in Hiſt. acad. Paris. Inſcr. vol. V. pag. 126. ſq. ibid. pag. 136. ſqq. diſſerit *Hardion* de duobus locis.

Dion. Halic. praecepta de oratione nuptiali, de oratione natalitia, et de oratione epithalamio, a *Theodoro Gaza* latine reddita; oratio in nuptiis Hugutionis Contrarii et Camillae Piae. Claudiani carmen de Phoenice. Cremonae, ſine a. et typogr. nota, ſaec. XV. 4. (ante annum 1492.) — recus. cum *Chirii Conſulti Fortunatiani* rhetoricorum libr. III. Dialectica et Computus etc, absque vlla nota, (Mediolani) ſaec. XV. 4. de rariſſimis hisce binis editionibus plura diſſerit cel.

Morell.

Morell. in Catalogo bibliothecae Pinell. tom. III. pag. 9. et 21.

Selecti Dion. Hal. de priscis scriptoribus tractatus, grace et latine, cum adnotationibus *Guil. Holwell*, et dissertatione de vero mediae vocis vsu, Londini 1766. 8. — iidem ab *Eduardo Rowe Mores* gr. Oxon typ. Clarend. 1781. 8.

5. Ad interiorem historiae et antiquitatis romanae intelligentiam est vtilissimus auctor: quippe qui in Graecorum gratiam multa scripsit, quae quidem Romae quotidie spectari poterant, nec Romanis notatu digna videbantur: Graecis vero non satis erant perspecta: atque adeo nobis incognita fuissent. Grammatici tamen et Sophistae personam deponere non vbiuis potuit, atque interdum inepte disputat. Romanos adulatus esse, saltem iudicio illorum et opinionis, quam sibi de praestantia imperii sui suisque virtutibus finxerant, errore abreptus saepe videtur. Quamquam vero neque ratio narrandi atque caussas rerum explicandi, neque dictio, quae scatet modis loquendi, partim patriam Cariam redolentibus, partim ipsi et saeculo, quo vixit, propriis, cum Thucydidea et Xenophontea comparari potest: studium tamen pure ac perspicue scribendi Polybiumque imitandi relucet, nec virtutibus suis, grauitate atque elegantia omnino destituta est oratio. In iudiciis de veteribus est seuerus, neque vero vbiuis locuples testis et arbiter iustus: tamen perspicax et acutus, et, vbi errat, ingenii venustatem atque vbertatem aciemque iudicii pulcrique sensum declarat. adde Biblioth. philolog. Gotting. 1770. 8. pag. 431. sqq.

6. v.

6. v. *I. A. Fabricii* B. Gr. Vol. II. Libr. III. cap. 32. — *Io. Christiani Gottleberi* Obseruatt. in quaedam loca Dionysii Halic. quibuscum aliquot Liuii comparantur, Specim. I—IV. Annaemont. 1769—1770. et in Nouis actis erudit. 1771. — *Grimmii* progr. lectionum Dionysianarum fascic. I. ibid. 1782. — *Chr. Frid. Matthaei* Progr. de Dionysio Halicarn. Witteberg. 1789. 4. Insunt obseruatt. in Dionysii Epistol. ad Ammaeum et iudicium de Isocrate. — *Boivin* tres commentatt. in Mem. Paris. — des Inscr. vol. II. pag. 319. sqq. 373. sqq. 400. sqq. et vol. IV. pag. 573. *Couture* in locum quemdam libri II. — *Schlossers* Apologie des Thucydides, v. supra ad Thucydidem. — Dionysium de graeco Francicum fecit, notisque criticis, historicis atque geographicis illustrauit *Gabriel Francisc. le Iay*, Paris 1723. 4. II. Vol. anglicum vero *Edward Spelmann*, cum notis et dissertatt. Londini 1759. 4. theotiscum denique *Io. Laurent. Benzlerus*, Lemgou. 1771. 8. De qua versione v. bibliothecam philolog. paullo ante memoratam. — Traité de l' arrangement des mots, traduits du Grec de *Denys d' Halicarn.* avec des reflexions sur la langue françoise comparée avec la langue grecque et la tragédie de Polieucte de P. Corneille avec les remarques, par M. l' Abbé *Batteux.* Paris. 1788. 8. conf. Allgem. Litter. Zeitung. m. Dec. 1789. pag. 588. sqq. et Gothan. eph. litter. ausländische Litterat. nr. 17. a. 1790. germanice vertit. Diodor. *Stroth.* Francof. ad Moen. 1782. 8. sqq. — francice Terrason. Amstel 1743. 8. IV. tom. — Abhandlung des Dionys. von dem Character des Thucydides. Aus dem Griechischen übersetzt

 von

von *I. G. Meusel* in Gattereri Biblioth. histor. Vol. VI. — De cod. msto. qui continet *Io. Canabutzae* cognomento *Magistri* commentarium epistolarem in peculiarem locum libri I. antiqq. rom. Dionysii Halic. ad Principem verbis Aeni et Samothraciae, v. Catalog. codd. MSS. graecor. bibliothecae reg. Taurinensis Athenaei. — Taurini, 1749. fol. cod. 234. pag. 316. sqq.

§. 73.

DIODORVS SICVLVS.

1. Sub Caesare et Augusto floruit, et circiter A. O. C. 3997. Olymp. CXCIII. 1. ante C. N. 6. V. C. 746. adhuc in viuis fuit.

2. Ex Agyrio siue Argyrio, Siciliae oppido ortus: Historicus, qui, vt de singulis accurate scriberet, magnam Asiae et Europae partem perlustrauit, et Olymp. CXC. Aegyptum contendit. Ex historicis vero superiorum saeculorum, quaecumque vtilia sibi et necessaria scitu viderentur, sedulo excerpsit: nec latinos neglexit scriptores, ad quorum intelligentiam linguam latinam didicit.

3. Scripsit Bibliothecam historicam, siue res ab vltimis inde aetatibus vsque ad Olymp. CLXXX. 1. per cognita orbis loca gestas libris XXXX. quorum vero dimidia fere pars vi temporis periit. Triginta annos in hoc opere componendo insumsisse se, ipse profitetur in Prooemio.

4. Primum libros VI. *Poggius*, Florentinus latine vertit, quae versio lat. cum Taciti lib. de situ et moribus populorum Germaniae prodiit Bononiae 1472. fol. — tum Venetiis per Andr. Catanen-

tanenſem. 1476. fol. et ibid. per Thom. Alexandrin. 1481. fol. I. — Libros XVI – XX. primus *graece* vulgauit *Vincentius Obſopoeus*, Baſileae apud Io. Oporin. ſumtu Rob. Winter. 1539. 4. — Addidit deinde ſuperioribus libris *H. Stephanus* libros quinque primos et vndecimum cum quatuor proximis, ita vt eius editio conſtaret libris XV. graece 1559. fol. cum notis breuibus; Diatriba de Diodori ſcriptis, Apologia aduerſus Viuem, et aliquot fragmentis. — Fragmenta poſthaec inſigniter auxit *Laurentius Rhodomannus* in ſua editione, cuius integram epigraphen deſcribam, vt argumenta librorum inſuper cognoſcantur.

Diodori Siculi bibliothecae hiſtoricae libri XV. de XL. quorum V. priores Aegypti, Aſiae, Africae, Graeciae, inſularum et Europae, antiquitates continent: Reliqui X. res a Perſis, Graecis, Macedonibus, et ceteris orbis terrarum populis, ab expeditione inde Xerxis in Graeciam vsque ad ſucceſſorum Alexandri M. in Phrygia praelium et Antigoni caedem, geſtas exponunt. His acceſſerunt Eclogae ſeu fragmenta, ex libris quibusdam auctoris, qui deſiderantur. Omnia cum interpretatione latina, ſummis rerum capitibus in margine ac temporum annotatione illuſtrata. Cui adiecta Chronologia duplex; Archontum Atticorum et Magiſtratuum rom. ad Mundi, Olympiadum et Vrbis C. annos, ſuccincta rerum quolibet anno geſtarum indicatione, ſupputatorum. Index praeter ea tergeminus, et Phraſeologia ex V. libris Mythologicis, ac tandem (Stephani ac Rhodomanni) in contextum graecum. Studio et labore *Nicolai Rhodomanni*, Hannouiae typis Wechel. 1604. fol.

Noua fragmenta repererunt, et publicarunt, notisque illuſtrarunt *Fuluius Vrſinus* et *Henricus Valeſius*: prior in Excerptis ex Diodoro Siculo de Legationibus, graece, cum Excerptis ex Polybio de legationibus. Antwerp. 1582. 4. poſterior in Excerptis Peireſcianis, Paris. 1634. 4. pag. 220. ſpq. vbi gr. et lat. vulgauit Fragmenta ex Diodori Siculi libr. hiſtor. VI. XXI. II. III. IV. V. VI. XXXIV. XXXVI. VII.

Horum omnium diligentiam meritaque vicit *Petrus Weſſelingius* in praeſtantiſſima ſua editione, quae omnium ſuperiorum inuenta complectitur et egregie auxit: — *bibliothecae hiſtoricae libri*, qui ſuperſunt, interprete Laur. Rhodomanno; ad fidem MSS. recenſuit *P. Weſſelingius*, atque Henr. Stephani. Laur. Rhodomanni, Fuluii Vrſini, Henr. Valeſii, Iac. Palmerii et ſuas adnotationes, cum indicibus locupletiſſimis, adiecit, Tom. I. II. Amſtel. 1745. fol. Addidit Stephani diatriben et Rhodomanni praefationem aliaque lectu digna. Vndecunque, quae ad emendandum, augendum ornandumque Diodorum facerent, omnibus ingenii et eruditionis praeſidiis inſtructus Weſſelingius collegit, et textum meliorem reddidit. In praefatione de ſuperioribus editionibus, verſionibus, MSStis, ſuaque opera diligenter agit. Obſeruationes redundant ingenio, eruditione vbertate et prudenti tamen parſimonia.

5. Hiſtoriam tam mythicam quam ciuilem ſolerter et perſpicue et more Annaliſtarum perſequitur: temporis rationem vbique et diligenter notat: quamquam in romanis nominibus et definiendis temporibus aliquoties alucinatur, tamen multis praeſtat, et chronologiae ſerieique rerum a

Grae-

Graecis aliisque gentibus geſtarum lucem accendit. Quod in vltimis nationum temporibus multas narrat fabulas, id obſcuritati et opinionibus tunc temporis vulgaribus eſt tribuendum et condonandum. „Quantum vero ſolis lumen, ait Stephanus in Diatriba, inter ſtellas, tantum inter omnes, quotquot ad noſtra tempora peruenerunt, hiſtoricos, (ſi vtilitatis potius quam voluptatis aurium habenda ſit ratio,) noſter hic Diodorus eminere dici poteſt: ac quanto vniuerſus orbis ciuitate aut gente vna eſt capacior atque amplior, tanto maior eſt ſcriptorum Diodori, ſi eorum argumentum ſpectemus, quam vllius eorum, qui extant hiſtoricorum amplitudo.“ Nec tamen iudicio, nec ſcribendi ratione et genere aequat Herodotum, Xenophontem ac Thucydidem, aut Polybium, cuius tamen dictionem et vim ſcribendo adſequi ſtuduit. Num vero Diodorus hiſtoriam *catholicam* ſiue, quam vocant, *vniuerſalem* ſcripſerit, nec ne? noſtra aetate diſputatum eſt.“ vide *Erneſti* praefationem ad primum volum. Hiſtoriae vniverſalis a Guthrio anglice ſcriptae, et a variis in linguam theotiſcam translatae, atque *Ier. Nicol. Eyringii* commentatt. II. α) Gedanken von der Stelle, welche Diodor unter den Schriftſtellern, und beſonders unter den Geſchichtſchreibern verdient. β) Von dem Plane des Diodors, in Gattereri Bibliotheca hiſtorica, Vol. IV. pag. 1. ſqq. et Zuſatz zu dem Plan etc. Vol. V. pag. 29. ſqq. vbi de virtutibus et vitiis noſtri hiſtorici perite iudicatur.

Diodori Siculi epiſtolae nugaces ſunt et ſpuriae, v. *Dorville* Sicula pag. 204. Theſaurum epiſt. Lacrozianum tom. I. pag. 297. — De verſione bi-

bliothecae hiſtor. libr. XV. latina *Sebaſt. Caſtalionis*, partim correctoris, partim interpretis, Baſileae per Henr. Petri 1519. v. Theſaurum bibliothecalem, vol. II. Norib. 1738. 4. n. 257. pag. 345. ſqq.

6. Confer *Fabricii* B. Gr. Vol. II. Libr. III. cap. 31. *Comte de Caylus* de noſtro Diodoro in Hiſtoire de l' Acad. des B. L. tom. 27. pag. 55. — *Mongitor*. biblioth. ſicul. tom. I. pag. 156. ſqq. *Boivin* ſen. de fragmento quodam Diodori Siculi in Mem. de l' Acad. — des Inſcr. vol. II. pag. 50. ſqq. — In primis commendandae ſunt recitationes cel. *Heynii* a. 1782 — 1785. praelectae, in Commentatt. ſociet. reg. doctrin. vol. V. Gotting. 1783. ſqq. de oeconomia, fide hiſtorica Diodori Sic. et fontibus, ex quibus ille hauſit. — *Larcher* in vol. VI. verſionis ſuae gallicae Herodoti de chronologia Herodotea pag. 176. ſqq.

§. 74.

NICOLAVS.

1. A. O. C. 3998. Olymp. CXCIII. 2. ante C. N. 5. V. C. 747. ab Herode M. Iudaeorum rege orator miſſus eſt ad Octauianum Auguſtum Caeſarem.

2. Damaſcenus, philoſophus peripateticus, poeta, orator et hiſtoricus.

3. Scripſit hiſtoriam catholicam et Aſſyriacam; de vita Auguſti; et de ſua ipſius vita.

4. Fragmenta collegit *Henr. Valeſius* in Excerptis Peirescianis, Paris. 1634. pag. 414 - 527.

— Ex

— Ex *Nicolai Damafceni* vniuerfali hiftoria feu de moribus gentium libris excerpta Io. Stobaei collectanea, quae *Nicol. Cragius* latina fecit et feorfim edidit, apud Petrum Santandreanum 1593. 4. — graece et latine interprete *Cragio*, in *Iac. Gronouii* thef. Antiqq. graec. Tom. VI. p. 3843.

5. v. *Fabricii* B. Gr. Libr. III. cap. 11. pag. 306. Vol. II. et Vol. IX. Libr. V. cap. 38. *Bruckeri* hiftor. crit. philof. Tom. II. pag. 469. fqq. *Saxii* Onomaft. liter. pag. 200. fq. Tom. I.

Finis Tomi primi.

